


Oddi de Oddis in Hippo
Aphorism
1572









IACOBI PACINI BONONIENSIS MEDICI

De tenui humore febrem faciente ante purgationem per artem incrassando & de continente morborum causa disceptatio.

Et super his Græcorum cum Arabibus prętere aliorum sententiam conciliatio: alia item multa scitu digna, tum ad Philosophos, tum ad Medicos spectantia obiter tractantur.

Quæ omnia capitum index summatim indicabit.

Additis insuper erratorum castigationibus opus totum illustrantibus.



VENETIIS, Apud Bolognium Zalterium.
M D LIX.

MAGNIFICIS ATQVE illuſtribus XL viris Bononiæ Senatoribus,

ac ſtatus libertatis eiuſdem ciuitatis reformatoribus,

Iacobus Pacinus medicus bene agere.



VM aliquot abhinc annos, clariſsimi viri, eam medicinæ partem, quam Græci ποιητικὴν, noſtri vulgo practicam ordinariam vocant, publice iſtic profiterer, & cum ex communi ciuitatis Bononiæ gymnaſij inſtituto non ſolum ob eius vetuſtatem, verum etiam veſtra opera ac felici adminiſtratione celeberrimi ac florentiſsimi, (neque enim in conducendis in omni facultatum genere, ex omni terrarum parte eminentis doctrinæ viris, ſumptibus ac laboribus parcitis) cum inquam partem illam, in qua de febribus agitur, aggredi oporteret, auditorum cohortationibus ac precibus Paulum Aeginetam interpretandũ ſuſcepi, neq; id temere. is enim tum longe alijs commodior, magisq; ex vſu viſus eſt, tum grata quadam breuitate Hippocratis & Galeni doctrinæ ſyncerus & fidus ſectator ex communi doctorum ſententia habitus eſt. & cũ totus in hoc eſſem, febrisq; tertianæ, tum exquiſitæ, tum nothæ, eiusq;, quæ à ſanguine proficiſcitur, naturam, indicia, cauſas, cu-

randiq; methodum pro viribus explicarem, occurrit concoctionis materia de humore tenui, præcipue bilioso, iuxta modum Arabum, tum naturæ, tum artis auxilio, ad crassamentum perducendo, in qua aduersus recentiorum sententiam Græcos & Arabes neutiquam inter se dissidere planissime ostendi, & vbi dissentire nonnullis videbantur, eos percommode (vt arbitror) conciliaui. occurrerunt & aliæ hic annexæ pleræque quæstiones scitu dignæ, & in re medica maxime necessariæ omnes, quas qua potuimus diligentia excussas disputatasque diiudicauimus. Verum cum istinc iustis de causis discedere coactus sim, à recessu per nonnullorum meorum auditorum literas mihi significatum fuit, positiones nostras istic disputatas à plerisque improbatas ac à doctrina Hippocratis, Galeniq; alienas iudicatas esse. quapropter hi ægre ferétes, iterum atque iterum me cohortati sunt, valdeque obsecrarunt, vt fundamenta positionum nostrarum eis magis aperirem, obiectaq; aliorum aduersus positiones nostras eis adducta, & ad me transmissa, dissoluere & dilucidare vellem, & ne doctrina adeo vtili eos, aliosq; medicinę studiosos defraudarem, & vt bonis viris, qui, quæ ad honorem meum dignitatemque conseruandam attinebant, adeo anxie curabant, morem gererem, & aliqua ex parte satisfacerem. verum, quum tum alijs studijs, tum artis medicæ occupationibus detentus, me ab hoc onere distrahentibus, totumq; animum meum ad se trahentibus, prouinciam hanc persæpe recusassem, precibus tamen eorũ, quo-

tidie

tidie ab inceptis non desistentibus, tandem deuictus, hanc lucubrationum mearum, qualem vos uidere potestis, congeriẽ congessi, diuersas materias scitu quidem difficillimas continentem, & in quarum examine, non solum recentiores, & antiquiores, quamuis sapientes, acute disputando plurimum insudarunt, verum & nos non parum laborauimus, quantum per quotidianas occupationes & ualetudinem non satis firmam mihi licuit. an vero scopum attigerim, necne, aliis iudicandum relinquo. verum ne totius rei materiam legendo, vobis, hoc tempore in ciuitatis administratione, rerumque aliarum maioris sane momenti mole & onere occupatissimis, obstreperem, harum omnium capita & titulos in operis fronte ad leuandum legentium laborem breuissime præfiximus. Hæc autem vniuersa, qualiacunque sunt, fructus mearum vigiliarum vobis amplissimi uiri, quibus non solum mea, sed me ipsum, qualiscunque aut sum, aut unquam fuero, ob multitudinem beneficiorum vestrorum in me collatorum debere fateor, dedicare uolui. quippe tametsi non me latet celebratum illud adagium, τὸ μὲν γράμμα μηδὲν δύνασθαι διαφυγεῖν ἐπήρειαν ἕτως ἦν παλαιὸν, ὥστε καὶ Πλάτων μέμνηται. id est, nempe nullum modum scribendi reperiri, qui mordacitatem effugere possit, adeo vetustum esse, vt Plato etiam eius meminerit. speramus tamen has nostras lucubrationes, tum ex re ipsa satis diligenter elaborata, se notam cuique præstante, tum vestri nominis obiectu, veluti clypeo protectas, a maleuolo-

rum linguis tutiores futuras esse, &, quò prodeundum erit, audentius prodituras. Vos igitur Iacobi vestri munus, quamuis exiguum, vestræq; amplitudini impar, hilari, & quo datur animo lubentes volentesque accipite, & facite ut apud vos sit eius obseruantiæ, qua vos colo, ubicunque sum, perpetuum pignus. ego autem, me tamen subiiciens seniorum ac peritiorum iudicio, vobis polliceor aduersus detractores quoslibet, me ad mea omnia literis mandata, vel inter legendum asserta, non solum calamo, verum & viua uoce, tuenda ac sustinenda paratissimum. Vos valete viri optimi, mei memores. Datum Venetijs. 1558 Die vigesimo Augusti.

TYPOGRAPHUS LECTORI.



CCIPE candidissime lector opusculum hoc in gratiam studiosorum à nobis impressum: quod & si in breue cōpendium est redactum, magna tamen (vt legenti patebit) doctrina, ac grauissimis sententijs refertum est. in quo auctor præter alia ab eo mirifice conscripta, non solum ueterem febres curandi methodum, ac morborum causam continentem, quæ reuera causa est, veteres medicos Arabes scilicet, & Græcos, nec non & philosophos dissidere apparentes, conciliando renouat: ac vt cuncta alia in eodem comprehensa, efficacissimis tum rationibus, tum auctoritatibus, ab alijs non excogitatis, promptitudine, ac quadam ingenij sui sublimitate comprobat: vt unusquisque medicus, non amplius hæsitando an huic an illi sectæ adhæreat, sine discrimine corporum humanorū ægrotantium curationem tuto suscipere possit, verum etiam græcorum philosophorum veram de forma (quam substantialem uocant) corporum tum simplicium tum compositorum, sententiam hucusque ab Arabibus & Latinis eos insectantibus, cōculcatam ac penitus extinctam, euidentibus rationibus, ac auctoritatibus è latebris eripit, atque resuscitat. quod si inter legendum quippiam inconcinnum, dubium vel apparens falsum, vel difficilis intelligentiæ, animum suspendens tibi occurrerit: Scito non nostra culpa sed uitio exemplaris nobis oblati id euenisse, non manu auctoris (vt promissum nobis fuit) scri-

pti ſed alterius manu, ex vero tamen auctoris exemplari incuria quadam tranſcripti, mutilati compendiarijs notis præter aliorum conſuetudinem intruſis, mendis ac denique erroribus pleni, Quod cum ſero ut certum nobis ſignificaretur (vt huic malo occurreremus) viros tum in arte medica, tum in naturali philoſophia peritos, conſuluimus. qui re cognita & examinata, nos ad proprium auctorem remiſerunt, quo ualida ac diuturna ægritudine laborante, ac proinde ad id opem ferre non ualente ca qua fieri potuit diligentia, diu perquiſitum à nobis exemplar propria eius manu ſcriptum, tandem obtentum fuit, è quo cunctis erratorum caſtigationibus excerptis, modo ac ordine hic repoſitis, loca omnia totius operis mendoſa facile reſtitui poſſunt, ad quas caſtigationes ſi recurras, proculdubio vnaquæque huius libelli ſententia, ut concinna, uera, certa ac perlucida, tibi apparebit. vale amantiſſime lector.

Liber ad Lectores.

QVAERITIS vnde mihi tot fixa in corpore tela,
Vnde cicatrices adeo mihi turpiter artus
Fœdarint? dicam, nec longa ambage morabor.
Aedibus a patrijs, atque ipſo a patre, patriſq;
Archetypo, fons vnde mihi eſt, aliena ſubiui
Iura manus, procul heu longinquas miſſus in oras
Neſcio quo caſu. tum me (prô triſtia fata)
Qui me non norant, ſic accepere. reperti
Sunt tamen hic etiam, qui me mihi reddere ſummæ
Curarunt cura, quibus eſt ſua gratia habenda.
Iamq; adeo meliuſcule habet res noſtra. videtis,
Vt mihi iam liceat prodire, ac cernere lucem,
Perq; manus veſtras, perq; ora audentius ire.
Id vobis ſatis atque ſuper reor eſſe. valete.

ΕΙΣ ΙΑΚΩΒΟΝ ΠΑΚΙΝΟΝ,

Ἰωάννου βαπτιστοῦ τοῦ Ἀμαλθείου.

Πρηΰτερον, Πακῖνε, βροτοῖς ἐχαρίσσαο γῆρας,
  ἱρὸν ἀκεστορίης ἄνθος ἀμησάμενος.
Ὥστε καλῆσε πόλις θυγάτηρ Ἐπιδαύρου ἔδεκτο,
  ἀστὴρ ἰλλυρικῶν ἀγλαὸς ἠϊόνων.
Ἀθανάτης ἔκαμες φύσεως θνητοῖσι θέμεθλα,
  ἐργάτιδας ζωῆς γραψάμενος σελίδας.

IOANNIS MVSONII CREMONENSIS

ad auctorem elegia.

QVAE modo Pæonijs produxti è fontibus hausta,
Vidimus ingenij flumina magna tui.
Vidimus & flores, & fœtus, quos tuus ample
Suggerit exculta pulcher agellus humo.
Nec nobis uidisse sat est: olfecimus acri
Pectoris olfactu, quod tibi cunque satum est.
Cuncta placent, nostrasq; implent feliciter aures,
Vt sunt felici cuncta notata manu.
Nec quisquam tibi adhuc sese pugil obuius offert:
Quæ tu elata geris, Zoilus arma tremit.
Nec tremere vllo unquam cessabit tempore: tanto
Quæ de te manant, sunt solidata solo.
Sed tamen (ingenue fabor, quæ libera fari
Mens iubet, atque in te non male sanus amor)
Hæc sublime volant, vobis bene cognita solis,
Quorum mens altas assolet ire uias,
Ac semper meditari aliquid, cui pectora nostra
Haudquaquam aspirent, nec satis esse queant.
Iam te serpere humi fas est, ac pabula ferre
His quoque, quos humilis cura laborq; iuuat.
Sat norunt omnes, tua quid mens ardua possit:
Fac norint ijdem, quam ferat vsus opem.

Feci

Feci ego, quantus eas, Iacobe, hac parte periclum,
Fecit cum cara coniuge tota domus.
Qualia nos de te iampridem cepimus omnes
Munera, de te orbis talia totus hiat.

Paulus

Paulus Bosius lectori.

ABDITA *Pæonijs priscorum oracula chartis*
Pacinus miro hic explicat ingenio:
Atque eadem inter se tot iam pugnantia seclis
Vnus perpetua iungit amicitia.
Pæonios igitur concede huic lector honores,
Cui prima & Liuor præmia sponte feret.

Castiga-

CASTIGATIONES ERRATORVM TOTIVS OPERIS.

	lege
In indice quinti capitis Simeonis	Simonis
in eodem ſolum nomine	non ſolum re ſed & nomine
in eodem febrem continuam ſynocha	febrem continuam ab ea quam vocant ſynocham
in eodem quorum	quibus
in 6 quo eſſe	quo eam eſſe
in 7 diſſoluit	ponit
in 8 non poſſe	non poſſe diſſoluit
in 8 dicatur ſimplex	dicatur ſimplex explanat
in 9 putat	putant
in 10 forliilienſem	forliuienſem
in 13 &	ex
in 16 media	medio
in 18 concoquendam eſſe	incraſſando concoquendam eſſe
in 24 ut	et
in 25 obiecit	obiectio
in 2 ſecundæ quæſtionis aphoriſmi vigeſimi ſecundi	aphoriſmi vigeſimi ſecundi ſecundæ particulæ
in 3 eiuſdem quæſtionis cauſa	eam
in 3 definitionem	definitioni
in 4 88	88 libro ar. med.

Pag.	fa.	linea	lege
4	a	4 hac	ac
5	a	12 heptesin	hepſeſin
5	a	25 heptesin	hepſeſin
5	b	18 de iecinoribus affectibus	de iecinoris affectibus
6	a	14 eb	ab
7	a	17 virtute	a virtute
7	a	23 ſumma	ſummam
9	a	25 reddant	reddantur
9	a	29 reſeruando	reſerando
9	a	29 conctionem	concoctionem
10	a	15 viuant	iuuant
9	b	15 naturam	natura
10	b	25 veterem	veterum
11	a	7 anima	animal
11	b	21 inflationibus	inflammationibus
11	b	25 et	etiam
12	b	8 ſpetiem	ſpetie
13	a	4 diuerſas	diuerſos

13 a 18

ıg.fa. linea	lege
3 a 18 aquæ	aqua
3 a 27 inflationibus	inflammationibus
3 b 11 loco	libro
3 b 25 &	vt
3 b 19 loco	libro
4 a 10 caligo	calido
4 b 18 aphoriſmi	aphoriſmo
4 b 17 auctionis	auctiones
5 a 1 habeatur	habeat
5 a 3 ſolidam	ſolida
5 a 15 & eodem	& in eodem
5 a 25 aquoſæ	aquoſa
5 b 13 & de tenui & craſſo ei oppoſito	oppoſito autem modo fit attenuatio & detenui craſſo ei oppoſito
6 a 1 denotationem	denominationem
6 a 12 puluerulentum	purulentum
6 a 25 quam	aquam
6 b 8 a quo	aqua
8 a 13 infrigitatis	infrigidatis
8 a 16 conconcidis	concidit
8 b 6 multiriam	multifariam
9 a 29 frigus	frigidus
1 a 1 teſtatur	teſtatus
1 a 24 caſſo	craſſo
2 a 4 ſcribentur	ſcribuntur
2 a 6 Galeno	Galenus
3 b 12 ea craſſities	craſſities & dele ea
5 a 5 tanquum	tanquam
5 a 19 melanchonico	melancholico
5 b 25 emitreum	emitriteum
6 a 8 terræ	terreæ
6 a 13 modum vniuerſalem generandi ſalſam pituitā in ſpecie	ſecundum ſpetiem modum uniuerſalem generandi ſalſam pituitam
6 a 21 adurit	aduritur
26 b 6	Gentilis error repone in margine
27 b 23 et	ex
28 a 1 pauciorem	pauciores
28 a 9	Manardus repone in margine
29 a 9 ſicco	ſucco
29 a 12 certam	per certam naturæ notam
29 b 2 cuum	quum
29 b 8 de altra	de atra
29 b 18 ἐνδεία	ἔνδεια
30 a 4 poteſt	poſt

30 a 12

Pag.fa.linea				lege
30	a	12	καθέρειν	καθαιρεῖν
30	a	22	& de febre	& quod a febre
30	a	25	uerum febre	uero de febre
30	a	29	Galeno	Galenus
30	b	3	primam	primum
30	b	10	cum ex quibus	ex quibus & dele cum
30	b	20	ὥς περ	ὥσπερ
30	b	22	ἔθ'	ἔσθ'
31	a	9	ſeruis	ſeruus
31	b	2	quæcunque	quacunque
32	a	26	mouentur	mouetur
32	b	25	acceſſionum	acceſſionem
33	a	16	in partes	in partibus
33	b	25	legitime	legitimus
34	a	21	non non opus ſit	non opus ſit & dele vnum non
34	a	24	iudiciis	indicijs
34	b	25	tertiana	tertianæ continuæ
34	b	29	perpetuumque	perpetuamque
25	a	11	teporum	temporum
35	a	29	ſcribentis	ſcribenti
35	b	2	diuerſu	diuerſum
36	a	24	ſeptimum	ſeptem
36	a	29	decretorij	decretorijs
36	b	3	tertianam	tertiam
36	b	19	per totũ corpus pulſa eſt	per totũ corpus extra vaſa pulſa eſt
36	b	22	cuius materia in uaſe aliquo à corde diſtanti putret, neque enim hæc ea eſt	cuius materia in uaſe aliquo a corde diſtanti putret opponitur. ſed alia cuius materia extra uaſa pulſa eſt, non ad ambitum totius corporis ſed ad partes aliquas a corde diſtantes, neque enim illa ea eſt
37	a	24	& conſtat	conſtat & dele &
37	a	25	& ob id	ob id & dele &
37	b	15	humorem	humorum
38	a	50	tractui	tactui
38	a	18	Galenum	Galenus
38	a	20	uertibilem	verti bilem
38	a	29	tamen	tantum
38	b	5	obiicit	obijcitur
38	b	21	inflatione	inflammatione
39	a	8	humidi	humido
39	a	19	ſi	ſic

Pag. fa. linea	lege
39 a 19 prima	primo
39 b 19 inflatione	inflammatione
39 b 26 ex inflatione	ex inflammatione
39 b 29 inflatione	inflammatione
40 a 3 in inflatione	in inflammatione
40 b 21 putrens &	putrentis
40 b 22 biliosa	biliosam
40 b 22 cum biliosa est	cũ ex eo bilis genita est biliosa est
41 a 5 cap.	positio
41 a 13 inflationem	inflammationem
41 a 15 inflationis	inflammationis
41 b 11 dicunt	dicunt sed potius ratione bilis pu trentis ei admixtæ
42 b 4 prædictum	primum
42 b 6 quæst.	quia
42 b 14 quæst.	quia
42 b 18 inflationem	inflammationem
42 b 22 ethica	hectica
45 a 2 sanguinis	sanguis
45 a 5 uixta	iuxta
46 a 4 à succis sanguine	à succis videlicet à sanguine
46 b 26 ὁϖωσῶν	ὁπωσοῦν
47 b 4 inuenit	inuenitur
48 a 16 inflatione	inflammatione
49 a 5 sanguinis	sanguis
49 b 9 sanguinis inflammatione	sanguis inflammationem
49 b 16 autem	tamen
49 b 25 internouorum	internorum
50 a 8 prædicationum	prædictionum
51 b 18 uti	vt
52 a 2 obtalmia	ophtalmiæ
52 b 2 et	at
54 a 6 extra	extera
54 a 11 per hoc uerbum hoc	per hoc uerbum & dele vnum hoc
55 a 8 dicta	dicto
55 b 9 biliosa	biliosam
55 b 23 cum ad eius finem biliosa commiscetur	biliosæ ceu eius fini commisce- tur
56 a 16 ni	non
56 b 1 autem	tamen
57 a 4 acrius	acris
57 b 4 tantum	secundum
57 b 22 testat	testatur
58 a 4 sympthomatibus	sympthomatis

Pag. fa. linea	lege
58 a 27 tamen	tantum
58 b 24 aliorum intermissentium	aliarum intermittentium
59 b 21 vltimo initio	vltimo ab initio
63 a 3 eius	eorum
63 a 4 peccantes	peccantem
63 a 6 ea	eam
63 a 8 ea non solum	non solum & dele ea
63 b 27	repone in margine Aquilanus
64 a 24 sanguinis	sanguis
64 b 7	repone in margine Aquilanus.
64 b 11 febris de sanguine sic putrente dicitur biliosa	& ob hoc febrem constituit biliosam denominatam.
64 b 16 tamen	tantum
65 a 7 in inflammationem	inflammationem & dele in
66 a 3 super excectio	super excoctio
67 b 10 disputauit	putarunt
69 a 14 melancholica	melancholia
69 b 15 hetica	hectica
72 b 3 sit	fit
74 a 5 substantia	substantiæ
74 b 5	repone in margine forliuiensis
75 b 3 antecedens	accidens
75 b 8 vnam	una
76 b 5 proprium	propositum
77 a 20 videlicet & elementaria forma	uidelicet elementaria forma non autem ut substantia absolute
77 b 20 quæ	qua
78 a 29	repone in margine Conciliatoris, Gentilis Forliuiensis, Vgonis Senensis & aliorum
78 b 3 dicenda	dicendam
78 b 26 &	ex
78 b 29 at	vt
79 a 19 quorum	quarum
79 a 20 eorum	earum
79 b 2 ad obseruationem	ad obiectionem
80 a 19 nec que	neque ut
80 b 25	repone in margine Ioannes Gandauensis & Suessanus
81 a 3	repone in margine Thomas
81 a 12	repone in margine Thomas & Aegidius
81 a 16 tractus	tactus
81 b 17 formas	formam

81 b 26

Pag. fa. linea	lege
81 b 26 ex libro	quoniam ex libro
82 a 15 patiunt	patiuntur
82 a 28	repone in margine Diuus Thomas
82 b 2 forma	formæ
82 b 6 metus continuum	motus continuus
82 b 12	repone in margine Curtius
82 b 16 qualitatem	qualitatum
83 a 16 Conciliator	Conciliator & Thomas
84 a 4 Ariſtoteles	Ariſtotelem
84 a 27 mixta	iuxta
85 b 14 ſubſtantiæ elementorum	ſubſtantiæ elementorum ſecũdum ſe totas
86 a 29 quam	quoniam
86 b 4 forma	formæ
86 b 7 materiam leuigante	materiam leuigante & eam ſurſum efferente
86 b 11 textu octauo	textu octauo non ut primo ſed ut ſecundo agente
87 a 1	repone in margine Thomas & alij
87 a 4 ſententiam	ſcientiam
87 a 5 qualitalibus	& qualitatibus
87 a 6 Aueroes	Aueroem
87 a 7 compoſito	etiam compoſito
87 a 27 et	at
87 b 13 Ariſtotele	ab Ariſtotele
87 b 18	repone in margine Curtius
88 a 10 dicit	dicunt
88 b 22 vnam	una
88 b 25 actum	actu
89 a 14 ſeu mixtorum	ſeu mixtorũ quoniam ex eis inter ſe refractis uicem materiæ tenentibus reſultat forma
89 a 15 etiam	uel
89 a 22 me	nec
89 a 29 ſiccam	ſiccum
90 b 16 diſpoſitio	diſpoſito
90 b 21 opponit	opponitur
91 a 9	repone in margine Curtius
91 a 16 prædicta	prædicamenta
91 b 2 aphoriſmo	aphoriſmi
91 b 5 calidus	calidum
91 b 4 ubi legitur	vbi etiam in Hippocratis textu legitur
91 b 5 legit	uertit

Pag.	fa.	linea	lege
91	b	6 et	idem quoque etiã ſcripſit Galen.
91	b	6 quoniam	quippe ab eo
91	b	15 quia	quam
92	a	3 videlicet qualitatis	videlicet qualitatis, non quidem vt principium, ſed proprie ſeu directe
92	a	29 ſexageſimo	ſexto
92	b	28 et caliditatem	caliditatem & dele &
93	a	23 ſequendum modum	ſequendo alium modum
93	b	28 ſubſiſtet	ſubſiſtit
94	a	12 exponentem	exponentes
94	a	25 dicat	dicatur
94	b	2 remiſſio	remiſſo
94	b	8 ideſt frigido	ideſt frigido uti nec iuuenis calidus ſpecie differt à ſene frigido
94	b	9 adeo fiat	adeo mixtum fiat
94	b	11 ſupra quam par	ſupra quam par eſt, ut
95	b	18 ut tales	ut tales ſubſtantiæ
95	b	3 quod ex libro	quod nono ex libro
96	a	17 conueniunt	cum Galeni poſitione conueniunt
96	a	26	repone in margine Achillinus Bononienſis
96	b	3	Impugnatio repone in margine
96	a	12	repone in margine Sueſſanus 11 metaphy. queſt. 4
96	b	23	impugnatio repone in margine.
97	a	4 cathegorice	cathegorematice
97	a	24 conceſſo totam formam	totam formam & dele conceſſo
97	a	9 cathegorice	cathegorematice
97	a	11 proprium	primum
97	a	17 quæ	qua
98	a	9 natura	materia
98	b	13 excepto	excerpto
98	b	14 tum Galeni	Galeni tum
98	b	21 Ariſtoteles	idem quoque etiam Ariſtoteles
98	b	21 ſcripto textu 19 & 45	textu 19 & 45 ſenſit & dele ſcripto
99	a	3 remittat	remittatur
99	b	3 cauſa	de cauſa
100	a	1 (ut ſæpe dictum eſt)	(ut ſæpe dictum & antea probatum eſt)
100	a	4 ponentem	textu nono ponentem
100	a	5 eſt	ſunt
100	a	10 actu ſimpliciter ſeu	actu ideſt ſubſtãtia ſimpliciter corrumpitur ceu ea eſt

100 a 12

ag.fa.linea	lege
00 a 12 ſeruat	ſimpliciter ſeruat
00 a 12 ſeruat	ſeruat ea enim cum non ſit de contrario habente ſubiectum actu in contrarium, non eſt motus ſed generatio, quod Ariſtoteles tex. 10 ſenſit quidquid ibi dicat Aueroes & alii cõtra Alexandrũ
00 a 24 ſeruantis	ſimpliciter ſeruantis
00 a 26 non eſt	non eſt ſcilicet act i
00 a 29 ſubiectum	qua ipſum mouetur ſubiectum
00 b 2 actu	in actu
00 b 3 actu ſcilicet ruptum	in actu rupto
102 a 8 iam	in
102 a 15 per eam	per eam materiæ elementi
102 b 12 ſummus gradus	ſummus gradus qualitatis contrariæ
103 a 16 pro	per
103 b 2 promixtæ	permixtæ
103 b 18 calidum	in calido
103 a 29 autem	aut
103 b 1 exceptum	excerptum
104 a 29 ſit	fit
104 b 14 ſed	uidelicet
105 b 6 nec incompoſſibilitas	nec ut nominãt incompoſſibilitas
105 b 10 ex quinto phy. 19 ſecũdum ſuppoſitum excerptum ex uerbis ab eodem Ariſtotele, loco citato ſcriptis ſcite intellectis conſtat in eis non eſſe motum planum eſt, niſi ex accidenti	ex quinto phy. 19 fieri motum, dic per ſecundum ſuppoſitum excerptum ex uerbis ab eodem Ariſtotele loco citato ſcite intellectis, ut cõſtat in eis non eſſe motum niſi ex accidenti
105 b 29 ſint igitur uel non ſint ij per quos materia quodã modo eſt actu	ſint igitur ij per quos materia quodam modo eſt actu, uel non, potentiam tamen non excludẽtes
106 a 11 ideſt	& ſufficit
106 a 14 abſolute in ordine	in potentia abſolute uidelicet in ordine
106 a 16 ruptus	ruptus potentiam uidelicet includens
106 a 18 diſtinctio	poſitio
106 b 28 afficiunt	afficiunt ſeu ei, ut ſubiecto accidũt
106 b 29 accidentium	accidentium & non ſubſtantiæ ut ſubſtantia ſimpliciter eſt, cuius natura eſt alteri non accidere.
107 a 4 ſeruant	ſimpliciter ſeruant

Pag. fa. linea	lege
107 a 8 eſſe in ſubiecto	eſſe in ſubiecto quia ſolum accidens naturam ſubſtantiæ ſimpliciter, non ſeruans, habet eſſe in ſubiecto
107 b 2 elementorum	per elementorum
107 b 3 definire	definiri
107 b 6 quod	hoc
107 b 21 aliud	aliud uidelicet abſolutum
108 a 11 intellectiuum aut ſenſitiuum	quia in eo plures ſunt compoſitiones partium inſtrumentalium ex ſimilaribus, intellectiuum autem aut ſenſitiuum
108 b 2 ſeu compoſitionem uocat Galenus	uocat Galenus & dele ſeu compoſitionem
108 b 13 nono	nonageſimo
109 b 8 ſincera ſubſtantia	ſinceræ ſubſtantiæ
110 a 17 motum	modum
111 a 21 eſſe eiuſdem ſpeciei	eſſe eiuſdem ſpeciei uidelicet proprie ſub qualitate paſſiua
111 a 24 ſubſtantia	ſubſtantiæ ſimpliciter
111 a 25 tenet	ſimpliciter tenet
111 a 28 actum	actu
111 b 10 poſſint	poſſunt & magis accidentia, quam gradus ſummus
111 b 10 eſſe eiuſdem ſpeciei nec in eis ordinem eſſe eſſentialem & ſub eodem genere contineri quia abſolute omnes gradus	eſſe eiuſdem ſpeciei, uidelicet ſub paſſibili qualitate, nec in eis ordinem eſſe eſſentialem, licet etiã ſub alio genere contineri uidelicet ſub ſubſtantia non tamẽ proprie ſed a latere ac ob id &aliam quoquomodo definitionem habere poſſint,
111 b 21 a ſubſtantia differt	à ſubſtitantia ſimpliciter differt
112 a 1 qualitas	qualitas (quatenus infert paſſionem ſenſui) uidelicet paſſibilis
112 a 8 materiam	naturam
112 a 10 an	ea autem
112 a 17 ethica	hectica
112 b 24 calida	calidæ
113 a 12	repone in margine Thomas primo de generatione
113 a 19 poſitio ſolum poſitione	poſitione ſolum poſitio
113 b 11 qualitates	qualitates & non cõpoſita ex qualitatibus

ag. fa.linea	lege
13 b 19 forma	forma idest qualitates
15 a 6 ex	in
15 a 17 duabus	duobus
16 a 2 natura	eius enim natura
16 a 3 transmutatis	transmutatis genita est
16 a 13	repone in margine Diuus Thomas
16 a 13 aqua	terra
16 a 29 generat in eorum materia	generatur in eorum materia
16 b 14 naturam	naturam disposita
17 a 8 indubitatione	indubitato
18 a 4 ratione	rationem
118 b 22 concoquatur	concoquantur
119 a 28 de moribus	de morbis
119 b 3 arguat	arguet
119 b 7 cicato	citato
120 b 6 Galenū in inflationibus	Galenus in inflammationibus
120 b 9 quæque	quaque
120 b 22 ab inflatione	ab inflammatione
121 a 24 inflatione	inflammatione
121 a 28 inflatione	inflammatione
121 b 27 ættrahendo	attrahendo
122 a 17 super fluitates	superfluitates
122 a 18 nam	natura
123 a 17 sit	fit absolute
124 a 10 cartilagines	cartilagineæ
124 b 16 aqua	à qua
125 b 1	repone in margine Gentilis
125 b 12 sit	fit
125 b 24 pendeant	pendent
126 b 13 excretione	redditione
126 b 21 impedumento	impedimento
127 a 17 elaborato ex sanguine	ex elaborato sanguine
127 a 29 constitutione	quoniam libro de constitutione
127 b 20 similem	similitudinem
129 a 6 diluantur	diluentur
129 a 27 promiscens	permiscens
130 a 3 &	uel
130 a 29 in hac noua subincipiē- te concoctione ut ab eo noua subincipiente concoctione	in hac noua subincipiente concoctione & dele ut ab eo noua subincipiente concoctione
131 a 12 quem	ad quem
132 a 3 aqua	aquam
132 a 4 inspissionem	inspissationem

Pag.	fa	linea		lege
133	a	4	habituosum	halituosum
133	a	6	depulsuum	de usu pulsuum
135	b	5	obiiciam pari modo	obiiciendo pari modo dicam
135	b	10	ex atre	ex aere
135	b	15	obiecto	obiectio
135	b	21	refrictione	refractione
136	a	25	indigente	indigent
137	a	7	ex ea	ut ex ea
137	a	11	appropriati	proprijs & secundum naturam
137	b	24	populari	propulsari
138	a	26	affecta	dispofita
138	b	24	effesta	effecta
139	a	12	mala	male
139	b	14	primo	positio
139	b	24	a a crassis	a crassis & dele unum a
140	a	12	excrementis	excrementis omnibus
140	a	23	humorem	humores
141	a	25	simillimis	similitudinis
141	b	4	namque	atque
141	b	10	æquotionem	æquationem
141	b	16	emidio & enico	cnidio & cnico
141	b	21	simillimam	similitudinem
143	a	5	habent	habens
143	a	5	dic	die
144	a	27	uere	iure
144	b	1	vt est esse causa	vt est causa & dele esse
145	a	10	dissipetur	dissipatur
145	b	12	virtute	virtuti
146	b	1	scilicet	simplicium
146	b	24	inflatione	inflammatione
147	a	8	crasso	crassa
147	b	11	accidentis	antecedentis
147	b	13	accidentis	antecedentis
147	b	22	accidentem	antecedentem
148	a	15	ἀῦθις	αὖθις
148	a	26	accidentem	antecedentem
148	b	3	accidens	antecedens
148	b	8	accidente	antecedente
148	b	10	accidens	antecedens
149	b	16	materia	ex materia
150	b	7	præter	propter
150	b	7	hac	& hac
151	a	5	in intermittentem	intermittentem & dele in
152	b	15	confluctio	confluxio
153	a	4	secundum	secundum naturam

Pag. fa. linea	lege
153 a 9 concoctionem	concoctione
153 a 19 uix	uis
153 a 25 causa	causæ
153 a 24 potest	possunt
153 b 18 quod	illud autem rursus
153 b 27 expurgandos	expurgandas
154 a 15 rigore	rigores
154 b 23 in cõceptaculis coctus eẽ	coctus in conceptaculis esse
155 a 14 rigorem	rigor est
155 b 6 quibus	in quibus
157 b 11 nam	natura
157 a 27 eum	qnum
158 a 2 partes	partem
158 b 4 eis	eos
158 b 22 bile	bilem
159 a 12 inflationis	inflammationis
159 a 25 humore	humor
160 a 16 quam putridi sunt concocti balneari & quod	concocti qui putridi sunt balneari & quum
160 a 29 possit	possint
160 b 1 intermittens	intermittens sit febris
160 b 6 præter	præterea
160 b 8 capie	capite
160 b 24 causa	causa actu
162 a 14 aut	autem
162 a 20 urina	urinæ
162 b 16 suppensionem	suspensionem
162 b 18 scribere	scripsit
163 b 2 cuudi	crudi
163 b 28 alterius	ulterius
164 a 12 verum ab arte	uerum etiam aliter ab arte
164 a 19 etiam	etiam aliter
164 b 20 suæ essentiæ	essentiæ
164 b 21 agentibus	aliter
165 a 6 συνάγεντοὺς	συνάγει τοὺς
166 a 28 accidens	antecedens
166 b 4 præter	per
166 b 8 accidens	antecedens
168 a 2 quartana	quartanæ
168 a 8 esse	eam
168 a 10 prætea	præterea
168 a 11 febrium	febrium putridarum
168 a 23 Alexandrinum	Alexandrum
169 a 11 cap.	cap. 9. & xi. methodi capite 8.
169 b 4 quod	quid

Pag.fa.linea				lege
170	b	6	esse	est
170	b	18	Aristotelis quod	Aristotelisque
171	b	10	Aristotelis	Aristoteles
171	b	22	Aristoteles	Aristotelis
172	b	12	hic	hæc
173	b	19	exhibendus	exhibenda
174	a	17	succedebatur	succendebatur
174	b	17	antedens	antecedens
175	a	5	quod	ea
176	a	1	accidens	antecedens
176	a	15	cassare	cessare
176	b	28	eam	ea
176	b	29	conuersi	conuerti
177	b	20		impugnatio Cauilli repone in margine & dele intus
177	b	18	frigidus	frigidum
178	b	23	vtro	vtroque
179	a	17	confregere	confugere
179	b	4	ouis	oui
179	b	14	concusso	concesso
179	b	23	materiæ	naturæ
179	b	21	temperaturæ	temperatura
179	b	27.	64	54 secundum alios 44
180	a	2	idem	idem quoque scribitur
180	b	7	præstantissimo	præstantissimum
180	b	26	bile à syncope	à bile syncope
181	a	7	pro	per
181	b	25	procellorum	porcellorum
182	a	25	adhibuitur	adhibuit
184	b	17	præstanda	habenda
185	b	11	ptisana	ptisanæ
185	b	28	petice	specificæ
187	a	15	euacuaus	euacuans
188	b	22	promiseris	permiseris
191	a	27	billosas	biliosas
191	b	2	ferente	feruente
192	b	14	excitet calidoq; magis	excitetur calidoque ob id magis
193	b	24	quia	quam
193	b	16	tertiana	tertianæ
193	b	18	tertianam	tertianam facientem
194	a	5	quoniam	quando
195	a	9	impressam	impressas
195	a	10	trahentem & ob hoc	trahentes & ob hoc ea
195	a	24	eueniant	eueniat

195 a 28

Pag. fa. linea	lege
195 a 28 inductam	inductum
195 a 29 eum	cum
195 b 10 qua	quæ
195 b 11 persperatu	perspiratu
195 b 15 educet	educatur
195 b 23 in causis	à causis
196 a 10 consequiatur	consequantur
196 a 10 quamcunque	quemcunque
196 b 2 incrassat	incrassatur
197 a 12 producitur	perducitur
198 a 11 supra quam	supra quam par
198 b 12 cephalalgia	cephalalgiæ
198 b 22 bilis	bilis nequaquam
198 b 25 à calore putrendo attenuatam	nequaquam putrentem à calore tamen attenuatam
199 a 17 bili tenui pendente	bile tenui pendentis
199 b 14 ὠδὰ	ὠδὰ
199 b 29 similia	simila
200 a 12 quorum inaicium	in quorum initio
200 b 5 in contrarium	contrarium
200 b 22 quæ	qua
201 b 27 atra	atræ
202 a 12 dgestio	digestio
203 a 6 spirituus	spirituum
203 b 17 possit	possint
203 b 26 prodest	prosit
204 a 18 atis	satis
204 b 10 at	ac
204 b 19 tolerantiæ	tolerantia
204 b 21 semotis	semoto
206 a 11 non in substātia uerum nec in accidentibus exquisitæ assimilari potest	non potest in substātia uerum nec in accidentibus exquisitè assimilari
206 a 19 ἀγωγήτις	ἀγωγή τισ
207 b 18 educationi	eductioni
207 b 20 educationi	eductioni
208 a 8 prima	primo
210 b 14 scripsit	scripsit aduersus Rasim
210 b 15 inrcassando	incrassando
210 b 29 die	dic
211 a 12 spaium	spatium
211 a 16 possint	possunt
211 b 19 ecundo	secundo

Pag.fa.linea	lege
211 b 20 rasro	rarò
212 b 5 aut	autem
212 a 3 unam	una
213 a 15 in febriculorum	infebriculoſorum
213 b 11 ſcribentur	ſcribuntur, haudquaque lege haquaquam
213 b 4 videlicet	quum
213 b 5 in illo	videlicet in illo
214 b 9 ſignificatu	ſignificatum
214 b 17 aut	autem
215 a 7 membro	diuiſione
215 a 8 procatarmaca abſiſtéte	procatarctica antecedente
215 a 16 abſiſte & procatarmaca deſtinctam	antecedente & procatarctica diſtinctam
216 b 12 methodo	methodi
216 b 16 ipſo	ipſe
216 b 24 demulcendam	demoliendam
217 a 6 abſiſtentem	antecedentem
218 a 22 quod ſanitatem	ſanitatem & dele quod
218 a 24 cauſalis	caſualis
218 b 28 aliquid	ad aliquid
219 a 7 vtile principium	vniuerſale principium
219 a 23 aſerræ	à ſerræ
219 a 28 ἐναντ᾽εψιοῦται	ἐναντιοῦται
219 a 29 ἐστι	ἐστιν
219 b 14 in infinitis	infinitis
220 a 21 qui ſicuti	ſicuti & dele qui
220 b 1 verba	umbra
220 b 9 intriſeca	qui eſt diſpoſitio intrinſeca
220 b 10 extrinſeca	quæ eſt diſpoſitio extrinſeca
220 b 14 impeditus	conſimili modo impeditus
221 b 12 diu ut	ut & dele diu
221 a 18 a natura	illæ à natura
221 a 19 conceſſa	conceſſæ
221 a 28 prædictum	præditum
221 b 25 præeligit	præeligit & magis intendit
222 a 1 dilucidatur nos	dilucidat & dele nos
222 a 10 obſeruantia	obiecta
222 a 17 accidentem	antecedentem
222 a 24 iſtas	illas
222 b 1 accidentis	antecedentis
223 a 6 facta	factam
223 a 17	repone in margine Auicenna ſecũda


Pag.	fa.	linea		lege
				da primi
23	b	10	primam	primum
23	b	25	Galeni	Galenus
23	b	29	abſolute	tamen abſolute
24	a	14	debere	dicere
24	b	17	quia	qua
25	a	14	pro	primo
26	a	29	ſyſtoteles	ſyſtoles
28	b	8	obiecto	obiectio
30	a	3	comperi	comperiri
31	a	29	quidquid	quid
32	a	16	poſita	ſcilicet materia poſita
232	a	21	ſubducationem	ſubductionem
232	b	1	ſucceſſiua	ſucciſiua
232	b	7	curaſſem	curaſſe
232	b	15	purgat.	purgantium
233	b	25	inflatione	inflammatione
234	a	20	eam	ea
235	a	9	obſtrucatione	obſtructione
235	a	10	inflatione	inflammatione
236	a	6	nomine	nomine &
236	a	28	dicereretur	dicerentur
236	b	8	præcipit	præcipitur
236	b	13	permutata	quæ permutatur
237	a	11	nocte	noctu
237	a	13	quædam	quadam
237	a	26	nidetur	uidetur
238	b	7	hæc	hac
239	a	25	poſſibilis	paſſibilis
239	b	12	exercens ea	exercens & dele ea
239	b	21	et	at
259	b	25	in cordis ſubſtantia	exiſtente in cordis capacitate
239	b	28	primo ductum eſt	productum eſt & ob id
239	b	29	dependens poſſideat	eſſe dependens poſſidet
240	b	1	unam	una
240	b	9	μετοκή	μετοχη
241	b	21	alterando	intenſe alterando
242	a	2	inflatione	inflammatione
242	a	6	methodo	methodi
242	a	20	non ſolum in his	nō ſolū; in ſpumoſa pituita & in his
242	a	24	morbis	in morbis
242	a	25	in ſpecie	à materia pendentibus in ſpetie
242	a	28	numero adeſt	numero uidelicet a materia independenti adeſt

243 a 6

Pag.fa.linea	lege
243 a 6 caufa	caufæ
243 a 8 affignate	affignaffe
243 a 18 euadendo	euacuando
243 b 2 θερμασιαίν	θερμασίαν
243 b 29 plurimorum	plurimum
244 a 16 unam	una
245 b 1 tollatur	tollat
247 b 22 pro	primo
248 a 6 ex fuis natura	ex fui natura
249 a 26 παράδειμα	παράδειγμα
249 b 16 φαμὶν	φαμὲν
250 b 15 animo	aio
251 a 20 caufairum	caufarum
252 b 29 poffeffu	poffeffa
253 b 1 expreffa	expreffæ
254 a 10 poffe	poffet
254 a 24 ποιηκτικὸν	ποιητικὸν
254 a 25 ἀλλαὶ	ἀλλὰ
255 a 20 effentia	effentia quæ eft forma
255 a 25 in	tamen
255 a 29 caufa	eam
255 b 5 curantem	curantur
255 b 17 tantum in rebus	tantum in fpumofa pituita & in rebus
256 a 4 quod factum	factum & dele quod
258 a 11 maius	mauis
258 a 27 dignofoi	dignofci
258 b 2	repone in margine Curtius
258 b 27 quoà	quod
259 a 17 infrafcripta uidelicet	infrafcripta pro ea pofitione quid quam cogunt uidelicet
259 a 18 τῶμα	σῶμα
259 a 26 exiguitates	exiguitatem
259 b 5 poni	pofitioni
260 b 4 ob obiectionem	ad obiectionem
261 b 3	repone in margine plusquam Comentator
262 a 13 poffibilitatis	paffibilitatis
263 a 2 earum	eorum
263 b 5 nono	nonagefimo feptimo
264 a 7 debere	dicere

264 b 16

Pag.	fa.	linea		lege
164	b	16	permanens	permanens quod prædictis non cõ tingit, quæ actu fiunt, dum fiunt à causis actu operantibus
165	a	2	dede sui sublatione	de sui sublatione
165	a	9	similem	similitudinem.



INDEX RERVM, quæ in ſingulis capitibus continentur.

CAPVT I.

CAPVT II.

CAPVT III.

tum à modo substantiæ, tum à qualitate, necnon & à calido, & à frigido, unà cum locorum Galeni citatione dicta confirmante.

CAPVT IIII.

Disputatur nunquid tertiana notha iuxta mentem Galeni fiat à bile uitellina genita per commixtionem bilis cum pituita crassa, iuxta modum Arabum, uel solum eadem bilis uitellina fiat per assationem bilis flauæ, uti Galeno ascribit Auerroes, Gentilis, & ceteri neoterici, sustinendo partem affirmatiuam cum probationibus, & locorum Galeni citationibus, unàq; cum digressione explanante modum generandi pituitam salsam, & concordia super hoc Galeni, & Auicennæ, unà cum Auerrois (pro Galeni defensione) damnatione, & Pauli Aeginetæ comprobatione, & quid sit purgare.

CAPVT V.

Continet declarationem terminorum, uidelicet quid continuum, quid intermittens in febribus, & quot modis utrunque dicatur, cum impugnatione Simeonis Ianuensis, & ceterorum neotericorum solo nomine synochon febrem

CAPVT VIII.

CAPVT IX.

Adducit in materia de febre ſanguinis rationes Auicennæ aduerſus uerba Galeni, quas putat aduerſus mentem eius eſſe, uel aduerſus ſic eum intelligentes, & earum ſolutiones ponit, & nonnullas alias ex Ariſtotele obiectiones, & earum ſolutiones, & oſtendit Auicennam ſecundum rem à Galeno non diſſentire.

CAPVT X.

Probat aduerſus Latinos Auicennæ, & Galeni expoſitores plus quam commentatorem Gentilem, Foruilienſem, & alios, à uirtute, ut eſt quid diſtinctum à temperatura, iuxta modum ab eis poſitum, nec actionem, nec cauſis morbum inducentibus reſiſtentiam fieri poſſe, non ſolum in corpore temperato, uerum neque in intemperato, & aduerſus propriam poſitionem obiicit, & ſoluit, & ſoluendo ponit opinionem Ariſtotelis, Galeni, Simplicij, Alexandri, Themiſtij, quinto de Phyſico auditu capite quarto Alexandrum inſequentis Ammonij, et Græcorum aliorum aſſerentium qualitates elementorum eſſe formas eorum

 ſubſtan-

substantiales, & temperaturam formam esse corporum compositorum substantialem.

CAPVT XI.

Obijcit aduersus positionem Aristotelis, Galeni, & ceterorum Græcorum probans qualitates primas elementorum non posse esse eorum formas substantiales, rationibus sumptis ab Auerroe, qui positionem hanc putat non Aristotelis, sed Alexandri Aphrodisei quid commentitium esse, necnon rationibus desumptis à diuo Thoma, Egidio, Conciliatore, plusquam commentatore, Achillino Bononiense, Io. Gandauensi Suessano, & ceteris modernis, pari modo obijcit probans temperaturam non esse mixti formam substantialem, deinde eorum uidelicet Aristotelis, & ceterorum Græcorum positionem defendit, & ad rationes Arabum, & Latinorum solutiones ponit, necnon & positionem eorum impugnat, & pro eis replicationes, & ad eas solutiones ponit.

CAPVT XII.

Probat in substantijs non solum posse esse generationem, & corruptionem ad mentem Aristotelis, uerum etiam in ea mutationem posse

esse, quæ uere motus est, & complet solutiones obiectionum capite undecimo adductarũ.

CAPVT XIII.

Obijcit contra solutiones datas, & contra emergentia, & dictis solutionibus, & ea dissoluit.

CAPVT XIIII.

Probat concoctionem in uniuersum incrassando procedere ex Aristotele, Hippocrate, & Galeno, & præter hæc euasionem ad obiecta ex Villanouano desumptam ponit.

CAPVT XV

Obijcit aduersus apparentem euasionem à Villanouano excogitatam probando motum, quo excrementa ex pectore cum tussi expelluntur non esse motum uiolentum, sed potius naturalem, & etiam uoluntarium.

CAPVT XVI.

Adducit obiectiones probantes concoctionem in genere incrassando non procedere, & earum obiectionum incipit solutiones, & Conciliato-

ris rationes adducit probantes in genere concoctionem incrassando non procedere, hoc media quia generatio spirituum fit per concoctionem quæ procedit subtiliando, & sic de alijs concoctionibus in rem tenuem ordinatis.

CAPVT XVII.

Eiusdem conciliatoris impugnat positionem, & eius soluit obiectiones, & probat spiritus incrassando fieri, & ex aere generari, & complet solutiones rationum adductarum capite sextodecimo probantium concoctionem in genere incrassando non procedere.

CAPVT XVIII.

Comprehendit probationes probantes bilem flauam in specie à natura esse concoquendam, & impugnationes aduersus Fuchsium, & Manardum ponentes bilem flauam tertianam facientem, esse turgentem, & aduersus (ut fertur) Curtium ponentem bilem à natura concoquendam esse, sed non ab arte.

CAPVT XIX.

Continet rationes nonnullorum antiquorum probantium

bantium bilem, & quemcunque alium humorem etiam non tenuem, quum est causa coniuncta, siue continens concoqui non posse.

CAPVT XX.

Impugnat eorum positionem, & eorum rationes dissoluit, & probat sedimen residens, uel nebulam in urina inexistentem à materia extra uasa in medijs spatijs putrente, concoctionemq; sumente decidi posse.

CAPVT XXI.

Continet rationes Michaelis Villanouani quas putat demonstratiuas esse, probantes, bilem ceu nec alios humores post sanguinem genitos, nec ut causam coniunctam, nec ut antecedentem concoqui posse.

CAPVT XXII.

Eiusdem positionem impugnat, probans humores eosdem concoqui posse.

CAPVT XXIII.

Probat bilem flauam, febrem excitantem intermittentem

CA-

CAPVT XXVIII.

Probat non solum bilem, uerum & reliquos tenues humores, præter quod febrem excitent, quum lædunt ab arte incrassandos esse.

CAPVT XXIX.

Comprehendit tertiam partem quæsiti, & rationes Villanouani dissoluit probantes nec bilem, nec alios humores post sanguiuis generationem genitos concoqui posse, nec ut est causa antecedens, nec ut continens quæ uigesimo primo capite adducuntur.

CAPVT XXX.

Soluit rationes Fuchsii, Manardi, & aliorum in quæstionis initio capite primo adductas.

IN SECVNDO *principali quæsito, nunquid in morbis datur causa continens quam coniunctam Arabes uocant.*

CAPVT I.

Adducuntur rationes Leoniceni, & Fuchsij in nullo morbo causam continentem dari probantes, præterea & rationes nonnullorum, uidelicet Curtio, ac alijs ascriptæ, ponentium in morbis instrumentarijs, non autem in similaribus causam continentem reperiri posse. præterea eiusdem Curtij concedentis actionum sanarum sanitatem in debita temperatura, bonaq́; natura instrumentaria, ac decente unitate consistentem, causam posse esse continentem, non autem eam in morbis comperiri posse, quia enim causæ morbum facientes mutant causam coniunctam, seu continentem bonæ, & perfectæ operationis, uidelicet sanitatem in tribus rebus prædictis consistentem, idcirco in morbis solum causa antecedens, non autem continens dari ab eo (ut fertur) ponebatur aduersus, quæ dicta euidens impugnatio adducitur probans tam in læsione actionum, quàm in earum bonitate, ut ab earum causa hæ pendent causam dari continentem, & aduersus determinata obijcitur, & soluitur.

CAPVT II.

ilucidat terminos quid ſit cauſa antecedens, & quot modis dicatur, necnon quid, & quot modis cauſa continens formalis, uidelicet & efficiens, pari modo quot modis res habens eſſe in fieri dicatur, necnon de morbo, & pari modo quot modis aliquid factum eſſe dicatur. Præterea obijcit contra ſignificatum morbi facti, ut factum dicit rem ineſſe productam, & non fixam, & ſoluendo dilucidat aduerſus Leonicenum, & Fuchſium commentum aphoriſmi 22. uidelicet quicunque morbi ex repletione fiunt euacuatio curat.

CAPVT III.

Determinat cauſam continentem non ſolum in inſtrumentarijs, uerum & in ſimilaribus reperiri; probatq; rationibus ex Hippocrate, Galeno, et Auicenna deſumptis cauſa morbis ineſſe. & proinde planum facit primam poſitionem, uidelicet Fuchsij negantem in genere cauſam continentem, ſecundamq; Curtio aſcriptam ſolum in morbis inſtrumentarijs concedentem, utranque falſam eſſe, necnon definitionem cauſæ continentis communiter datæ condi-

conditionem ab eo ſuperadditam commentitiam, & inutilem eſſe, aduerſusq; determinata obijcit, & ſoluit, necnon euaſiones aliquorum, uidelicet pluſquam commentatoris Leoniceni, Curtij, & aliorum exponentium dicta Galeni ſcribentis octauo methodi per ſublationem cauſæ febrem ſummouendam eſſe, ac interpretantium eum de febre, ut eſt paſſio non ut eſt morbus ſermonem habuiſſe infringit.

CAPVT IIII.

Soluit obiectiones in initio quæſtionis factas, & exponit quomodo intelligatur. quod dicitur tertio artis medicæ, & undecimo methodi, ac alias poſt cauſæ ſublationem opus eſſe deuenire ad curationem rei factæ, & confirmat ſolutionem auctoritatibus Galeni ex uarijs locis deſumptis, necnon adducit nouas rationes ei obiectas probantes cauſam non dari continentem, præter eas in quæſiti initio adductas, & eas ſoluit, & oſtendit aduerſus Leonicenum, quod ſcribitur à Galeno capite 88. uidelicet factus uero morbus curatur, ſoluta ea diſpoſitione, à qua primum ea ſecundum naturam læditur operatio, quam quidem & ipſam eſſentiam morbi eſſe dicimus non legendum eſſe, ut Leo-

Leonicenus dicit essentiam, sed causam, præterea medicum præter efficientem etiam formalem, & alias causas considerare, & præter hoc ostendit morbum qui fit idem esse cum facto, obijcit, & soluit. præterea ostendit morbum ipsum, & non solum affectum tam laborantem, quàm medicum iuxta Galenum aduersus Curtium ut fertur latere posse, et sub quo sensu medicus dicitur artifex sensitiuus.

CAPVT V.

Defendit auctores libri definitionum, & libri dicti Introductio, siue Medicus à calumnia per Fuchsium, & alios eis data, quia ponunt calculum in uesica, & spiculum membro infixum esse morbi causam coniunctam, hoc iure eos damnantes, quia eis sublatis remanet morbus, & rationes illorum aduersus eos adductas infringit.

CAPVT PRIMVM.

Probatur, nec tenuem humorem, nec flauam bilem, febrem facientem, con coquendo incraſſandum eſſe.

*P*ETITVM *fuit, nunquid humor tenuis, potiſſimum flaua bilis, febrem excitans tertianam exquiſitam intermittentem, uel continuam, ante purgationem, per concoctionem ſit à medico ad mentem Hippocratis, & Galeni incraſſandus. Quod non, præcipue de flaua bile, quæ inter humores tenuior eſt, & de qua inter doctores eſt altercatio, multis & rationibus & auctoritatibus oſtendi poteſt, & primo. Quoniam, quo humor tenuior eſt, eo uias ac meatus anguſtos facilius pertranſit, atque ita naturæ et medicamento magis obediens, nullo negocio extra corpus educitur. talis autẽ omnium conſenſu eſt flaua bilis. ea igitur incraſſanda non eſt, ſed ſine præparatione per artẽ facta educeuda eſt. Secundo, idẽ probatur Galeni teſtimonio in 14. methodi in hunc modum ſcribentis: Flauæ quidẽ bilis facilis eſt euacuatio, pituitæ craſſæ lentorisq; participantis: & nigræ bilis euacuatio difficilior eſt: ideo ope medicamenti indigent. In herpete uero, quoniam humor tenuis eſt, eum faciens, abunde eſt etiam leuiter aluum ſoluiſſe.* Fuchſius.

Si ergo flauæ bilis euacuatio est facilior, & in herpete, abunde est, soluisse aluum leuiter; idq́; ob aliud non est, nisi quoniam humor est tenuis: nulla est igitur caussa, cur ipsum incrassemus. quanto enim crassior, glutinosior ue esset, tanto ad euacuandũ esset difficilior. Tertio. idem Hipp. auctoritate probatur, qui primo de natura humana sic scriptum reliquit. Quum medicamentum corpus hominis intrauerit, primo, quod sibi cognatum est, purgat, deinde reliquos humores per ordinem. ut si detur potio pituitam mouens, pituitam primo, deinde bilem, tertio atram bilem educet, postremo sanguis fluet, non secus si detur medicamentum atram bilem mouens, primo atra, secundo flaua, tertio pituita educetur, quarto sanguis exibit. quod non alia ratione contingit, nisi quoniam post cognatum humorem mox consequitur, qui præter alios facilime euacuatur, ut inquit Galenus in commento, ubi rationem dicti reddit. talis uero est bilis præ sui tenuitate. nõ ergo erit incrassanda. Quarto. idem ex eiusdem Hippocratis sententia deducitur, qui quarta aphorismorũ particula, aphorismo 10. ita scripsit. Medicari in ualde acutis eadem die, si materia turget, modo turgere est: quando humores in uehementi motu positi, huc atq; illuc transfluunt: quod non conuenit nisi humoribus tenuibus biliosis. crassi enim atque c naces humores, quum corporis meatus transi-

re

re non ualeant, in aliqua corporis parte considant, est necesse. si igitur biliosi incrassandi essent, quum non possint eadem die crassiores reddi, tempore ad eos incrassandos minime idoneo existente, frustra, falsoq; esset ab Hippocrate præceptum, eadem die esse purgandos. sed quo niam tenues erant, ob idq; ad excretionem idonei, hac de caussa purgandos esse statuit, impellē te uirtute, facilimeq; eos pharmaco attrahente. Quinto. Galenus septimo aphorismorū, commen to 32. bilis flaua semper acutos morbos parit: at in acutis morbis circa principia & fines est euacuandum, sicut præcepit Hippocrates secun da particula aphorismorū, aphorismo 30. eodem die ergo, uel non ultra secundum, qui sunt dies principij, euacuandum est. non itaque bilis est in crassanda, quum illud tempus ad incrassandum nobis non præstetur idoneum. confirmatur, quo niam in aphorismo 9. secundæ particulæ, uideli cet corpora ubi quis uult purgare, oportet fluxa facere, scribens Galenus in commento præce ptum hoc de corporum præparatione esse, & humorum ad purgationem faciendam, solum crassitiem ac uisciditatē corrigi oportere docet, hanc quidem, quoniam ratione lentoris adhæret: ideo non facile auelli potest: illam uero, quoniam crassus humor ad motum ineptus est, nec per angustos meatus transire ualet, & ob hoc librum de uictu extenuante edidit. quoniam igitur bilis

tenuis est: non ergo incrassanda. quanto enim tenuior est, tanto facilius purgantia medicamenta consequitur: quo uero crassior est, eo difficilius educitur. præterea Galenus 7. methodi curatiuæ, uitiosos & tenues humores biliosos, in tunicis uentriculi infartos, nullo apparatu præcedente, purgat per picram, aut per aquam mulsam, cui abscinthium sit incoctum. pituitam tamen tenacem, uentriculo annexam, ante purgationem præparari iussit incidendo. item in aphorismo penultimo primi libri inquit, humores faciliores ad fluendum esse, quum tenues fuerint, & nullo lentore participarint, atque meatus, per quos debet fieri purgatio, aperti fuerint. unde sequitur, ut, cum sint tenues, nullo pacto sint incrassandi. postremo Galenus in libello, in quo docet quãdo et qualiter purgare oporteat, ĩquit, tenues & serosos humores ab initio purgabis: ubi crassi & tenaces fuerint, quales suapte natura sunt pituitæ & nigra bilis, concoctionem expectabis. quum itaque flaua bilis suapte natura tenuis sit, ab initio morbi potius euacuanda uidetur, quàm ulla ratione incrassanda. tenuis igitur humor putrescens, febremq; committens, ante eius purgationem haudquaquam incrassandus est. par enim ratio est de bile, ac alijs tenuibus succis.

Manardus.

secunda Manardi ratio.

CAPVT SECVNDVM.

Declarat terminos, quid bilis, quot modis, quo modo fiat, quid concoctio, quot modis, & quo modo fiat: & de concoctione, conciliationem inter Græcos & Arabes ponit, &c.

SED *dicendum, huic positioni, ut ostendetur, contrariam esse ueritatem. quæ ut magis eluceat, primo, quid nomina significent, explanabitur: secundo, quæstionis ueritas decidetur ac roborabitur: tertio, obiecta in contrarium, & adducta, & adducenda, dissoluentur. Quo igitur ad primum, sciendum est, flauam bilem, quam, uti genus, Galenus 3. de ratione uictus in morbis acutis, commento secundo, amaram bilem uocat, de qua præsens est noster sermo, eam esse, quam græce* ξανθὴν χολὴν *uocant. hanc uero ueteres Hippocratis & Galeni interpretes modo coleram rubram, interdum coleram citrinam uertere solent: quæ bifariam disponi solet, secundum naturam, & præter naturam. secundum naturam quidem disposita ea est, teste Galeno 2. naturalium facult. capite ultimo, cuius generatio ex alimēto talis est, quod, sicuti ex uino dulci, nō dudum ab uuis expresso, feruescente ex eo, quem habet, calore, fit tenue excrementum aereum, quod non nulli eius florem uocant, sic*

in ſanguinis generatione id nutrimenti, quod dulcius ac calidius eſt, leuius magisq; aëreum uini flori conſimile, quum uritur, fit bilis flaua ſecundum naturam: quæ tenuis, humidaq;, & fluida exiſtens, commixtum habet parum excrementi aquoſi. hæc igitur flaua, ſeu amara bilis, ſecundum naturam, ut dixi, exiſtens, iuxta ea, quæ exterius ſibi occurrunt, diuerſa ſortitur nomina. quippe ſi ſecum maiorem humidi excrementi, uel tenuis pituitæ iuxta Galenum 2. prædictionum, capite de uomitu, copiam obtinuerit, ab Hippocrate & Galeno 2. de ratione uictus in acutis, commento 22. græce ὠχρὰ, alias χλωρὰ, à recentioribus latinis crocea, uiridis, ſeu pallida, à uetuſtioribus citrina dicitur. ſi uero eius minorem copiam obtinuerit, quam Galenus primo de criſi, cap. 12. ac 2. eiuſdem capite 10. græce πυῤῥὰν, uocat, neoterici ruffam nuncuparunt. quòd ſi ea ſit ueluti magis ſplendens, puriorq; exiſtat, quum id fieri haudquaquam poſſit, niſi quoniam pauciorem adhuc humiditatem ſibi aſciuit, ξανθὴ, id eſt flaua proprie nominatur. eſt tamen, ut eius nomina confundantur, ut de eadem bile ruffum, pallidum, & flauum nomen dicatur: ut primo de criſi capite 12. conſtat, uel præter naturam affecta eſt. at ea eſt, teſte Galeno, cum 2. prædictionum capite 7. de uomitione, tum tertio de ratione uictus in morbis acutis, commento 2. tum 10. ſimplicium

plicium

plicium medicamentorum, capite de felle, & libro de atra bile, capite 2. quæ fit ab impense calido, totum eius humidum excrementum consumente, ipsam assante, hac euaporatam, puram, seu sinceram crassam, extremeq; flauam reddente, quam græci λεκυθώδη χολὴν, id est uitellinam bilem uocant, dixi puram præter naturam esse, quoniam Galenus 2. prædictionum, capite de escreatione scripsit, quemuis alium humorem præter sanguinem, si purus seu sincerus fuerit, præter naturam esse. purum exponens inquit, cui parum uel nihil alienæ substantiæ admixtum est. & sicut sanitas & morbus apud medicos, quoniam hic præter naturam, illa uero secundum naturam, eiusdem non sunt speciei: pari modo nec flaua bilis, iuxta eos, ut præter naturam affecta, & secundum naturam disposita, eiusdem dicetur esse speciei. dixi iuxta eos, quia res, ut est caussa perfectionis uel læsionis operationũ in corpore humano, non secundum rei essentiam considerata, dicitur ab eis eiusdem, uel alterius esse speciei, uidelicet ut est causa sana uel ægra. bilis igitur flaua se habet ad has, ueluti genus ad species. & licet de earum utraque posset esse quæstio, potissime tamen, quando quæritur in genere, nunquid humor tenuis sit incrassandus, & in specie, nunquid flaua bilis tertianam faciens exquisitam intermittentem uel continuam, ante purgationem per concoctio-

nem ſit incraſſanda, nec ne? de ea bile in ſpecie, quæ ſub tenui humore comprehenſa eſt, fluida, & excepta putredine ſecundum naturam ſe habet, intelligi ſolet: ita & nos de eadem, ut eſt tenuis quidam humor, quæſtionis titulum propoſuimus. & quoniam res per nomen hoc, incraſſatio, ſignificata, ut noſtræ deſeruit rei, facilius percipitur cognita cōcoctione: ideo prius, quid ſit cōcoctio, explanandum eſt. concoctio igitur bifariam dicitur, proprie dicta, et ea fit à natura, improprie uero, quæ ab arte fit: quæ idcirco impropria dicitur, quòd ab ea nō fit, niſi natura primo operāte, teſte enim Gal. 11. meth. cap. 1. auctore etiam Hippocrate 6. epidemiarum ſectione quinta, textu 1. & Galeno tum 3. artis medicæ, cap. 87. tum in commēto Hippocratis loco adducto, ſcribitur naturas morborum eſſe medicatrices. de prima igitur agentes dicamus, quid eſt πέψις, *id eſt concoctio proprie dicta: quæ nihil aliud eſt, teſte Ariſt. 4. meteororū, tex. 7. quàm* τελείωσις ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ καὶ οἰκείου θερμοῦ ἐκ τῶν ἀντικειμένων παθητικῶν. ταῦτα δ' ἐστὶν, ἡ οἰκεία ἑκάστῳ ὕλη. *id eſt, perfectio à naturali et proprio calido ex oppoſitis paſſiuis. hæc autem ſunt, propria unicuique materia. quam concoctionis diffinitionem iuxta diuerſos fines diſtinguens, ſubiunxit hæc uerba:* τὸ δὲ τέλος τοῖς μὲν ἡ φύσις ἐστὶ, (φύσις δὲ ἣν λέγομεν ὡς εἶδος καὶ οὐσίαν) τοῖς δὲ εἰς ὑποκειμένην τινὰ μορφὴν τὸ τέλος ἐστὶ τῆς πέψεως, ὅταν

τοιόνδε

τοιόνδε γένηται, καὶ τοσόνδε τὸ ὑγρὸν, ἢ ὀπτώμενον, ἢ ἑψόμενον, ἢ σηπόμενον, ἢ ἄλλως πῶς θερμαινόμενον. τότε γὰρ χρήσιμον ἐστὶ, καὶ πεπέφθαι φαμὲν, ὥσπερ τὸ γλεῦκος καὶ τὰ ἐν τοῖς φύμασι συνιστάμενα, ὅταν γένηται πύον, καὶ τὸ δάκρυον, ὅταν γένηται λήμη. ὁμοίως δὲ καὶ τἆλλα. quod est. finis autem his quidem natura est, (natura autem, quam dicimus ut speciem, & substantiam) his autem in subiectam quandam formam finis est digestionis, quum tale fuerit factum, et tantum humidum, aut optesin passum, aut heptesin, aut putrefactum, aut aliter calefactum. tunc enim utile est, & digestum esse dicimus, sicut mustum, & quæ in nascentijs constant, quum factum fuerit pus; & lacryma, quum facta fuerit lippitudo. similiter autem & alia &c. ex quibus constat, sub prædicta digestionis seu cōcoctionis diffinitione iuxta diuersos fines, duplicem concoctionis speciem, quæ fit à natura, comprehendi. prima quidem est, quum eius, quod concoquitur, (teste Alex. Aphrodiseo ibidē exponente) non solum in fructibus, uerum et quibuscunque alimentis finis est substātia, quæ est forma naturalis aliti. secunda uero, quum humidum tale & tantum siue heptesin, siue optesin passum, siue putrefactum aut aliter calefactum fuerit. cuius digestionis, inquit, finem esse, ad aliquam formam transmutari: ad quam quum peruenerit, auctore eodem Alex. id nobis

utilius reddatur. cuius etiam exempla ſcribens inquit, ueluti in naſcentijs, quum factum fuerit pus & lacryma, quum facta fuerit lippitudo, conſimili modo & alia digeſta eſſe, &c. ſubiungitq́; urinas, & per aluum ſeceſſiones, cæteraq́; alia corporis excrementa concocta eſſe, quum eorum humidum à proprio naturali calido ſuperatum eſt. quæ ut ſic ſigna ſunt ſanitatis, quorum tamen nullum, ut conſtat, poteſt in ſubſtantiam aliti conuerti. cum itaque harũ concoctionum duplex ſit finis, duplex igitur & non una aduerſus Villanouanum. *(ut aduerſarij dicunt, de quibus poſtea) à natura eſt concoctio. hanc concoctionis diffinitionem, & eius per diuerſos fines diſtinctionem inſecuti ſunt Galenus, Auicẽna, & cæteri Ariſt. poſteriores. quippe Galenus de prima ſermonem habens, octauo de compoſitione medicamentorum ſecundum loca, capite de iecinoribus affectibus, inquit. Nedum in iecinore, uerum in quauis corporis parte fit concoctio à facultate alteratrice, cuius opus eſt immutare, alterare, nutrimentumq́; concoquere, ac aſſimilare, & poſt, quũ apponitur, nutrire. quod & 3. de facultatibus naturalibus capite 7. comprobauit, ſcribens in hunc modum. Concoctio eſt alteratio in propriam eius, quod nutritur, qualitatem. eius igitur finis eſt, nutrire, quod non aliud eſt, quàm in ſubſtantiam corporis conuerti, ac eius formam ſuſcipere. De ſecunda etiam ſpecie iuxta aliam*

finem distincta sermonem habens Galenus 2. de ratione uictus in morbis acutis, commento 44. inquit, excrementa concocta esse, quum natura sui robore ea euicerit, ac permutauerit, ut utraque bilis, & qui græce ἰχῶρες dicuntur, necnon pus in phlegmone, coriza, catarrhus, & emanantes ex oculis humiditates. quippe tametsi horum nullum (ut inquit) nutrire queat, nec in substantiam seu partem nostri corporis conuerti, quoniam ut 5. de simpl. medic. facultatibus constat, capite 5. ex materia, quæ prorsus sit benigna, non constat: quoniam tamen à calore nostri corporis uicta, ac domita sunt, concocta dicuntur, cruda uero, uel incocta, quum eb eodem calore nec uicta, nec domita fuerint. utranque etiam concoctionem, tum diuersum finem, tum diuersitatem causæ efficientis continentem, distinctam esse, expressit nobis Galenus 5. simp. med. capite 5. et primo prædictionum, commento ultimo, dum distinxit utilis cōcoctionem à materiæ noxiæ concoctione, exemplumq; apposuit libro prædictionum citato, distinguens concoctionē seminis genitalis à sanguinis coctione in inflãmatione, quum fit pus, detenti. quibus addit coctionem sediminis, ueluti inter has mediam, in urina residentis, quum inquit, sanguinis in inflammatione concoctionem fieri à calore solidorum membrorum, neruorum, copularum, cartilaginis, ossium, membranarum,

ac

ac tunicarum, conceptaculorum concoquente, cui permixtus est, in eadem materia noxia calor putrefaciens, perfectam naturalis caloris uictoriam impediens. idcirco in materia noxia ab eodem naturali calore exquisita, non fit assimilatio, illius uero uidelicet seminis genitalis concoctio, quoniam à solo fit solidorum membrorum calore concoquente præter admixtionem caloris præter naturam, in materia cuius, proprium est exquisite assimilare. at quum solida membra assimulantia exquisite sint candida, idcirco semen genitale exquisite candidum est, sedimen uero optimum in urina subsidens naturam mediam obtinet inter generationem puris ex sanguine in inflammatione detenti, & seminis genitalis, quoniam neque caussam præter naturam participat, ueluti pus, nec confectum est, ueluti semen genitale. sed ueluti crudum, naturæ est actionem refugiens, auctore Galeno cum primo de crisi capite 12. tum primo prædictionū, capite ultimo, idcirco æque candidum non est, uti semen genitale. quòd si aduersus hoc obieceris: quod in urinis residet, puri in inflāmatione & alijs tuberculis detēto est simile, primo de differētijs febriū, capite 6. at pus caussam habet cum præter naturam, tum secundum naturam, ipsum generantem: igitur & sedimen in urina residens. non igitur media est eius generatio inter seminis generationem, & puris in inflammatione ex

sanguine

sanguine geniti. ad hoc non nulli dicunt, proportione respondere sedimen puri, quoad maturationem & cruditatẽ indicandas, nõ quoad caussam producentem. sed hoc menti Galeni aduersatur, assimilantis putredinem in inflammatione ac alijs collectionibus, non cuique sedimini in urinis residenti, sed sedimini ex putredine humorum in uasis, ex qua febres fiunt putridæ. ob id igitur & satius dicendum est, sedimen in urina ægrorum subsidens proportione respondere puri in inflammatione detento, ut libro de diff. febr. dicitur. libro autem prædictionum de sedimine in urina sanorum subsidente est sermo. hanc etiam concoctionem ex parte finis diuersam esse, Auicenna 1. primi de uirtutibus naturalibus administrantibus, capite 3. intellexit, & insecutus est, dum finem eius, ut uirtute fit alteratrice, his uerbis scribit, dicens, Digestiua est, quæ, quod attractiua attraxit, & retinuit retentiua, in essentiam conuertit, aptam operationi uirtutum, in ea permutationem facientium, & complexionem, quæ conuersioni nutrientis in effectu est competens. et hæc ea est, quæ ab Arist. dicebatur, eius finem esse substantiam & formam in materia non noxia, sed benigna. subdit Auicenna. eius uero operatio in superfluitatibus est, ut, si possibile fuerit, in hanc mutet dispositionem, uidelicet in finem digestionis dictæ, & hoc, ubi cum eis admixtũ fuerit quippiam, quod

ad

ad benignum reduci possit, aut quum nihil utilis admixtum fuerit, non solum in sanis, uerum & in laborantibus, ut earum egressionem à membro, in quo sunt retentæ, facilem efficiat cũ expulsione, earum attenuando essentiam, si, quod prohibet, fuerit crassities, aut incrassando, si, quod uetat, fuerit tenuitas, aut incidendo, si, quod prohibet, fuerit uisciditas. adde præter hæc, eiusmodi excrementa si putreant, & febrem excitent, quum à natura concoquuntur, ad eam concoctionis speciem reduci, seu sub ea comprehendi, cuius finis ab Arist. paulo ante dicebatur: quod est, in subiectam quandam formam transmutari. quæ concoctio fit, cũ humidum putrefactum, aut aliqualiter aliter calefactum fuerit, ut ipse inquit. &c. Quod uero 3. artis medicæ, capite 89. à Galeno scribitur, Concoctio est, quæ facit cessare putredinem substantia manente: tametsi à non nullis exponatur, concoctionem, non omnem simpliciter & absolute cessare facere putredinem, sed duntaxat eam, quæ in extremo praua esset, quoniam ea ad talem putredinem summa peruenire prohibet; quia tamen, ut eo in loco Galeni intentionem consideranti constat, non futuram, quæ in extremo praua esset, nec quæ multum processit, uel ulterius procedere potest, præseruando concoctio putredinem cessare facit, uidelicet quia eius humorem, in quo est, ut dicunt, dum concoquitur, à maio-

Gentilis.

Impugnatio.

i malitia præſeruat, ac etiam expulſioni præ-
aratur, ſed potius, quia concoctio præſentem
utredinem ceſſare facit. quod oſtenditur, quo-
iam morbi curationem præſentis, cum ex parte
cauſæ, tum ex parte eius eſſentiæ, actu exiſtentis
faciendã eſſe docet. Quoniã, inquit, eſto in humo
ribus putreſcentibus accendi febrem. eſt igitur
eius ſermo tum de febre præſenti, tum de putre-
dine actu exiſtente, non de futuræ putredinis ma
litia præſeruanda, ſed actu exiſtente curanda,
uidelicet alterando, euacuando, et, quod factum
eſt, ſoluendo. idcirco ſatius intelligendum uide-
tur, eam non eſſe uniuerſalis concoctionis diffi-
nitionem, ſed eorum, quæ leui putredine putrent.
quæ alteratio tametſi, tum ui ſolius naturæ cor
poris, tum ui medicamentorum naturam iuuan
tium, fieri poteſt, teſte Galeno 3. artis medicæ,
capite 99. his uerbis ſcribente, ἀλλοιοῦνται μὲν
οὖν ἤτοι πεπτομένοι πρὸς αὐτοῦ τοῦ σώματος, ἢ ἀπὸ
τινῶν φαρμακωδῶν δυνάμεων. quod eſt. alteran
tur igitur aut ab ipſo corpore, ſcilicet præter
artis præſidium, concocti, aut ab aliquibus uir-
tutem medicamentorum habentibus, uidelicet
naturam iuuantibus. attamen de ea, quæ fit ſo-
lius ui naturæ, eſt nunc nobis ſermo, ueluti ui-
num (teſte Galeno 2. aphoriſmorũ, apho. 17.)
quum aceſcere incipit, nondum uero factum ſit
acetum, ſi alteretur parum, & permutetur,
ad ſuam poteſt naturam reſtitui: ſin uero ma-
gna

gna in eo accesserit permutatio, ita ut acidum sit factū, ad naturalem habitum reduci non potest: quod de sanguine aliisq; humoribus idem intelligi, ab eo præceptum est, uidelicet quod, si illis tanta aduenerit putredo, ut ab ea corrumpantur, non amplius fieri potest, ut ad naturalem habitum redigantur. at, si leui putredine putrescant, ad pristinam bonitatem, ita ut nutrire etiam possint, reduci ualebunt: & ob hoc (ut antea dictum est) is ibidem curationem morbi, qui fit, scribens inquit, aduersus causam duplicem esse intentionem, alterationem uidelicet, quā concoctionem uocat, & euacuationem, quoad factum uero, solam curationem. est autem (ut dictum est) alteratio, seu concoctio, quæ putredinem finit manente substantia, ad naturam suam, causam uidelicet, ubi leui putredine putrescat, restituendo. ubi uero in humore notatu digna permutatio fuerit, ut ad statum suum reuerti non possit, debetur euacuatio, quæ totam ex corpore substantiam educat. copulatiue igitur ei qui fit morbo in specie concoctio putredinem corrigendo finiens, & euacuatio debetur, uerum non simul eidem morbo numero inesse possunt. quod ex hoc cōstare potest, quoniam uel naturæ intentio est, putredinem tantum amouere, humorem, non ut extra corpus pellatur, sed ut nutriat, ad benignum reducendo: & hoc fit solum alterando, quam concoctionem uocat Galenus

lenus, eam cessare faciens, uel cum putredine præsente, intentio est etiam humorem putrentem ad benignum non reducibilem expellere. et hoc fit concoctione, quæ est alterius modi à præcedente, hæc enim ad eius expulsionem præparat, uidelicet ut concoctus humor euacuetur. Quare constat simul eidem morbo inesse non posse. Alia est concoctio improprie dicta, quæ (ut dixi) fit ab arte naturá primo agentem iuuante: & hæc est tum in qualitate, tum in modo substantiæ humorum utcunque eis peccare contigerit per artem æquatio, quæ, ut scopum, primo respicit humores, morbos committentes pro morbi solutione præparandos, quod bifariam fieri contingit, uel ut utiles reddant, & tandem nutriant, uel inutiles remanentes, ut facile pellantur. secundo & ex consequenti (ut scopum ars consequi possit) respicit naturam .i. calorem natiuum agentem, non ut obiectum in quod agit, sed ut causam concoctionis efficientem. qui calor ubi præter naturam affectus est, attemperandus est. si primo modo ea in genere, hoc modo fieri contingit, humorem concoquendum per attenuantia medicamenta, si crassus fuerit, attenuãdo, si lentus, per secantia incidẽdo, si tenuis, ut postea mõstrabitur, per cõtraria propria incrassando, uias meatusq́; si obstructi fuerint, tum transpirationem, tum purgationem remorantes, reseruando, qualitatesq; eo-

rum præter naturá per contraria tollendo. Qualia autem ſint hæc in ſpecie, quæ per artem adhibita, primo humores præparandos, & ſecundo naturam, ſeu calorem noſtrum natiuum, ad cõctionem modo dicto faciendam reſpiciunt, ſunt tum calida, tum temperie mediocria, necnon frigida, tum alimenta, tum medicamenta. calida uerò bifariam comperiuntur, uel ſupra medium in gradu caloris ſatis elata ſunt, uel parum & moderate in calore à mediocri recedunt. ſi primo modo, ea idcirco competere uidentur, quoniam propter, cum uictus, tum inſtitutorum uitæ intemperantiam, adde deſidiam, magna ex parte ſit in humoribus craſſities létor ue, quorum affectus ſponte ſeu per ſeſe, naturam ab his oppreſſa, neque attenuare, neque ſecare, minus ue aſſimilare, nec euacuare ualet, niſi prius à medicamento ſatis calido adhibito, ſucci hi lenti, craſſi, ac frigidi, ex cauſa iam dicta geniti, uel aliter male affecti, magna ex parte ab eo diſſecti, ſuiq; caliditate attenuando ad mediocritatem, tum in ſubſtantiæ conditione, tum in qualitatibus redacti fuerint. quale eſt melicratum, decoctionis hymi, pulegij, hyſſopi &c. ut commento aph. 24. primæ particulæ conſtat, atque ab eo calorem etiam congenitum uere concoquẽtem, ſi in quali ſatis imminutus eſſet, augente, ac ut decet attemperante; dixi à calido medicamento magna ex parte humores

mores

nores attenuari ac secari. Quoniam acida am & si ui sua, teste Galeno 5. simp. medicamentorum capite penultimo idem opus secandi ac attenuandi efficere ualeant, attamen quoniam hæc calidis collata, frigida sunt, & cum succi hi sæpius magnopere sint frigidi, quam secus, talis aut frigidus succus magis calida acria idem opus explentia, quam frigida acida postulat, teste eodem Galeno secundo alimentorum cap. 21. idcirco dictum est, à calido magna ex parte fieri, uel ubi uiæ ac meatus, per quos humor peccans transire debet, obstructi fuerint, tunc .n. ij attenuantia calida ac secantia desiderant, quæ uias reserant. sin autem quæ concoctionem uiuant parum à medio recedant, & moderatè sint calida, id est parum supra medium temperamentum, tunc his opus est, ubi tum humor à prædicta mediocritate in contrarium lapsum, uidelicet frigiditatem, crassitiem, ac tenacitatem, parum recedit, tum calor noster pari modo à symmetro in gradu parum declinat, eiusmodi autem esse possunt, tum medicamenta tum alimenta. à medicamentis quidem fit tum balneo aquæ dulcis oleo commixtæ ut commento 50. quarti de ratione uictus in morbis acutis à Galeno scriptum comperitur, tum fomentis, tum cataplasmatibus, frictione, (nec non, quiete. et c. quatenus ea ad concoctionem conducit) prædictis uero moderate

calefacientibus, necnon moderate attenuanti-
bus ac incidentibus, omnibus tamen his iuxta
regulas suo tempore, necnon in ea mensura
qua calorem humoris ac membrorum à medio-
cri parum lapsorum ad naturalem statum resti-
tuere possint, adhibitis, tum ab alimentis, u
uino & cibo parum calidis & consimilibus, de
quibus tum quarto de ratione uictus in morbis
acutis textu & commen. 46. et 50. tum fusius
in de constitutione artis medic. capite. 19. a
Galeno scriptum est; hæc. n. ut succi ad medio-
critatem reducantur ac assimilenter, conferen-
tia, necnon calorem in quali parum augentia
tum concoctionem, tum uirtutem alteratricem
concoquentem parum lapsam iuuant ac robo-
rant. fit concoctio etiam ab ijs quæ tempe-
ratura moderata sunt, nostro congenito calori
consimilem temperaturam obtinentia, humo-
rem concoquendum duntaxat indigentem (ubi
mediocris est essentiæ) ut per concoctionem assi-
miletur ad eum assimilandum iuuantia, calo-
remq; nostrum congenitum, si paucus est, in
quanto non in quali augentia, & hæc tametsi,
teste Galeno 5. simp. medi. capite quarto iuxta
ueterem sermonem dicantur calida & humida,
quoniam naturam nostram calidam et humidã
esse putarunt, satius tamen puto dicenda esse, si-
milem nobis temperiẽ habentia, & sicuti conco-
ctionem hanc in specie qua ad molem dissipatæ
substantiæ

ſubſtantiæ corpus à calore ſecundum naturam reſarcinatur, quod teſtatur Gal. 1. de facultatibus alimētorum, capite primo, plurimum iuuant non ſolum ratione ſimilitudinis temperaturæ, uerum etiam quatenus patiendo in ſanguinem conuertuntur. et ob id calorem in quanto augētia quale erat anima quod nutritur, conſeruant in corpore medij temperamenti, quæ duntaxat ſunt alimēta uidelicet quæ facultates medicamētoſas commixtas non continent. cuius rei indicium eſt hoc, quod nullam intemperiem, uel nullam aliam qualitatem, prædicto medij temperamenti alito, ſupra eius temperiem inducere ualent. pari modo (præter hæc alimenta quæ eandem concoctionem modo dicto iuuant) nonnulla etiam poſſunt eſſe medicamenta, quæ ubi conſimilem alito temperaturam, & præter hanc ſi paucam aſtringendi uim etiam habuerint, inter ea debent connumerari, quæ agendo, eam conficiunt: ueluti eſt crocus &. c. id genus temperie moderata, teſte Gal. 7. de facultate ſim. medi. capite proprio, & quatenus hæc, temperaturæ ratione, noſtro congenito calori, prædictis modis magis aſſimilantur, ſeu ad uerum concoctionis factorem. i. naturam eam facientem propius accedunt, alijs minus improprie concoquere. dicuntur non diſſimili modo quæ concoctionem faciunt, ſucci non ſecundum naturam exiſtentis ſed putrentis. u. g. ſangui-

nis ſecundum naturam temperati, nunc tamen putrentis, uerum conditione ſubſtantiæ mediocris, nec craſſitie nec tenacitate, minus uero tenuitate peccantis, ueluti ſunt fomenta, balneum, ſomnus quatenus is coctionem iuuat, uinũ, & pleraque alia id genus, præter prædicta, ubi ſimilem calori noſtro temperiem poſſident, eum non in quali, ſed, ubi imminutus fuerit, in quanto ipſum augẽtia, rei concoquendæ putrentis concoctionem prædictam, ac aſſimilationem, calorem etiam innatúm iuuando, faciunt, quod teſtatur Galenus 5. ſim. medi. capite. 5. & hoc putandum eſt etiam Auicennam intellexiſſe, libello de uiribus cordis, tractatu ſecundo capite primo, quum ſcripſit medicamentum maturans calidum, per ſe maturare, & quod eſt inter corpus & rem extraneam ſeparare, quod non fit niſi quoniam, cum calore concoquente & aſſimilante, ſimilem temperaturam obtinet, nec ſecus quæ emplaſtica uirtute ſunt prædita, inflationibus exhibita, pari modo calorem in quanto augentia, ſi membris in calore ſimilia fuerint, ſuccorum concoquendorum maturationem iuuant, ut 5. ſim. medic. capite 7. & 8. apparet, a frigido & fit hæc præparatio, quam concoctionem impropriam nominauimus, primo in ordine ad humorem concoquendum, ſecundo in ordine ad calorem concoquentem, ſi primo modo, uidelicet in ordine

ad

ad humorem concoquendum, dic a frigido concoctionem fieri ex accidenti, nedum uidelicet, si ferueſcat eum attemperando, eiusq; acuitatem frangendo, uerum ut ſequens eſt, ſi is ſecundum naturam tenuis ſit, qualis eſt humor bilioſus, de quo nunc nobis eſt ſermo, eius tenuitatem ac fuſionem præter naturam, a calore præter naturam factam, inſpiſſando ſeu incraſſando, ac congregando, ut hoc modo præparatus, ac uerſus naturalem diſpoſitionem conuerſus a calore ſolidorum membrorum tanquam utilis una cum ſanguine ad nutriendum elaboretur, concoquatur, ac tandem aſſimiletur humor, uel ſaltem quoquo modo inſpiſſatus inutilis remanens, ut facilius ab eodem (tametſi calori præter naturam in materia agenti iuncto) eius humidum cum ſicco, pro eius pulſu, perfectius commiſceatur, concoquatur, tandemq; extra corpus pellatur, in ordine uero ad calorem concoquentem, & ſecundo fit a frigido ſucci concoctio, cæterum ex accidenti, uidelicet, quatenus calorem membrorum ſolidorum igneum acrem ac immenſum factum remittendo attemperat, eiusq; acredinem ſeu mordacitatem tollit, per quam calor innatus iam prius imbecillus factus concoquere non ualens, a frigido uerſus temperiem redactus, ac ob id roboratus concoquit, cæteraq; ſolita opera exercet, & ſub hoc ſenſu, loco paulo ante citato etiam Auicenna

cenna ſcripſit, medicamentum frigidum per accidens maturare, uidelicet, quatenus nimiæ caliditatis complexionem tẽperat. aſſumptum autem, uidelicet, à frigido per accidens fieri concoctionem, præter adducta, teſtatur tum Ariſtoteles, tum Galenus, & alij non pauci, ex Ariſtotele quidem, quoniam is de pepanſi ueluti cõcoctionis ſpeciem 4. meteororum ſermonem habens in hunc modum ſcripſit, λέγεται δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ πέπονα τῶν πεπεμμένων, κατὰ μὲν τὴν αὐτὴν ἰδέαν: μεταφορᾷ δὲ διὰ τὸ μὴ κεῖσθαι, καθάπερ εἴρηται καὶ πρότερον, ὀνόματα καθ' ἑκάστην τελείωσιν, περὶ τὰ ὁριζόμενα ὑπὸ τῆς αὐτῆς θερμότητος καὶ ψυχρότητος. quod eſt, dicuntur uero & multa alia digeſtorum pepona, ſecundũ quidem eandem ſpeciem; metaphora uero propter non eſſe uti prius dictum eſt, poſita nomina ſecundum unamquanque perfectionem, circa ea quæ à caliditate naturali & frigiditate terminantur, à caliditate quidem ueluti concoquente, à frigiditate uero ſecundum Alex. eiuſdem libri interpretem com. 9. cooperante, quod uerbum & Auerr. in eiuſdem libri paraphraſi exponens inquit, à frigiditate fieri pepanſim ueluti æquante, quæ æquatio (ut ipſe inquit) bifariam fieri poteſt, ab initio uel in poſtremo mixtionis. ab initio quidem, quatenus frigiditas calorem agentem in mixtione per concoctionem facienda, iuxta exigentiam operationis in membro

bro ab eodem producendæ attemperat. & ob hanc diuersam in calore temperiem à frigore factam, fit, ut diuersa animalia, eiusdemq; diuersæ partes, diuersas sortiantur in calore temperaturæ modos, postremò uero etiam à frigore fit æquatio in naturalibus ueluti in artificialibus, in quibus exempli gratia, cum per digestionem fit securis, à caliditate per se formam ea suscipit, uidelicet cum ferrum ab igne liquatur, ac eius figura uidelicet acuties, ab eo ueluti instrumentali agente, inducitur, seu è materiæ potentia iuxta modum loquendi philosophorum educitur (hoc enim nobis nunc non est curæ) tametsi à fabro ueluti primo motore educatur, uerum quoniam eius scopus est secare ligna, quæ nisi induretur assequi non potest, hanc autem duritiem per frigus obtinet, ob id à fabro in aquam immergitur frigidam aquæ cum induratur, à frigido ueluti æquante securis scopum suum perfectum consequitur, in naturalibus uero ueluti in ossibus, membranis, cartilaginibus, & cæteris id genus, quæ a calido concocta, inspissataq; (teste Auerroe 5. colli. cap. 26.) à frigore ueluti complente indurantur, ex Galeno uero constat in his quæ suppurantur phlegmonis. is nanque 5. sim. med. capite 8. scripsit, in feruescentibus inflationibus, cera, pici, & resinæ admixta, uel eadem oleo rosaceo subacta, ad mediocres temperie phlegmonas,

nas, hominumq; & eorum partium naturas, quatenus oleum & cera ueluti frigida, uel eis minus calida, illorum caliditatem attemperant ex accidēti suppuratoria esse, & secundum huic consimilem modum scripsit Galenus. 3. de ratione uictus in morbis acutis commento 17. & 19. Aquam frigidam ut medicamentum adhibitam ex accidenti uires recreare, quatenus uidelicet caloris immoderationem ad symmetriam perducit, dixi ut medicamentum per accidens uires recreare, quoniam eodem 3. loco. commento 40. scripsit idem aquam frigidam, facultatem uitalem roborare non posse, & non nisi quoniam non alit, non itaque ut medicamentum uerum & alimentum. ibidem commen. 40. de ea est sermo. non secus Auicennam ab Aristotele & Galeno minime dissentientem in eandem sententiam deuenire reperies, quippe qui loco 4. fen. tertia capite 3. scripsit psilium, extinguentiaq; alia, id genus suppuratoria esse, quæ tamen frigida sunt, et non nisi quatenus reliqua suppurantia medicamenta calidiora, membro adhibita æquant ac attemperant, & sic ex accidenti frigida & suppuratoria & concoquentia sunt. pari modo Philoponus secundo de generatione cōmento iuxta eius sectionem 8. Aristotelem exponens eo in loco scribentem, calidum & frigidum actiua, humidum & siccum passiua de mixtione, quæ per

con-

concoctionem fit a calido, scripsit frigus ex accidenti alias ac alia ratione ad eam concurrere, non solum in artificialibus uerum & in naturalibus, frigus .n. hoc modo & non aliter concurrit, quoniam materiam cum sicco & humido mixtam exacte compingit, calor uero materiam transmutat, ut formam inducat, inductamq; magis conseruet, & ob id credendum est, Aristot. quarto meteororum text. 22. scribentem, caligo frigidum magis passiuum esse id intellexisse. quoniam tametsi frigus nedum ad qualitates passiuas, uerum & ad calorem innatum relatum, quodammodo sit actiuum: quandoquidem in eum agendo, ipsum corrumpit. Quoniam tamen teste eodem, loco citato, tum eius esse, in elementis consistit passiuis uidelicet terra & aqua, tum quoniam (ut paulo ante dictum est) tantum æquat, materiamq; præparat, nec concoctionis formam per se efficienter inducit, uerum duntaxat ex accidenti ad eam cæterasq; actiones efficienter concurrit, hoc itaque modo credendum est, inquam Aristotelem frigidum ipso calore magis esse passiuum uoluisse. a frigido etiam non solum (ut dictum est) fit ex accidenti morbi concoctio, uerum & frigidi morbi discussio, & præter hæc ipsius alimenti utilis, nutrire apti decoctio. Cæterum hæc a prædictis dissimili fiunt modo, in his enim quatenus calor colligitur ac augetur, in illis uero quatenus at-

tem-

temperatur ac minuitur, à frigido quidem frigidi morbi fit diſcuſſio intus calidum innatum concludente, iuxta ea quæ ſcribuntur ab Hippocrate quinta particula aphoriſmorum, apho. 21. ac Galeno in commento, uidelicet. Iuuene bene carnoſo, æſtate media ſine ulcere conuulſionem patiente, aqua frigida ſuperfuſa morbum ſoluit, quod non alia ratione fit, niſi quoniam à frigido circunſtante calor intro reuocatur ac colligitur. inde fit, ut collectus morbum diſcutiat, uerum (ut dixi) id ex accidenti, quoniam duntaxat in carnoſis, ac ætate iuuenili, nec quouis anni tempore, uerum ſolum æſtate media; conſimili modo a frigido fit utilis ac benigni concoctio, calorem uniendo, ac colligendo ſecundum ea quæ ſcribuntur prima particula aphoriſmorum, aphoriſmi 15. uidelicet uentres uere ac hieme calidiores & c. ubi conſtat, tum concoctiones uentriculi, iecinoris, & uenarum, tum nutritiones, necnon corporum auctionis fieri meliores. eſt autem et hoc ex accidenti, quoniam in animalibus natura uel arte calore imbecillis, nedum concoctiones non fiunt meliores, uerum propter frigus circunſtans, ueluti mortua in latibulis decumbunt animalia, nonnulla etiam extincta reperiuntur. & ſic obiter ſit dictum (ſequela ſermonis de coctione quæ fit a frigido, nos ad id trahente) quo nanque modo frigiditas in opera naturæ ſaltem in mixto uiuente ingreſſum

gressum habeatur. ex quibus liquet, quum uera concoctio sit alteratio, a ui naturæ, per membra solidam protensa, per quam fit assimilatio &c. at crassi attenuatio, et uiscidi incisio, tenuisq; incrassatio, non sunt alterationes, per quas sine medio fit assimilatio. igitur quouis modo per artem, uel etiam si præter artis præsidium à natura fiant, propriæ ac ueræ concoctiones dici non possunt: uerum quoniam potissimum in febricitantibus ad assimilationem præparant, idcirco quomodocunque arte uel natura fiät, præparationes concoctionis seu concoctiones improprie dicuntur.

CAPVT TERTIVM.

Declarat quid sit incrassare, & attenuare, quot modis & quo modo fiat, obiicit & soluit, & eodem autores cõciliat.

QVID *autem sit* παχύνειν. *i. incrassare, dicendum est, succum itaque incrassare, est eum à tenuitate ad crassitiem elementariam reducere secundum quem modum scripsit Arist. 4. meteororum, textu iuxta Alexandri sectionem 9. ex spumosis quum fiunt aquosæ, & ex talibus terrestria, ea incrassari dicuntur. consimili modo scribens Galenus 4. sim. medic.*

capite

capite 2. inquit, terram craſſarum partium eſſe, aerem tenuium, aquam uero mediam in tenuitate & craſſitie inter terram & aerem, & de tenui & craſſo ei oppoſito Galenus utrunque definiens ſcripſit primo ſim. med. capite 3. 11. 22. & 4. eiuſdem capite 2. craſſum uidelicet id eſſe quod in craſſas partes, uidelicet terreas, facile ſolui poteſt, tenue uero quod in tenues partes facile comminui poteſt, uidelicet aereas, & igneas, & ob id libro primo ſim. med. capite 22. allegato idem ſcripſit, aerem, quoniam facile in tenues partes comminuitur, atque per denſiſſimam partem penetrat, tenuem eſſe, quæ craſſities elementaria ut terminus, ad quem quum fuerit in mixtis, biſariam fieri contingit, primo modo ad craſſum lentum uel terreum in modo eſſentiæ (quod tenui extreme opponitur) tenue reducendo, & ſecundum huic conſimilem modum ratio uictus incraſſans, auctore Galeno loco de uictu attenuáte cap. 1. ſuccum craſſum generans, incraſſare dicitur, iuxta quem modum bilem tenuem incraſſare non intendimus, quoniam ut ſic ſui craſſitie uias ac meatus obſtrueret, & difficilis eſſet eductionis, uel tenuem ſuccum, qualis eſt bilis, à calore præter naturam attenuatum, febrem excitanté putridam, ad medium ſuæ ſpeciei in modo ſubſtantiæ reſtituere intendimus, & quum medium ad quodque extremum relatũ alterius extremi ſu-

ſumat denotationem, teſte Ariſtotele 5. de phy. auditu tex. 6. quod igitur ex facto tenui ſucco ad eius medium reducitur, incraſſari dicitur, medium autem appello, non quod in genere, ſed in ſua ſpecie tale eſt, unicuique. n. ſpeciei (ut teſtatur Galenus 3. de facultatibus alimentorum, capite 42.) ſuum aſſignatur medium, neque enim pituitæ, ſanguini, & bili idem eſt medium, ueluti nec aliis ſpeciebus, ut homini, cani, &c. quod enim ad unum relatum eſt medium, alteri collatum craſſum eſt, quod oſtenditur, ſputum. n. in pulmonia puluerulentum, coctum, quod ob concoctionem in ſua ſpecie medium eſt, ad aliud relatum, uidelicet ad ſanguinem, conditione ſuæ eſſentiæ mediocrem et in genere humorum medium, uidelicet inter bilem flauam tenuem, & pituitam & atram bilem ſecundum naturam craſſas, uſque adeo interdum craſſum & lentum eſt, ut ſui eſſentiæ modo expui non poſſit, teſte Galeno ſecundo prædictionum capite 12. et hoc modo bilem ante euacuationem incraſſare cenſemus, eam ad medium in ſua ſpecie reducendo. Cæterum fortaſſe obijciet quiſpiam, quoniam ex data definitione incraſſandi, ſequitur, quam ipſam & mixta quæ ſunt terreæ & aqueæ naturæ, cum elementa atteſtentur craſſa, uidelicet terrea & aquea quæ craſſa ſunt elementa, craſſa eſſe, cuius tamen contrarium ſcripſit Galenus primo ſimp.

medic.

medic. capite 14. dum inquit, aquam tenuis esse essentiæ, argumento est, quòd promptissime per pilos & uestimenta perfluat, nam propter humiditatem & mollitiem quæ nihil habet adiunctum uisciditatis, diuisibiles partes obtinet, & quæ facile in minimas possunt distrahi. mixta igitur aquea aquam attestantia, crassa non sunt, (ueluti nec aqua ipsa) à quo ea suum modum essentiæ assumunt 2. quoniam nix, spuma, oleum, genitura &c. id genus, constantia crassaq; sunt, ut sensui patet, quæ tamen crassitie elementaria non sunt crassa, quoniam in eis teste Aristotele secundo de generatione animalium capite 2. cum aquea humiditate elementum exuberat tenue, uidelicet aer, non crassum, id est terra. non solum igitur quod ex aqua & terra constat (quæ elementa sunt crassa) crassum est, uerum etiam quod ex aqua & spiritu, id est aere, quod tenue est, elementum. his dicendum est, quæ sunt aqueæ naturæ, & aquam ipsam crassæ esse essentiæ, quod ex Galeno conuinci potest, is nanque 3. de ratione uictus in morbis acutis commento 40. rationem reddens nocumentorum in aquæ exhibitione in morbis acutis ab Hippocrate in textu enarratorum inquit eam ægre à uentriculo in intestinum peruenire, nec in hepar, renes ue, thoracem, ac pulmonem, ut urinas uel sputum educere possit, facile distribui, rarius uero tran-

spirationem

ſpirationem moliri, non niſi quia craſſarum eſt partium, naturæq; frigidæ. & quod opponitur ex Galeno, eam tenui eſſe eſſentiæ, dic eodem auctore 4. ſim. med. capite primo, uel ſecundum aliorum ſectionem capite 2. eam, (ut dictum eſt) mediam eſſe inter aerem tenuem, & terram in extremo craſſam. ea igitur ad terram relata tenuis dicitur necnon & ad alia uidelicet mixta, craſſitiem terream in mixtione dominantem, & uiſciditatem, (qualia ſunt itria) participantia, ob id igitur 3. de facultate alimentorum capite 28. ſcripſit Galenus, ſanguinem aquoſum non medium, ſed tenuem eſſe admodum craſſo craſſitiem plurimam terream participanti, necnon ad mediocrem relatum, terreum, ſiccum mediocriter poſſidenti, quoniam is parum eiuſdem terrei poſſidet cum multo humido aqueo (à calido) non terminato admixtum, quod etiam teſtatur Ariſtoteles 4. meteororum textu x. ſcribens, concoctionem in re multum aquoſa & tenui cum ea à calido non ſit cum debita mēſura ſicci terrei terminata, quandam eſſe imperfectionem, et potius omotem quàm pepanſim dicendam, cum rei ſit, ueluti ſemicrudæ remanentis, ſi tamen rebus partes à dominio aereas, ſeu alio modo tenues uidelicet igneas & inflammabiles obtinentibus, partes aquoſæ & terreæ conferantur, cæteris paribus aquoſæ & terreæ craſſioris ſunt ſubſtantiæ. di-

xi cæteris paribus, quoniam æs, ferrum, lapis ignitus, & c. id genus in prunam ſeu carbonem uerſa ſub ſpecie ignis continentur, Galeno auctore primo ſim. medic. capite 22. Quæ tamen aquoſis et aereis partibus craſſiora ſunt, cum tamen ea tenuiora eſſe deberent, quoniam ignis eſt elementum leuiſſimum & ob id eſſe debet tenuiſſimum, Ariſtotele teſte 4. cæli, textu 26. Quod non alia ratione fit, niſi quia cætera non ſunt paria, hæc enim potius mixta ſunt ſecundum naturam terrea ut ita dicam ignita magis quàm ignis. Quòd ſi unumquodque ex his iuxta Galenum loco citato ignem eſſe & denominari contendas: ipſum tamen non in ſummo calidum, ſed in calore imminutum, & ueluti alterius naturæ ab igne tenui & ſimplici elemento eſſe oportet, quoniam in materia eſt terrea craſſa & denſa, non rara & tenui ac uere ſimplici, & ob id fit, ut ex his unumquodque ſecundum ſuas partes ad aqueas & aereas alterius mixti partes in mixtione uincentes relatum, in tenuitate & craſſitie diſparitatem habeat, & ut horum ſingulum craſſæ ſit ſubſtantiæ, neque enim teſte Galeno loco citato omnis ignis tenuis eſt. & quod nullum horum ſyncerum eſſe poſſit elementum, nec pars ignis elementi, oſtenditur, quoniam ſicuti quod extreme frigidum eſt (ut idem teſtatur 4. ſim. medic. capite 13.) non poteſt eſſe tenue, pari modo quod extreme

est calidum (qualis est ignis, simplex & syncerum elementum) non potest esse, quale est singulum horum crassum. Ad id quod secundo opponitur, dic crassum bifariam dici, uel in quo si mixtum fuerit, crassum exuberat (ut dictum est) elementum, uel quod ab aere in humidi partibus dispartito ac incluso, quippiam constans & tenax redditur, seu in maiorem fastum effertur, & hoc secundo modo conceditur, genituram, ut affatim extra corpus emittitur, ex multorum spirituum aereorum in eius humido inclusorum copia, crassam constantemq; esse, quibus postea euaporatis, uel ab aere infrigitatis, partibusq; aereis in aqueas conuersis, quod relinquitur aqueum cum modico terreo prædictam crassitiem, fastumq; deponens concidit, fluidumq; ac aquea tenuitate terrestri spissitudini, nec non aereæ crassitudini partes in quibus includitur in fastum efferenti opposita, tenue efficitur. & quoniam impropria est hæc crassities, quum non sit nisi quædam in fastum elatio, ob id sub incrassationis diffinitione non comprehenditur. de hac enim non fuit nobis sermo. potest itaque aqueum alias ac alia ratione partibus aereis relatum, tenue & crassum denominari. pari modo tollitur, quod adducebatur de spuma & niue, teste Aristotele loco adducto. consimili modo de oleo dicimus, ipsum aquæ admixtum simulq; agitatum cum

ea, per ſpirituum aereorum, in utroque incluſorum, admixtionem incraſſari, & ex eadem cauſa albeſcit, quod & de eodem ſeorſum ſumpto intelligatur, ad rem noſtram reuertentes, incraſſationem, de qua factus eſt ſermo, multiriam fieri poſſe dicimus, qualitate uidelicet, uel modo ſuæ ſubſtantiæ incraſſantis, uel & 3. præter hos modo ex his compoſito, quippe aliud eſt, qualitate, aliud modo ſubſtantiæ incraſſare. quod oſtenditur, quoniam non nulla tametſi contrarias habentia ſint qualitates, caliditatem uidelicet & frigiditatem, quoniam tamen eundem modum ſubſtantiæ craſſæ obtinent, incraſſant, tum quia nonnulla alia, quæ tametſi eandem cum ſuccis craſsis ſint habentia qualitatem uidelicet frigiditatem, quia tamen eundem modum ſubſtantiæ craſſæ non posſident, non incraſſant. non eſt igitur idem modo ſubſtantiæ et qualitate incraſſare. aſſumptum pro prima parte in his quæ calidæ ſunt naturæ oſtenditur, quoniam triticum, panis non belle fermentatus uel praue aſſatus, caro ſuilla, ſanguis animalium, & c. id genus calidæ ſunt naturæ, ut conſtat 5. ſimp. medic. capite 8. nec non octauo capite de tritico, & 10. eiuſdem capite de ſanguine, nullum enim horum frigidum eſt, ueluti nec ſanguis aliquis frigidus eſt, quodque tamen horum craſsi eſſe ſucci & incraſſare oſtenditur, de carne quidem ſuilla, tritico, pane praue

ue assato & c. constat, partim primo de facultatibus alimentorum capite secundo, necnon libello de cibis boni & mali succi capite 3. partim libro de uictu attenuante capite 6. de sanguine etiam animalium libro eodem de attenuãte uictu capite 8. quod ob aliud euenire non potest nisi quia eorum modus essentiæ uim superat qualitatis actiuæ. pari modo in his quæ frigidæ sunt naturæ, quod assumptum est ostenditur, caseus enim recens, oua indurata, caro ostrearum, ostracodermorum & c. id genus, quæ tametsi qualitate à prædictis differant, quoniam hæc frigidæ, illa uero calidæ sunt naturæ, humorem tamen crassum generant. de caseo quidem & ouis ea frigida esse naturæ constat, de his quidem 11. de illo uero 10. simp. medic. capite proprio. carnem uero ostrearum & ostracodermorum pari modo frigidæ esse naturæ liquet, ex libro de cibis boni & mali succi capite 3. frigidum enim generant humorem. quod autem prædicta crassum humorem gignant ex libro de cibis boni & mali succi capite superius citato patet. secunda pars assumpti uidelicet quod habentia eandem cum succis crassis qualitatem, quia tamen modum substantiæ crassæ non possident, non incrassant, ostenditur, quoniam succus acidus eandem obtinet qualitatem cum succo aqueo crasso, uterque enim horum frigus est, ut ostenditur 5. simp. medic.

capite 25. hic tamen ſuccus acidus tenuis eſt, ut 4. ſimpl. medicam. capite ſecundo 6. & 7. conſtat, ob id igitur, quia is modo ſuæ ſubſtantiæ, tenui plus poteſt quàm ſui qualitate. ſ. frigiditate, idcirco teſte Galeno 5. ſimp. medic. loco citato, tenuat, incidit, ſecat, fartu liberat, perpurgat, & non incraſſat, ille uero. ſ. ſuccus aqueus, tum quia modo ſuæ eſſentiæ medius eſt inter acida tenuium, & terrea craſſarum partium, eodem auctore ſecundo alimentorum capite 21. medium autem (ut alias dictum eſt) ad utrunque extremum relatum alterius extremi ſumit denominationem. ſuccus igitur aqueus ad acidum relatus craſſus eſt, tum ex eius opere, quoniam teſte Galeno 5. ſimp. medic. capite citato incraſſat, cogit, contrahit, conſtringit &c. ex his igitur liquet, nedum ſuccum aqueum, craſſum eſſe, uerum etiam conſtat aliud eſſe modo eſſentiæ & qualitate incraſſare. incraſſatio autem quæ ſola fit qualitate, (ut noſtræ deſeruit rei) bifariam fieri ſolet, uel per humidi tenuis ſublationem, uel per ipſius humidi cum ſicco a calore moderato membrorum ſuccos continentium, concoquente permixtionem. dixi ut noſtræ deſeruit rei, quoniam præter hos, & alij extant incraſſandi modi, congelando uidelicet & coagulando, de quibus Ariſtoteles tum primo tum 4. meteororum prolixum habuit ſermonem, uerum quoniam illi modi in-

craſ-

craſſandi ad rem noſtram parum pertinent, eos prætermittendos eſſe cenſuimus. ſi primo modo, uel eis in quibus craſſitiem fieri contingit, teſte Ariſtot. 4. meteororum textu iuxta Alex. ſectionem 25. communia ſunt terra & aqua, & hæc. ſ. incraſſatio tum a calido, tum a frigido fieri ſolet, a calido quidem humidum educente, euaporante enim humido incraſſatur ſiccum, & conſtat, a frigido uero calidum exprimente cum quo euaporante humidum ſimul recedit, & quod remanet incraſſatur, uel ea ſunt in quibus aer dominatur, Ariſtotele auctore libro eodem textu 27. ut in oleo & cæteris id genus. & hæc iterum a frigido & calido incraſſari ſolent, a frigido quidem per partium aerearum uidelicet tenuium in aqueas craſſas conuerſionem, a calido uero ubi ab igne uidelicet uel tempore eius calidum innatum emarceſcit, quo abeunte aer infrigidatus in aquam conuertitur, & iuxta hunc modum per partium tenuium ſublationem incraſſationem fieri intelligo uidelicet quatenus eis in partes craſſas conuerſis res incraſſatur. Galenus uero ſub aliis uerbis & magis diſtincte eandem a qualitate incraſſationem, tum a frigido, tum a calido, inſpiſſando, fieri inquit, a frigido quidem bifariam uel quum ab eo immoderate aſtringente pars humidi tenuis extruditur, idem nanque ſcripſit ſecundo prædictionum capite de uomitu, hoc

modo pituitam ab impense frigido incrassari. frigidi enim proprium Gal. autore 4. sim. med. capite secundo, est perpetuo contrahere, densare, & constringere, aer enim frigidus tempore hiemali, eodem auctore, loco allegato, flante Borea, substantiam quamcunque attigerit (si mollis fuerit) contrahit, condensat, constringit, tenuesq; excernit humiditates, sicut ex oculis lacrymam, ex naribus mucum, quod etenim humido tenui extruso remanet crassius est, uel quum, a frigido humidum tenue magna ex parte non exprimitur, sed intus remanens, & ab eodem in partes aqueas conuertitur, quod deinde ab eodem frigido a circunferentia ad centrum premendo pellitur, & ob id sicco terreo admixtum non fluens, sed densatum ac inspissatum magisq; quodammodo constans factum incrassari dicitur. frigidum igitur incrassat. secundum consimilem etiam modum a frigido in cæteris rebus fit incrassatio, uidelicet quum ab eodem per generationem uel per solam alterationem, ex re tenui fit res crassa, per generationem quidem, ut in elementis, quum ex aere uel igne fit aqua, & ex ea fit terra, in mixtis uero quum ex parte olei aerea, & ex cæteris id genus a frigido condensando fit pars aquea, cuius humidum per partium tenuium in crassas conuersionem spissius est, quod alijs partibus olei terrei deinde commiscetur,

per

per alterationem uero quum frigidum in rem tenuem igneam, uel aeream agens, quam & si substantialiter non transmutat, eam tamen per frigiditatem temperando, caliditatemq; exuberantem remittendo ac infrenando densat, inspissat, & incrassat, quod Galenus (uti paulo ante dictum est) 4. de simp. medic. uiribus capite secundo & 6. testatur est, scribens τὸ μὲν οὖν συνάγειν τε καὶ πηγνύειν τὴν ὑποβεβλημένην ὕλην ἴδιον ἀεὶ τοῦ ψυχροῦ. Quod est, igitur subiectam materiam contrahere, & densare frigidi semper proprium est. a calido uero fit incrassatio, & hoc bifariam, immoderato, & moderato, immoderato quidem eo. s. assante secundum quem modum bilis flaua, quum fit uitellina, teste Galeno cum libro secundo prædictionum capite de uomitione, tum libro de atra bile cap. secundo, ab immoderato calido eam assante ac euaporante, humidumq; ei commixtum exurente, sinceramq; reddente, incrassatur, euaporato enim humido tenui, quod remanet cum sicco commixtum crassius est. a moderato uero, concoquendo, quod fit, quum a calido innato humidum tenue sicco casso permiscetur & ob id humidum sic permixtum, quum prius esset tenue, incrassatur, & secundum huic consimilem modum scripsit Aristoteles 4. meteororum textu 9. Empedoclem in physicis mixtionem farinæ cum aqua fecisse, ut a calido glu-

ten fieret, humidum enim a ſicco patitur, & e contra, quoniam, teſte Alexandro, & ſi humidum cauſa ſit ſicco, ut non elabatur, ſiccum tamen cauſa eſt humido, ut non diſpergatur ac diffluat, ſed conſiſtentiam ui calidi commiſcentis accipiat, & iuxta hunc modum incraſſandi ſcripſit Galenus 4. de ratione uictus in morbis acutis commento 5. deiectiones in cauſo pallidas ſeu billioſas, liquidas, crudas eſſe, quoniam coctio omnis cogit et incraſſat, & ſecundum eundem intellectum (de quo poſtea fuſius) ſcripſit incraſſationem fieri libro de morbi temporibus uniuerſalibus, quod & ſecundo prædictionum capite de urinis ſuper textu (In Mulieribus & urina nigra, & in pueris urina aquoſa &c.) repetens comprobauit, & licet de hoc modo incraſſandi ſecundum quem fit concoctio à calido, poſſit eſſe quæſtio noſtra, non minor tamen ſcopus eſt de illo qui fit à frigido, tametſi hic in doctrina Hippocratis et Galeni iuxta exquiſitos eorum doctrinam profitentes nondum in febribus quarum materia concoctione indiget ſit conceſſus, ueluti conceſſus eſt modus incraſſandi ille, qui fit à calido moderato concoctionem agente. poſt hæc ſubſequuntur ea quæ utroque modo incraſſare dicuntur, uti ſunt terrea & aquea, ea enim tum quia modo ſubſtantiæ craſſum ſuccum generant, tum quia per frigiditatem quam poſſiident in materia craſſa

non

non tenui exiſtentem, in rem tenuem agentia, etiam ſi ea exuſta & amara ſit, ut amaræ rei tenuitas adaptari poteſt, iuxta ea quæ à Galeno ſcribentur 4. ſimp. medic. capite 18. alterando incraſſant, quod de prædictis, terreo uidelicet & aqueo teſtatus eſt Galeno 4. ſimp. medic. capite 22. dum temperaturas, modum eſſentiæ, ac actiones eorum, & nonnullorum aliorum ſuccorum uarias qualitates continentium in exemplo ſuccorum naturam roſæ conſtituẽtium his uerbis expreſſit, τὸ μὲν ἐστὶ στρυφνὸν γευομένοις, ὅπερ ἀναγκαῖον εἶναι γεῶδές τε καὶ παχυμερὲς καὶ ψυχρόν. ἕτερον δὲ πικρὸν, ὃ δὴ λεπτομερές τ᾽ ἐστὶ καὶ θερμὸν. καὶ τρίτον ἐπὶ τούτοις τὸ ὑδατῶδες, ψυχρὸν μὲν ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ᾽ οὖν τῇ κατὰ τὸ λεπτομερὲς καὶ παχυμερὲς ἀντιθέσει μέσον πως ὑπάρχον τῶν ἄκρων, οὐ τῇ μίξει, καὶ τὸ στρυφνὸν, καὶ τὸ πικρὸν οὐκ ἐστὶν ἄκρως τοιούτων ἑκάτερον, οἷόν περ λέγεται. πάσας γὰρ ἐκλύει τὰς ποιότητας ἡ τοῦ ὕδατος ἐπιμιξία. *quod eſt. hoc quidem guſtantibus acerbum eſt, quod terreum ut ſit & craſſum, frigidumq; neceſſe eſt, aliud uero amarum quod tenue eſt, & calidum, & tertium in his aqueum neceſſario quidem frigidum, ſed in tenuitatis craſſitudinisq; oppoſitione quadantenus ſummorum medium, cuius mixtura neq̃ue ipſum illud aſtringens, neque ipſum amarum ſumme eſt tale, quale dicitur, qualitates enim omnes exoluit aquei admixtio, quod (ut*

paulo

paulo ante diximus) & Galenus 5. sim. pharmacorum capite 25. his uerbis de aqueo magis ac magis expressit scribens, τὸ δ' ὑδατῶδες ψυχρὸν παχύνει καὶ συνίστησι, καὶ συνάγει, καὶ πιλεῖ, καὶ νεκροῖ, &c. Quod est, aqueum uero frigidum incrassat, cogit, contrahit, constringit, extinguit &c. iuxta igitur hunc modum concedendum est, frigidum aqueum bili flauæ amaræ, à calore febrili præter naturam attenuatæ, admixtum, tum modo suæ substantiæ crassæ, bilis tenuitatem summouentis, tum sui frigiditate, eius caliditatem præter naturam pellentis, atque attemperantis, necnon eius acrimoniam tollentis, eam incrassare. quod & eodem consensu Auicenna testatus est libello de uiribus cordis tractatu 2. cap. 1. scribens, frigidam medicinam, substantiam humorum retificantem, quandoque id modo substantiæ suæ operari, interdum uero qualitate, quippe si modo substantiæ operetur, & fuerit crassa, quod nimis est subtile incrassat, si uero qualitate operetur, quando materia, in quam agit, nimis est subtilis, procurat substantiam mediocrem, & nimiæ caliditatis complexionem temperat. hoc autem est incrassare.

CAPVT QVARTVM.

Quod bilis uitellina, iuxta Galenum, generatur per commixtionem bilis flauæ cum pituita craſſa, & ab ea fit tertiana notha, iuxta modum quem Arabés inſequuntur, quidquid ſcribat Auerroes.

QVIA *paulo ante ex Galeni mente dictum eſt, bilem uitellinam generari ex bilis flauæ aſſatione, hic (etſi præter inſtitutum ſit, ut tamen nonnullis hoc inſtanter petentibus morem geram) non præteribo hæſitare, an iuxta mentem eiuſdem, ea fieri poſſit ex cõmixtione bilis cum pituita craſſa, ut cenſuit Auicenna prima primi capite de humoribus, Haliabbas primo theoricæ capite 25. & Auenzoer libro primo, Theyſir. tract. primo, capit. 6. & proinde febris, quam tertianam notham uocant, ab ea pendens communiter curanda eueniens, ſit ab eo deſcripta, uidetur enim febrem hanc non deſcripſiſſe, quum nuſquam in eius libris legitimis de bile ea ſic commixta ab eo mentio habita ſit, & ob id ſequitur nec de febre ab ea, nec de eius curatione ſcriptum nobis quidquam reliquiſſe, ſed ſolum de ea quæ fit per aſſationem flauæ bilis ab eo mentio habita eſt, & hanc opinionem inſequitur Auerroes 3. ſuarum*

ſuarum collec. capite 3. dum contra Auicennam inuectus probat Galeni poſitionem, de bilis uitellinæ generatione, quum inquit eam aſſimilari uitello oui eadem die nato, & Galenum teſtari eam naturali bile calidiorem eſſe, eiusq; craſſitiem propter nimiam caliditatem & ebulitionem eſſe, & ob id ſecum calorem igneum deferre, & aduerſus Auicennam tripliciter obijcit, primo ſi ea bilis genita eſſet ex mixtione bilis cum pituita, minoris caloris eſſet cholera naturali: ſecundo, quum ob pituitam admixtam, ei adſit ea craſſities, tunc eius rubedo deberet eſſe minor rubedine choleræ naturalis, cuius contrarium inquit Galenus, & nos uidemus non eſſe ita ut dicunt. præterea & 3. deberet cum craſſitie habere uiſciditatem ſicuti habet corpus humidum. ſ. pituita mixtum, cum corpore calido uidelicet cum bile naturali. & ſenſus uiſus in hoc adiuuat Galenum uidelicet nullam in ea bile apparere uiſciditatem. Auerroes etiam opinionē, uidelicet eam per aſſationem modo dicto generari, confirmant dicta Galeni hinc inde ſcripta uidelicet tum ſecundo de naturalibus facultatibus capite ultimo tum ſecundo prædictionum capite de uomitu, tum libro de atra bile capite ſecundo tum 6. epidemiarum thomo 5. commento 14. cæterum aduerſus hanc poſitionem inſtatur & oſtenditur non ſolum eam generari per bilis flauæ aſſationem;

nem, ut loca ex Galeno adducta probant, sed etiam per commixtionem bilis cum pituita crassa, ac ab ea fieri tertianam quam notham tertianam uocant. hoc autem ita esse, ex uerbis desumptis ex Galeno primo ad Glauconem capite 8. & 10. apparet, ubi primo de indicijs temperaturæ laborantis, secundo de ipsius febris tertianæ nothæ indicijs, (necnon & tertio de eius cura) pendentis, ab ea quam uitellinam bilem uocant, per admixtionem uidelicet pituitæ crassæ cum bile genitæ, consimili modo quo Arabes, idem sermonem habet. de temperaturæ quidem laborantis indicijs eo in loco ab eo descriptis constat, dum scribit pro exemplo. Iuuenem decem & octo suæ ætatis annos agentem, albo aspectu, pingui, in otio, crapulis, repletionibus, balneisq; plurimis uitam ducentem, per quæ indicia cum cum natura, tum ratione uictus pituitosum esse, ac plurimum pituitæ crassæ generasse ostendit. indicia uero tertianæ nothæ a bile uitellina per commixtionem bilis cum pituita crassa etiam expressit cum subdit eum etiam febrem tertianam notham passum esse ab exquisita tertiana, cum in caliditate, tum in pulsibus, necnon in sudoribus, uomitibus ac alijs differentem. cæterum præter hæc addidit eum & cum horrore, paucoq; humido uapore excreto per plures menses ea laborasse. ex quibus indicijs ab eo

enarratis

enarratis, cuique in arte medica instructo, uidelicet ex habitu etiam corporis colore & ratione uictus præcedente, perspicuum esse potest, naturam laborantis fuisse pituitosam. & ex aliis etiam symptomatis enarratis constare potest, bili tertianam illam excitanti admixtam fuisse pituitam crassam, quippe eius febris indicia, quæ a Galeno loco allegato adolescenti euenisse dicuntur, indicia sunt febris tertianæ nothæ, ab Auicenna prima quarti, capite 37. descriptæ, à bile uidelicet cum pituita crassa admixta. ex eius etiam cura idem etiam constat, quoniam quum bilis uitellina per assationem facta sit feruida ac ebuliens, frigidis igitur & humidis indiguit, non calidis, curando, medicamentis. at curam tertianæ nothæ Galenus ad Glauconem primo explanans, præsidia quæ cum infrigidantibus calefaciant ac incidãt, adhiberi præcepit, ptisanam uidelicet pipere adiecto, origanum, spicam nardi, hysopum in aqua mulsa infusa ac decocta, hæc autem bili cum pituita crassa admixtæ non feruidæ ac ebulienti conferunt, constat igitur, summatim colligendo, Galenum tum indicia febris à bile pituitæ crassæ admixta, quam Arabes uitellinam uocant, præter laborantis temperaturæ indicia, tum eius febris curationem scripsisse. id etiam ex secundo naturalium facultatum capite ultimo elici potest, dum scribit, præter

modos bilis enumeratos, reliqua bilis genera uidelicet media, ceu est uitellina, citrina &c. ex extremis succis genita, partim ex iam dictorum mixtura uidelicet generum bilis extremorum cum pituita constant uniuersa, partim tanquam uiæ sunt ad harum generationem, tum per se mutationem etc. præterea id etiam constare potest ex longitudine accessionis tertianæ nedum 24. horas consumente, uerum (teste Galeno tum primo ad Glauconem capite 10. de Iuuene tertiana notha laborante triginta horis durante tum secundo de differentijs febrium capite octauo) usque ad triginta quadraginta & ultra interdum durante, quæ cum à nullo alio humore pendere possit, quoniam nec à flaua bile tertianam exquisitam faciente, quoniam eius accessio, teste eodem loco citato, ad summum duodecim horas complectitur, nec ab humore pituitoso, uel melanconico, quoniam huius accessio ad summum ad uigintiquatuor horas, & non ultra, illius uero ad 18. & præter hoc ad sex horas falsæ quietis protenditur, nec ab aliquo alio humore ex prædictis composito ab auctoribus descripto, ut eos legenti constat, prædicta longitudo accessionis pendet. igitur à bile pituitæ crassæ admixta, tertianam spuriam, seu non exquisitam constituente pendet, cuius febris ceu morbi uniuersalis longitudo (teste Galeno primo ad Glauconem

nem loco citato,) ad ſex menſes & ultra perdurauit, quod etiam Auicenna prima quarti capite proprio (de eiusdem morbi uniuerſalis diuturnitate, ab eadem bile uitellina pendente) cæteriq; eius ſectæ auctores teſtati ſunt, quam febrem propter eius acceſſionis protenſam longitudinem, Agathinus (teſte Galeno ſecundo de differentijs febrium, capite citato) falſo tamen emitreum uocat. non minus id probat Galeni dictum 4. de ratione uictus in morbis acutis commento 14. ſcribentis, quomodo duplex eſt tertianarum genus, legitimum uidelicet ab exquiſita bile pendẽs, & nothum, quod idcirco nothum ſiue ſpurium dicitur, quoniam ex legitimo quidem ſymptomata nonnulla ei inſunt, nonnulla uero deſunt, uidelicet ratione pituitæ ei admixtæ. eodem utique modo cauſi genus duplex eſt, legitimum à bile flaua tenui pendens, & ſpurium quod à pituita ſalſa pendet, cui nonnulla deſunt ſymptomata legitimo propria, uidelicet, per aluum bilis pallidæ deiectio, lingua nigra, febris urens, ſitisq; incompeſcibilis, nonnulla uero inſunt. cæterum quæ uere ſymptomata ei deſunt, ea idcirco deſunt quia ratione pituitæ bili commixtæ à legitimi cauſi ſymptomatis deficiunt, quoniam tametſi corpus ualde caleat, ceu & cauſum legitimum patiens non tamen uritur, ſitisq; ceu & legitimo adeſt, non tamen incompeſcibilis, ſed leuis, lin-

lingua etiam adest sicca & aspera ceu & legitimo, non tamen nigra & amara (ut exquisito conuenit causo) sed ratione rei assatæ cum humido aquoso commixtæ, est salsa, salsuginosum redolens humorem, quoniam pituita salsa (ceu & aliæ res, teste Arist. 2.met. tex. iuxta Alexan. 14. Cum fiunt salsæ) fit per commixtioné rei terræ ustæ cum humido nó usto aquoso, super quam non calor innatus, sed potius extraneus adurens obtinet, quod & Gal.2. de differentijs febrium capite sexto testatur, ubi distinxit in duos modos, modum uniuersalem generandi salsam pituitam in specie, quos etiam enumerauit, qui sub modo, quem Aristoteles expressit in genere, comprehenduntur, & scribens modum unum, eum inquit, esse putrefactionem ipsam, quæ quatenus assando, partes terreas, ustas reddit, quæ ubi cum pituita tenui non salsa commistæ sunt, causa sunt salsæ pituitæ, quod in Galeni doctrina bifariam fieri facile intelligi potest, uel ubi bilis putrendo adurit & uersus naturam terream conuertitur quæ tenui deinde pituitæ admiscetur, uel ubi iuxta eundem septima particula aphorismorum apho. 42. uidelicet si febris non ex bile habeat &c. pituita per putredinem in bilem conuertitur. hæc igitur in bilem conuersa cum reliqua parte pituitosa tenui, nondum putrida commixta salsam pituitam gignere potest, pertractans

autem hanc materiam Auicenna prima primi, capite de humoribus, & uerba Galeni interpretans, quæ ex ſecundo de differentijs febrium capite adducto excerpſit, ſcripſit iuxta eius uerſionem, ſalſam pituitam fieri propter putrefactionem, aut ob ſeroſæ humiditatis admixtionem, & inquit uerbum illud (aut) notham eſſe continuatiuam, non autem diſiunctiuam. quod eius dictum licet ſecundum partem ſit uerum, non tamen ex toto mentem Galeni aſſequitur ſcribentis duos modos generandi pituitam ſalſam, non autem duntaxat unum, ut putauit Auicenna exponens notam illam (aut) ſeu iuxta literam à Bellunenſi caſtigatam (et) copulatiue. cæterum hoc idcirco ab eo ſcriptum eſſe putandum eſt, quoniam quum haberet Auicenna uerſionem prædictam Galeni de græco in Arabicum mancam ſeu mutilatam, ob eius tamen plurimam, quam erga Galenum habuit reuerentiam, potius eius uerba extorquere, quam ei falſam ſententiam aſcribere uoluit. fuiſſet autem Galeni ſententia falſa iuxta Auicennæ mutilatam uerſionem ſi nota hæc (aut) legeretur diſiunctiue, quia humiditas ſola aquoſa cum pituita ſalſedinem facere non poteſt, ut etiam idem fatetur. ipſi autem Auicennæ mancam fuiſſe hanc uerſionem conſtat, uerba Galeni germana legendo, quæ ſic habent. ὥσπερ ἕτερον φλέγματος εἶδος ἐστὶν, ἁλμυρὸν, ἤτοι διὰ σῆ-

ψιν,

ψιν, ἢ δι᾽ ἐπιμιξίαν ἁλμυρῆς ὀῤῥώδους ὑγρότητος, id est, quemadmodum altera ſpecies pituitæ eſt ſalſa, aut propter putredinem, aut propter ſalſæ ſeroſæ humiditatis admixtionem, ex quibus conſtat Galenum præter modum generandi pituitam ſalſam prædictum uidelicet per putredinem rei cum pituita tenui non ſalſa admixta alium modum generandi pituitā ſalſam uidelicet per mixtionem ſalſæ ſeroſæ humiditatis per aſſationem non per putredinem genitæ, ſecundum quem modum per artem fiunt ſales & res aliæ ſalſæ, cum pituita non putrida nec aſſata expreſſiſſe, ex quorum commixtione quum id totum quod ex his commixtum eſt, in locis cordi propinquis putret, fit cauſus. interpretanda itaque fuit dictio illa (aut) in proprio ſignificatu diſiunctiue, non autem copulatiue. & ſi modo expoſito uerbis Auicennæ addas uerbum illud (ſalſæ) humiditati ſeroſæ, quæ cum pituita non putrida admiſcetur, quod uerbum in ſua uerſione deſideratur, habebis Galeni ſecundum modum generandi pituitam ſalſam, quem non negauit Auicenna, ceu nec primum, quod ex hoc eum legenti conſtat, quoniam inquit cauſam omnis ſalſedinis eſſe, ut partes terreæ uſtæ aquoſitati, pauci uel nullius ſaporis miſceantur. at conſtat ſalſam ſeroſam humiditatem plurimas partes terreas aſſatas ratione ſalſedinis continere, Galeno 4. ſimplicium medica-

 camen-

mentorum capite 20. auctore, quæ mixta cum pituita tenui & insipida, seu cum dulci paucæ dulcedinis in conueniente mensura & proportione, salsam pituitam generare potest, ex quibus perspicuum est non rudem esse Galeni sermonem (ut putauit Gentilis) scribentis pituitam fieri salsam per admixtionem salsæ serosæ humiditatis, quoniam hoc modo scribendi, causa salsæ pituitæ formalis exprimitur. non enim serositas salsa, quæ pituitæ tenui, ut pituita fiat salsa, admiscetur, de genere est pituitæ, ceu nec aquositas urinalis est de genere humorum, sed humiditas à quatuor humoribus ceu & sudor & ab eis separatus, quo modo nec hic apud philosophos usitatissimus sermo rudis est cum dicitur, corpus sit album per albedinem, & ignis est calidus per caliditatem &c. id genus, causam formalem exprimés. sed ad rem nostram reuertamur. Cum igitur causus nothus fiat ex pituita salsa per bilis assatæ seu putrentis admixtionem cum pituita unà cum ea putrente genita, igitur & tertiana spuria & putredine bilis cum admixtione pituitæ putrentis fieri habet, bile tamen in ea plurimum tum secundum molem, tum secundum eius temperaturam calidam uincente, per quæ à salsa pituita differt, cuius natura cum sit species pituitæ quæ secundo de differentijs febrium capite 6. in genere est frigida & humida, frigida

frigida est, licet nonnullas partes habeat calidas, plures ac pauciorem iuxta maiorem copiam uel minorem rei per putredinem uel præter putredinem assatæ ei commixtæ, quæ quia magis actiuæ sunt, frigidis secundum molem in pituita salsa uincentibus, & magis penetrantes corpus nostrum calefaciunt, ceu aquæ thermarum salsæ, & aquæ marinæ nos calefaciunt & exsiccant. ex hoc apparet apertissimus nonnullorum error qui non animaduertentes dum Auicennam impugnare contendunt, Aristoteli et Galeno contradicunt. Auicennam siquidem scribentem salsam pituitam fieri ex bile assata cum tenuis pituitæ admixtione hoc iure uidelicet ratione sumpta a natura rei amaræ, impugnant, quoniam bilis cum sit plurimum amara, quantumq; pauca sit, & cum ea plurima pituita admisceatur, totum illud mixtum semper amarum remanet, quod & ex experientia docent in plurimam euomentibus pituitam cui, quantumq; modicum sit bilis admixtum, amaror tamen in uomentis ore relinquitur, & cum modicum Aloes plurimæ aquæ miscueris, tota aqua amara, non salsa redditur. Cæterum ut dixi quod ab eis dicitur non solum Auicenna, uerum & Aristoteli secundo meteororum textu iuxta Alexandrum 14. a quo is positioné suam exhausit, aduersatur, hoc modo scribenti. πειρατέον δῦναι τὴν αἰτίαν καὶ περὶ

τῆς ἁλμυρότητος, φανερὸν δὴ διὰ πολλῶν σημείων, ὅτι γίνεται τοιοῦτος ὁ χυμὸς διὰ σύμμιξίν τινα, ἔν τε γὰρ τοῖς σώμασι τὸ ἀπεπτότατον, ἁλμυρὸν καὶ πικρὸν, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴπομεν. Quod est, tentandum reddere causam & de salsedine. manifestum itaque per multa signa quod sit talis sapor propter commixtionem aliquam. etenim in corporibus quod indigestissimum salsum et amarum sicut & prius diximus &c. commixtum humiditati, saporem reddit salsum. ex quibus constat, salsum saporem ex commixtione fieri posse rei amaræ cum tenui humido, sicut ipse longo processu textu 17. ostendit. ex rebus enim adustis, ceu sunt cineres ex scyrpo & calamo facti, qui cineres amari sunt, humido permixti fiunt, ut inquit, res salsæ. Galeno etiam contradicunt qui 10. simp. medic. capite de sudore scribit, urinam & sudorem qui ex humore bibito, cui aliquid bilis est admixtum, constat utrunque magna ex parte saporem salsum repræsentare, quod uel Aristoteles loco citato testatur. pari igitur modo ex bile amara tenui pituitæ admixta per qualitatum actionem alterando inter se refracta, salsus sapor fieri potest, ad experimentum eorum dicitur, ubi res amara cum re tenui per alterationem inter se agendo commixta fuerit, & sicut tenuis res insipida uel dulcis cum re amara commixta agendo & patiendo suum saporem deperdit, sic

amara à re dulci uel insipida tenui alterata amarorem deponit, & ad saporem salsum transit, quod fit in certa horum mensura & proportione. quod autem bilis quæ euomitur amara remaneat, hoc ideo euenire putandum est, quia ea cum pituita non fuit bene commixta nec ut decet alterata, et debite refracta. quod autem dicitur de aloeaqua immixta, patet solutio quoniam non ex quouis sicco amaro nec sub quacunque mensura nec quomodocunque alterato sapor fit salsus ut constat ex Arist. loco citato, sed per incertam humidi cum sicco mensuram qualitatum tamen actione, inde tamen iuxta modum generandi pituitam salsam uidelicet per putredinem à Galeno primo modo expressum ubi pituita putrens in bilem conuertitur & cum pituita non putrente admiscetur, non colligas perpetuo omnem à pituita febrem, ab ea ut salsa pendere, quoniam non semper totum id quod alij admixtum est putrere opus est, & per idem cum in artis operibus exercitato sensui constet hanc bilem uitellinam, lentorem possidere minorisq; caloris & ruboris esse bile naturali, nec de hac per commixtionem pituitæ crassæ cum bile genita hoc Galen. negasse. perspicuum est igitur Auerroem hoc negantem sensu deceptum fuisse, & ut consequens est, constat eundem tertio suarum collec. capite tertio scribentem, uitellinam bilem per adustionem genitam

à Galeno

à Galeno rubram bilem uocari, hallucinatum esse, cuum rubra bilis) teste eodem Galeno sexto de morbis uulgaribus sectione quinta commento decimoquarto) à uitellina distinguatur, quod hæc gignatur bile spissescente, illa uero serum sit ipsius sanguinis qui ruber est. non igitur quæ rubra est, quum sit res tenuis fluida & humida, Galeno teste libro de altra bile capite 2. ueluti serum, potest uitellina esse (nisi rubram eam esse, ualde improprie intelligas) uidelicet quæ per assationem partes tenues urendo crassa & spissa remansit. hunc etiam uitellinæ bilis modum generandi uidelicet ex permixtione bilis cum pituita crassa Galenum sensisse, uel ex Paulo uero Galeni interprete, libro secundo capite decimo nono, colligi potest, in hunc modum scribente, καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ γυμνασίοις μᾶλλον καὶ τροφῆς ἐνδείᾳ τῶν τότε διαιτομένων ἀνθρώπων, νυνὶ δὲ τῆς τάξεως ἀντεστραμμένης ἐπίμικτος φλέγματι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εὑρίσκεται ἡ χολὴ, τοιγαροῦν οἱ πλεῖστοι τῶν τριταίων ἢ χωρὶς γίνονται ῥίγους ἢ κομιδῇ σμικρὸν αὐτοῖς γίνεται τὸ ῥίγος, καὶ τὰ τῆς θεραπείας δὲ διαλλάττουσιν. Quod est, neque mirum si exercitijs magis, & cibi abstinentia tunc homines dietam obseruabant, nunc uero ordine conuerso, id est ociosi cibisq; plenioribus utentes, bilis pituitæ mixta plurimum comperitur; proinde tertianæ plurimum sine rigore, uel admodum pauco inuadunt

dunt, permutantq́; quæ ad curationem attinent &c. quod non nisi de tertiana ſpuria intelligi poteſt, quod ex Paulo conſtare poteſt, quoniam ſubdit paulo poteſt, in ſpurijs.n.tertianis ante coctionem neque balneum, neque cibus liberalior conuenit, ut oua panisq́; micæ, & cõſimilia. & quoniam in propoſito quæſito habitus eſt ſermo de purgatione, nec non & de intermittente, & continuo, quorum terminorum aliqui ſunt multiplices & ambigui, idcirco pro huius articuli explemento, hos explanare non erit inutile. καθαίρειν igitur, id eſt purgare, ex Galeno prima aphoriſmorum commento 2. Quid ſit, notum eſt. eſt enim humorem qualitate peccantem e corpore educere.

CAPVT QVINTVM.

Quot modis continuum & intermittens dicitur, & quorundam de ſynocho male ſentientium impugnatio, & quot modis cauſus dicitur: & de febre continua abſoluta differt aduerſus non nullos &c.

CONTINVVM *uerum febre dictum et ſecundum genus ſumptum, quod græce συνεχὲς dicitur, in eius modos ſcinditur, cuius unus eſt, hæc proxime dicenda febris, de qua teſtatus eſt Galeno primo de morbis uulgaribus*

com-

commentatione tertia commento ſecundo quam primariam eſſe credimus. quippe proprie ca continua eſſe dicitur febris iuxta primam eius ſignificatum, quæ ad iudicationem uſque omni caret penitus acceſſionum mutatione, ita ut ſola una ad criſim usque ſufficiat acceſſio. febris autem hæc ſubdiuiditur in continentem cum putredine, & eam quæ ſine putredine, & harum utranque Galenus 9. methodi capite 2. 3. & 4. συνόχον uocat. cum ex quibus cōſtat quam utiq; uana & puerilis dicenda, ac à mente Græcorum præcipue Galeni Pauli & Aetij aliena ſit poſitio Simonis Ianuenſis in nominandis his febribus, quem cæteri latini eo poſteriores inſequuntur, ſcribentis, diſcrimen inter has febres eſſe, quia ſynochus fit de ſanguine putrefacto. ſynocha uero de eodem ſanguine ſupercalefacto, non autem putrido, quod expreſſe Galeno aduerſatur ſic ſcribenti 9. methodi capit. ſecundo. ἀλλ᾽ ὥσπερ ἰδέα μία τῶν τοιούτων πυρετῶν ἀφ᾽ ἧς ὀνομάζουσι συνόχους αὐτοὺς, οὕτως ἡ φύσις οὐκ ἔθ᾽ ἁπλῆ καὶ μία, τινὲς γὰρ αὐτῶν ἐναργὲς ἔχουσι τὸ τῆς σήψεως σημεῖον, ἔνιοι δ᾽ οὐδ᾽ ὅλως ἔχουσιν, οὓς ἐκ τοῦ γένους ἐφημέρων πυρετῶν ἔφαμεν εἶναι. Quod eſt, at ſicut eiuſmodi febrium idea eſt una quia nominant has ſynochos, ſic natura non eſt ſimplex & una, aliqua enim earum manifeſtam habent putredinis notam, aliqua uero prorſus non habent, quas ex genere diariarum

dicimus

dicimus eſſe, deinde idem capite 3. inquit, atque unum quidem hoc ſiue genus, ſiue ſpeciem, ſiue quiduis aliud appellare libet ſynochon, id eſt, continentem febrem, quodq́; ex eadem naturam cum diarijs conſtat, præterea c. 4. ſcribit Galenus, ὁ μὲν οὖν ἐλεύθερος τὸν χωρὶς σήψεως ἐπύρεξε συνόχον, ὁ δὲ δοῦλος τὸν μετὰ σήψεως. *&c. Quod eſt. porro liber ſynocho, id eſt continenti citra putredinem febre laborauit, ſeruis uero ſinocho, id eſt, continenti cum putredine. ex quibus apparet Galenum utranque febrem tam eam quæ cum putredine, quam eam quæ citra putredinem eadem nominis idea, ſynochum nominari præcepiſſe pari modo Paulus libro ſecundo capite 27. utranque* συνεχῆ, *id eſt, continentem eodem nomine appellat, Aetius quoque libro 5. capite 69. et 74. utranque eodem nomine nominauit, diſcrimenq́; inter has non nomine ſumendum eſt, uidelicet quod hæc ſynocha, illa uero ſynochus dicatur, ſed re ut dixit Galenus eodem nono, capite ſecundo & & tertio. Quia in hac ſucci æquabiliter, putreſcunt, ob quod tum in lotio, tum in pulſu, tum in caloris, ingrata qualitate putredinis nota eſt, in illa uero, nullum horum comperitur, ſed duntaxat calor præter naturam inferuentibus humoribus conſiſtit à quibus uapores plurimi elati ob ſtipationem corporis foras egredi non poſſunt, uerum quia duntaxat horum*

rum pauci foras egrediuntur, & præter hoc uapores hi geniti intus remanentes ea que attingunt, excalefaciunt, idcirco febrem hanc constituunt & seruant, quam de natura diariæ esse inquit. prædicto autem continuo oppositum est τὸ διαλεῖπον, id est quod intermittens est & id est, quod cum plures habeat accessiones in quæcunque propriam habet, & si ad integritatem non desinat, mutationem manifestam. mutationem intelligo principium, augmentum, statum & declinationem. alius uero est modus siue species continui in febribus (quouis enim modo uocetur in præsentiarum non refert) quæ à Galeno libro primo epidemiarum loco citato, & secundo de differentijs febrium capite secundo dicitur πυρετὸς συνεχὴς, id est febris continua. et hanc inquit ὁμωνύμως, id est æquiuoce dici suo generi. æquiuocationem intelligo, analogiam comprendentem, quod idcirco ueritatem sapit quoniam τὸ συνεχὲς, id est continuum, seu πυρετὸς συνεχὴς, id est febris continua per prius de continua febre, mutationem accessionum in toto spatio durationis eius non habente, quæ συνόχος πυρετὸς dicta est, quam de ea continua manifestam præter accessiones euidenter distinctas mutationem obtinente, uidelicet principium, augmentum, statum, & declinationem, quæ συνεχὴς πυρετὸς dicitur, & quia hæc proprio caret nomine, nomen generis sibi retinuit,

&

& hanc primo epidemiarum loco citato mediæ esse naturæ inquit, quoniam eam ad continuam, mutationem accessionum non habentem, relatam, intermittentem uocat, ad intermittentem uero ad integritatem desinentem comparatam, continuam nominat. intermittens uero huic oppositum est, quod in singularum accessionum apertis mutationibus ad integritatem desinit, in præsentiarum uero & si communiter de intermittente & continua febre ab secundo significatu ab aliis quæstio proponatur, nihilominus & de quouis eius significatu quæstio locum habere potest. At fortasse occurres: quoniam bilis flaua (de qua nostrum præsens est quæsitum) putrescens non uidetur ad iudicationem usque unam duntaxat recipere posse accessionem, quod est continui primum significatum, tum quoniam bilis flaua si febrem excitet intermittentem, ut constat secundo de crisi capite 12. habet ut de 3. in tertium suas faciat accessiones, septemq́; periodis terminetur iuxta Hippocratem quarta aphorismorum apho. 59. continua uero secundo de crisi capite 3. à tertiana differt intermittente, quod huius humor delationis impetu per singulas corporis partes uehementer mouentur, & ex hoc uomitu bilis sudore &c. uel horum quibusdam, uel omnibus finitur. illa uero quum ab eodem humore in uenis pendeat, singulæ eius accessiones ad integritatem

tatem

tatem non desinunt, quo fit ut neque aliquo ex dictis modo solui possit, nisi quatenus bile feruescente agitataq; à natura inualescente compulsa, rigore superueniente, per urinam, uomitum, uel sudorem expulsa febris soluitur, ob quod scripsit Hipp. à causone habito, rigore superueniente solutio. si itaque in continua, multæ fiunt accessiones ad integritatem non peruenientes, non igitur duntaxat accessionem unam ad iudicationem usque habere potest, tum secundo scriptum nobis reliquit Galenus 9. methodi capite 3. unam duntaxat habere accessionem, peculiare esse febris à sanguine pendentis (quam synochon uocant) in tres differentias uidelicet epacmasticam, paragmasticam, atque homotonam distinctæ, secundum quod plus minus ue, uel æqualiter discutitur, quam id quod ad putredinem mouetur. non igitur flauæ bili attribui potest. his dicendum esse puto iuxta ea quæ à Galeno secundo de differentijs febrium capite secundo & secundo de crisi capite 6. scribuntur, nedum bilem febrem putridam continuam excitantem, mutationem plurium accessionum de 3. in tertium facere manifestam, uerum & accessionum duntaxat unam, à morbi initio ad crisim usque obtinere posse, quod facile ostendi non potest, nisi antea explanauerimus modos. Quibus fit causus sub continua febre à bile flaua pendente contentus, quippe cum

cum multifariam causus legitimus qui febris est continua, ab eadem flaua pendens, generari possit, unus modus est cum bilis ad paruas uenas prope cor existentes exsiccatas ac præter naturam affectas, uidelicet in hepate, uentriculo, eiusque uentriculi ore, pulmone, ieiunoq; intestino sitas, pellitur, uel attrahitur, eiusq; pulsus, uel tractus renouatur, hæ enim ut 2. de differentijs febrium capite ultimo constat, causæ sunt circuituum morborum. febris itaque hæc ardens iuxta Galenum 4. de ratione uictus in morbis acutis commento 2. causus in parte corporis consistens dicitur qui circuitus obtinet, de quo etiam Paulus libro 2. capite 28. sermonem habet. Fit etiam causus aliter & secundo modo, in partes corporis pari modo consistens, quum materia biliosa pellitur, uel attrahitur ad loca extra uasa uidelicet ad carnem, & hoc præcipue cum loca affecta sunt, ea, à quibus sitis uehemens & incompescibilis excitatur, caliditasq; totum corpus est exurens, & hæc symptomata huic & prædicto sunt causo communia ueluti cum fit erysipelas, uel phlegmone erysipelatis particeps in carne uentriculi, iecinoris, ac pulmonis &c. Galeno teste 5. de locis affectis capite 6. & 4. de ratione uictus in mor. acutis commento 18. Fieri solet etiam & tertio modo causus legitime, quum materia biliosa ex uasis uel ex partibus carnosis

 ualidio-

ualidioribus ad uenas totius, imbecilliores attrahitur, uel pellitur, & hic totius causus dicitur Galeno auctore 4. de ratione uictus in morbis acutis commento 2. citato, & quoniam is fit per pulsum, uel tractum, idcirco in eo fiunt accessionum circuitus, necnon excrescentiæ, declinationesq;: & de hoc causo præter adducta meminit Galenus 5. de locis affectis capite 6. et lucidius secundo de crisi capite 3. & 6: necnon & quarta particula aphorismorum commento 59. scribens causum ab eadem flaua bile fieri à qua fit tertiana, cæterum solum loco differre, quoniam hæc habet plurimam bilem toto corpore, seu in ambitu totius extra uasa latam & motam, & ob hoc cum rigore inuadens in quietemq; desinens cum uomitu, urinis uel sudoribus biliosis &c. finitur, ille uero in uenis ambitus totius corporis, non autem extra uasa, candem habet plurimam cum sanguine ebulientem. & præter Galenum de eodem causo, consimili modo scripserunt Aetius libro 5. capite 76. necnon Paulus libro 2. capite 26. & Oribasius ad Eustathium libro 6. capite 16. dixi causum legitimum, quoniam non solum quod à bile flaua in uenis iecinoris uentris &c. prope cor peccante & non a pituita salsa pendeat, legitimus est, sed præter hoc ad legitimi generationem opus est calore in uasis & uisceribus aucto à statu aeris ad modum calido & sicco pendente

ente. consimili modo etiam in his qui se plus
itis exercitauerunt is fieri solet, aut in magno-
ere solicitis, aut qui multum apricati sunt, uel
ibis adurentibus liberalius usi sunt, uel qui ho-
um uel plura, uel omnia passi sunt, non autem
um fit in statu aeris frigido & humido, is e-
im causus tametsi (ut dictum est) à flaua bi-
e in prædictis uasis retenta ob statum frigidum
otius corporis euaporationem impedientem,
ion autem a pituita salsa pendeat, iure tamen
licto iuxta Hippocratem & Galenum primo
pidemiarum tempestate secunda textu et com-
nento 15. 17. 18. & 20. proprie dictus seu
egitimus causus non est, quoniam ut dictum est
eius calor moderatus est & nõ uehemens. et licet
tum ob hoc, tum quia non pendet a salsa pituita
inter legitimum prædictum & nothum à pitui-
ta salsa pendentem, ceu medius locandus esset,
attamen quia ueteres inter hæc extrema medi-
um non scripserunt, hunc magis sub notho quã
sub uero (ut ob hoc non non opus sit à pitui-
ta salsa omnem causum nothum originem suam
ducere) locauimus, quoniam ex duobus essen-
tialibus iudicijs uero causo necessarijs unum ei
deest, uidelicet calor exurens, & horum unus
quisque. s. qui prædictus est causus à tertia-
na continua simpliciter dicta, à bile flaua pen-
dente (cum qua tamen conuenit) tum in fe-
bris inseparabilitate, tum in habendo excre-

ſcentias et declinationes per pulſum uel tractum eiusdem bilis iuxta ualiditatem & imbecillitatem membrorum pellentium uel trahentium ad loca mineræ putredinis) differt, quod hæc præter quamquod bilis ad loca uaſorum aliqua à corde diſtantia pellitur uel trahitur, eoq; in loco putret, (dixi ad loca aliqua uenarum diſtantia, eam pelli, illa quidem uaſa intelligo quæ ſunt uaſa, uerbi gratia, cruris, uel pedis, non autem uaſa uel loca prope cor prædicta nec uaſa totius omnia) & præter quamquod ſitis ualida & incompeſcibilis eam perpetuo non concomitatur, declinationem ob prædictum materiæ biliosæ ſitum, de qua paulo poſt fuſius dicetur, cõmittit ualde tepidam, quod prædictis cauſis non contingit, quoniam ij uel ob materiam bilioſam in omnibus uaſis totius ſui multitudine et qualitate uel in locis prædictis prope cor exurendo & præter hoc etiam obſtruendo peccantem ſitim perpetuam etiam potu adhibito excitant, & præter hoc etiam caliditatem ad ſenſum acriorem, nec non mordaciorem in eorum declinatione ea caliditate, quæ eſt tertiana declinatio, non autem tepidam obtinent, quæ cauſi declinatio & ſi non ſit tepida, tamen ſecundum ſenſum ualde remiſſior eſt ea caliditate, quæ in eius ſtatu ab ea diſcreto percipitur, per hæc. n. duo ſymptomata, uidelicet calorem exurentem perpetuum ſitimq; pari modo indeficientem, ab

aliis

alijs febribus distinguitur causus Galeno, aucto-re 3. epidemiarum tempestate secunda commento 34. et 4. de ratione uictus in acutis, commento 2. & iuxta hunc modum interpretandus est Auicenna prima quarti capite de causo, cum eius signa. scribens, inter alia enumerat inseparabilitatem febris et occultationem, non quidem temporum, ut communiter legitur, sed teporum iuxta Bellunensis castigationem causi esse signa. in causo autem idcirco teporum occultatio inuenta est, quia in eius teporum declinatione non peruenitur ad caliditatem tepidam ceu in tertiana fit continua. dixi etiam non (temporum) legendum esse, ut eius interpretes exponunt, scribentes occultationem temporum idcirco signum causi esse, quia in eo non sunt tempora sensu distincta, quoniam cum medicus sit artifex sensitiuus, ubi non est sensata diuersitas, perinde ac si ea in rerum natura non sit, à medico iudicatur. causus itaque ut curandus tempora apud medicum ut operantem non haberet distincta, et sic in eius morbi quauis die, & non solum iudicatorijs transactis exhibere quispiam posset sorbitionem, quod aduersatur præcepto Hippocratis & Galeni 4. de ratione uictus in morbis acutis textu 10. id damnantium, id dictum quoque Galeno aduersatur libro de temporibus morbi uniuersalibus cap. 4. scribentis in singulis morbis iuxta diuer-

cõtra Gẽtilẽ & alios recẽctiores obiectio.

prima obiectio aduersus eos.

secunda obiectio.

 sitatem

ſitatem temporum ſenſu perceptorum uſum
3.obiectio *præſidiorum diuerſu eſſe. præterea 2. etiam ar. medic. capite octauo ſcribit Galenus omnium à medico conſideratorum ſenſum non rerum naturam iudicem eſſe. cauſi igitur tum acceſſio, tum declinatio, præter quamquod per operationes. ſ. per pulſum & per alia ſimptomata deprehenduntur, ceu per res ſenſu inter ſe diſtinctas, hæ etiam ſenſu diſcretæ ſunt, quoniam cum harum quæque ſit caliditas præter naturam ab alia diſcreta & ex ſe ſenſibilis: hæ igitur ſenſu ut mutuo diſtinctæ à medico percipi debent, tam&ſi, ut dictum eſt, cauſi declinatio ad tepidum calorem non perueniat. nec etiam aſſerendum eſt (ut nonnulli autumarunt) nullum*
recentiores Fuchſius & cæteri. *diſcrimen eſſe putantes iuxta Hippocratem & Galenum inter tertianam continuam à flaua bile pendentem, & ueram ardentem febrem, moti fortaſſe ex dictis græcorum Oribaſij, Aetij ac Pauli diſtinguentium à tertiana exquiſita continuam intermittenti illi oppoſitam quam cauſum appellant, & obhoc putantium continuam omnem de flaue bile cauſum eſſe quod & Galenus 2. de criſi capite tertio & 6. putatur ſenſiſſe. quod falſum eſt quoniam hoc expreſſe Hippocrati & Galeno contradicit tertia particula aphoriſmorum apho. 22. Hippocrati quidem ſcribenti (æſtate autẽ nonnulli horum, & febres continuæ & ardentes et tertia-*

næ etc.) Galeno uero quoniam is in eius commento inquit, alios quosdam (præter morbos qui uere gignuntur) æstate generari, illi proprios ueluti febres continuas et ardentes, et tertianas, et ut ſimpliciter dixerim, quæcunque ex flaua bile mala corporibus accidunt. ex quibus liquet, quum quælibet harum febrium fiat ex flaua bile, inter quas tertianam continuam et ardentem locant, ueluti inter ſe diſcretas, et quoniam nec aphoriſticæ doctrinæ, nec Hippocratis grauitati, de eadẽ re multiplicia nomina ſcriptis mandare conuenit, non igitur Hippocrates idem intellexit per continuam febrem et ardentem, et proinde, neque uerum eſt, omnem continuam à flaua bile pendentem, ardentem febrem eſſe. præterea continua quæ exquiſita ſeu legitima ardens eſt (auctore Galeno 2. de criſi capite 6.) in 7. terminatur, et quarta aphorismorum comm. apho. 59. inquit cum morbus eſt peracutus qualis eſt cauſus, qui febris eſt continua, id in eodem continua poteſt una dies, quod in intermittente una acceſſio, at intermittens, ſeptem acceſſionibus, perficitur. igitur cauſus ſeptimum diebus terminatur. cæterũ bilis flaua (eodem auctore ſeptima aphoriſm. apho. 32.) acutum parit morbum, acutus autem morbus ſi eſt cum febre, ea continua eſt. quod oſtenditur, quoniam (Galeno auctore 2. de diebus decretorum capite 12.) acuta ægri-
 tudo

tudo ea eſt, cui motus uelox, et ſubito pericula adueniunt, febres autem intermittentes præcipue quæ à flaua bile per tertianam accenduntur ſine periculo ſunt, iuxta Hippocratem 4. aphoriſmorum 43. Quum ergo ea quæ eſt cum periculo non poſſit eſſe intermittens, eſt igitur quæ acuta eſt ægritudo, continua, at hæc in 14. diebus iuxta Hippocratem 2. aphori. 23. uidelicet, acuti morbi in 14. diebus iudicantur, terminatur, quod Galenus quarta aphoriſmorum commento 59. repetijt, uel ubi motus eſt inæqualis in 20. iuxta Galenum in commento aphoriſmi prædicti, necnon 2. de diebus decretorijs capite allegato, non autem in die ſeptima, non igitur quæ continuo eſt à flaua bile perpetuo febris ardens eſt, ſed duntaxat illa cuius materia pulſa uel attracta in uaſis ambitus totius putrens febrem excitat, & huic continue proprie tertiana, cuius materia per totum corpus pulſa eſt, oppoſita eſt, non autem ea illi continue, cuius materia in uaſe aliquo à corde diſtanti putret. neque .n. hæc ea eſt, quam Græci prædicti cauſum appellant, uerum quæ prædicta eſt continua, cum indicia prædicta omnia cauſi ueri contineat, cauſus dici poteſt. Alius modus eſt cauſi à prædictis differens, cuius materia bilioſa non pulſa uel attracta, ſed in omnibus, uel maximis uaſis plurimo calore abundantibus reſidens, homotonam, epacmaſticam, uel

uel paracmaſticam, prout plus minus ue, uel æqualiter quippiam eius in putredinem ſuccedit, febrem excitat, cuius nulla eſt ſecundum circuitum acceſſio, nec ſecundum eundem circuitum ſenſibilis declinatio, ſed unam duntaxat acceſſionem ad iudicationem usque obtinet, quam 2. de differentijs febrium capite 2. ſynochon à bile appellat, 2. uero de criſi capite 6. non ſolum ab eadem bile ſynochum, uerum & febrem deurentem, eamq; ab eo cauſo tertij modi prædicto, acutie uocat differentem, quod & Paulus libro 2. capite 26. comprobauit ſcribens. ὅταν δὲ μὴ παρακμὴ τὶς φαίνηται, τοῦ γένους ἐςὶ καὶ οὗτος τῶν καυτωδῶν, ὀξύτητι δὲ αὐτῶν διενήνοχεν. Quod eſt, cum autem nulla accidit quæ ſenſibus queat percipi declinatio, hæc quoque eſt ex ardentium genere, ſed acutie ab ipſis uariat. & cum eo capite, ab eo ſermo ſit de febribus bilioſis, quoniam paulo poſt uidelicet capite 27. de continentibus à ſanguine ſermonem habet, liquet igitur ex his à bile febrem pendere, cuius duntaxat una eſt acceſſio quæ & continens & cauſus dici debet. ex his itaque & conſtat cauſi non paruam eſſe latitudinem, & ob id ad obiectionem primam adductam patet diſſolutio. ſequela enim non tenet. quoniam bilis in diuerſo ſitu putrens, diuerſum modum febris parere poteſt, ſynochum uidelicet qui interdum & cauſus ab eo dicitur, & febrem

brem plures circuitus assumentem, & quod 2. opponebas, hoc sanguini inesse, synochum facere, febrem uidelicet continentem, non autem bili, teste Galeno 9. methodi capite 3. dicendum ut elici potest tum ex eodem methodi libro capite allegato, tum 2. de differentijs febrium capite ultimo, synochum secundum unum eius modum à sanguine fieri, ubi sanguis, id est succi in uenis omnibus, uel magnis residentes (qui simul sumpti libro de multitudine ab eo sanguis appellantur) non pulsi, nec geniti, nec iuxta modum dictum, ad locum unum magis quam alium præcipue affectum attracti, sed ibidem residentes, in prædictis putrescunt locis, quo fit, ut diuersorum humorem saltem in sanguine præexistentium (quod nunc non assero de biliosis post putredinem eius ex eo iamiam genitis, in hac admixtione putrescentius) non opus sit quod manifesta eorum ueluti dominantia appareant nobis signa, quoniam teste Galeno 9. methodi capite modo allegato synochus uidelicet à sanguine in corpore calido & humido carnoso intranspirabili non frigido ut pituitoso melancholico & senili, nec gracili ut bilioso & transpirabili, sed sanguine abundante, alios tametsi putrescant obumbrante humores fieri solet. alios obumbrare, intellige ab initio putredinis eius non autem post, uidelicet cum in bilem secundum partem conuersus est. potest tamen

fieri

fieri synochus secundum eius alium modum etiam à bile præter quod sanguis putrescat, sui quantitate multa, in uasis omnibus uel magnis putrente, & per hoc à prædicto synochus à bile pendens discriminatur, quod in hoc pure bilis febrem gignentis, uti eius quæ dominatur ac putrescit, non autem sanguinis indicia appareant, quam febrem à bile ardentem uocant admodum acrem ac mordacem et non æque mitem (ceu quæ à sanguine pendet) tractui repræsentatam, puram autem intelligo ut in initio quæsiti purum expositum fuit.

CAPVT SEXTVM.
Disputatio an detur febris à sanguine.

ATQVI fortasse oppones, quoniam secundo de crisi cap. 12. & 2. de differentijs febrium cap. 9. ac 11. scribit Galenum sanguinem cum putrefit secundum eius tenue in flauam uertibilem, secundum uero crassum, in melancholiam, tertianumq; facere circuitum, non igitur accessionem, ad finem usque unicam, ceu febris est synochus dicta, committit. præterea & 2. obijcitur, quoniam Galenus 2. de crisi capite 6. 9. & 12. tum 2. de differentijs febrium capite 3. & 8. scribit, tria tamen esse genera febrium, ab utraque flaua uidelicet

1. obiectio

2. obiectio

uidelicet & nigra bile ac pituita pendentium. non igitur datur febris sanguinis ab his tribus distin. Tertio: aduersus quod dictum est, dari febrem à bile pendentem synochum appellatam, obijcit, quoniam à flaua bile, cum in uenis totius putret, tum Hippocrate tum Galeno auctore 4. de ratione uictus in morbis acutis textu & commento 2. fit causus, non igitur ab eo fit synochus, cum hæ febres auctore tum Alexandro Tralliano, libro 5. capite 4. necnon Aetio libro 5. capite 69. 76. & 77. tum Paulo libro 2. capite 27. & 28. genere sint distinctæ. In hac materia & si diuersi diuersa scripserint, inter eos tamen, duas duntaxat, iudicio meo, probabiliores & contrarias recensebo positiones. nonnulli igitur pugnam in dictis Galeni, & obiecta in contrarium adducta, sedare putantes, in hunc modum scripserunt. cum sanguis per pulsum uel tractum &c. in parte aliqua determinata, præcipue extra uenas uidelicet inflatione coaceruatus putrescit, febrem facit à sanguine pendentem, eo sub sua specie remanente, simpliciorem tamen quam ab alijs humoribus, et ad obiectum antea oppositum ex Galeno, tum 2. de differentijs febrium capite 9. tum 2. de crisi locis adductis desumptum, scribente, sanguinis tenue in bilem, crassum uero in melácholiam transmutari, sanguinemq; putrentem similem accessionum proportionem

tertia obiectio.

Tomas de Garbo.

portionem aſſumere, qualem tertianæ maximæ febres oſtendunt. uidetur igitur bilioſam non de ſanguine facere febrem. dicunt hac ratione ſcripſiſſe Galenum, ſanguinis partem tenuem, tertianæ acceſſionum analogiam ſumere, quoniam calidum extraneum in partes eius tenues ac pingues agens aſſidue eas magis calefacit, et magis attenuat, ſuoq; humili connaturali eas inſigniter expoliat, fitq; ut eæ ad naturam bilis magis accedant. ſi itaque affectæ bilis motu mouentur uidelicet tertiano circuitu. conſimilem modum nobis experimento oſtendunt, quoniam ſicuti uapor aquæ calefactus, ac ſuo humido connaturali admodum expoliatus ac attenuatus, ut ſenſus oſtendit motu elementi leuis, ſurſum mouetur, quippe tametſi formam elementi ignis uel aeris nondũ ſuſceperit, attamen prædictis affectus qualitatibus aſcendit, cum re uera tamen ſit aqua, uapor .n. prima ſimp. medicamentorum capite 12. nihil eſt, niſi humor attenuatus, huius autem aſcenſus (ut aiunt) ratio eſt, quoniam quanto ſubiectum quippiam magis afficitur, qualitatibus ad formam præparantibus, tanto magis diſpoſitiones formam conſequentes ſuſcipit, pari modo id partibus ſanguinis tenuibus & pinguibus contingit, qualitatibus bilis affectis, ſub forma tamen ſanguinis remanentibus, ut bilis motu moueantur uidelicet motu febris tertianæ. quòd autem

autem hæc fuerit mens Galeni inquiunt, uerba illius id expreſſe oſtendere 2. de differentijs febrium capite 9. is enim propoſito quæſito num ſanguis putreſcens poſſit facere febrem? reſpondens, partemq; affirmatiuam recipiens inquit, id pandit quod in pleuritide cernitur, in qua à loco inflammato liquor reſudans, ſpumeus interdum ſpuitur, pituitam dominari indicans, pallidus quandoque bilem atteſtans, ac poſt pallidum poſtremo niger, interdum ruber expuitur, ſanguinem indicans. poſt hæc ſubdit, εἰκὸς οὖν ποτὲ καὶ αὐτὸ τὸ αἷμα σήπεσθαι κατὰ τὰ φλεγμαίνοντα χωρία καὶ τὸν ἐπ᾽ αὐτῷ πυρετὸν ἁπλούστερον μὲν εἶναι τῶν ἐπὶ τοῖς ἄλλοις χυμοῖς, ἀναλογίαν δὲ τῶν παροξυσμῶν ἐν τριταίᾳ μάλιστα περιόδῳ λαμβάνειν, οὕτω γὰρ φαίνεται κἀπὶ πλευριτικῶν γινόμενον, ὅταν ἐρυθρὰ πτύωσιν.
Quod eſt, quo circa conuenit interdum putreſcere ſanguinem in ipſis locis inflatione affectis, febremq; ex eo ſimpliciorem eſſe, quam ex alijs humoribus, proportionem autem acceſſionum tertianæ circuitionis potiſſimum aſſumit, nam ita in his qui laterum inflammationes patiuntur, quo tempore maxime rubidum expuunt, ex quibus conſtat, ſi cum rubrum ſputum ex inflatione deciſum expuitur, ſanguinem ſub propria ſpecie putrentem atteſtatur, per hunc enim colorem ab alijs humoribus alios colores poſſidentibus ex in inflatione

deciſis

decisis, sanguis distingui noscitur. quem tamen tertianum inquit sumere circuitum. igitur sanguine sub forma propria in inflatione putrente, febris ab eo excitata tertiana est. Cæterum positio hæc idcirco admodum diffuse exposita & roborata fuit, quoniam in clamosis & tumultuosis (ut fieri solet) disputationibus nedum probabilis, sed etiam ueritatem redolere alias apparuit. interius tamen perscrutando, & ut ita dicam medullitus eam a mente Galeni alienam semper esse putaui, quod ex his constare potest, primo quoniam 2. de differentis febrium capite ultimo causas permutationis ordinis accessionum enumerans, duas numero inquit esse, uictus uidelicet errorem, ac humorum permutationem subdit, maxime igitur transmutatur, atque in alteram naturam transit, cum putrescit sanguis, nam ut antea expositum est, una eius pars fit flaua bilis, alia nigra. quantum uero in ægrotanti corpore humores mutantur, tantum & accessionum circuitus. cum igitur accessionum circuitus permutationem humorum insequatur, sed sanguis in sua forma manens, non est in alium humorem permutatus, tametsi quodammodo sit in qualitatibus alteratus, non igitur sub sua forma manens tertianum ut bili conuenit committit circuitum. præterea & 2. Galenus 2. de crisi capite 12. inquit, cum sanguis putrescere cœperit, amplius

optimus

optimus non remanet ſed iam ad naturam amaræ bilis tranſit. ſi igitur cum ſanguis putret, ceſſat eſſe optimus, et nõ niſi quoniam eius pars s. tenuior iam ad naturam flauæ bilis, ut ipſe inquit, tranſit, rei autem natura, teſte Galeno tertio de temperamentis capite 4. eſt eius temperatura, quæ eſt rei ſubſtantia, ſeu eius forma ſubſtantialis, uti etiam conſtat ex Gal. 1. de uſu part. capite 9. in calce, idem quoque libro, de animi & corporis mutua conſequutione cap. 2. et 3. de quo etiam in expoſitione tertij de temperamentis de mẽte Galeni fuſius ſcripſi. febris igitur ſanguinis (quia is per putredinem naturam, id eſt formam bilis ſubſtantialem poſtea putrentis, febremq́; nunc et non antea cum ſub ſanguinis forma erat excitantis ſuſcepit, & ob id eam febrem Galenus appellat eſſe bilioſam, & proinde triplex inquit duntaxat eſſe genus ſimplicium febrium, ab utraque bile & pituita pendentium) ſecundum eius partes tenues leuiter putrẽs & pro eo tempore febrem nondum excitat bilioſa, ſed cum bilioſa eſt. non igitur hoc iure, quia ſanguis ſolum qualitatibus bilis eſt affectus, ſub ſua tamen ſpecie manens (ut dicunt) febris à ſanguine pendens bilioſa eſt, ſed id potius euenire debet, quia is ſecundum eius partes leuiter putrens, & pro eo tempore febrem nondum excitat bilioſam, ſed cum forma ſanguinis eſt exutus, formamq́; bilis putrentis ac febrem

ebrem accendentis consequutus est. alioquin non triplex tantum, sed quadruplex esset genus febrium simplicium. cæterum, quo modo dictum Galeni prædictum intelligendum sit, postea dicemus. Præterea et 3. cap. hæc Galeno contradicit, uidelicet si sanguis extra uenas putreat, inflammationem committens, sub suaq; spetie remanens, quòd affectus, sit qualitatibus bilis, & ob hoc tertianum committat circuitum, quoniam 6. epidemiarum sectione prima commen. 2. Galenus scribit sanguinem aut ex suppressione menstruorum, aut à partu purgamentorũ, uel aliter inflationem uteri facientem, cum febrem excitat, synochum de sanguine facere, at cum inflationis materia semper præterquam quod uasa maiora ac minora replet, & extra uenas residet, ut loco de tumoribus præter naturam, capite 2. & de inæquali temperie, capite 3. liquet. Cum igitur putrens ac febrem excitans, synochum faciat, non igitur uerum est cum sanguis extra uenas est putrens, febremq; est excitans, semper bilis qualitatibus est affectus, tertianumq; ob id sub sua spetie (ut positio asserit) committat circuitum: quoniam synochus unam duntaxat continet ab initio ad finem usque accessionem, circuitumq; ullum, nedum tertianum, non est obtinens. nec exemplum de uapore aquæ, in contrarium ab eis adductum, à calido eum sursum ferente, si-

mile est motui bilis de tertio in tertium nec ex parte mouẽtis, nec mobilis, minus uero ex parte motus, ut cuique notum est. ratio quoque eius leuis, super qua sustentatur, quidquam nõ cogit. esto enim Galenum scripsisse, sanguinem putrentem in pleuritide, cum expuitur, colore rubrum apparere, eiusq́; febrem circuitum tertianum sumere: inde tamen colligere non uales, ab eo merito formæ sanguinis fieri huiusmodi tertianum circuitum; quod et aduersarij, ut paulo post uidebitur, dicunt. uerum postea, de hoc quid sentiendum sit, abunde dicetur. ob

Aquilanus id igitur non nulli alij iuniores dixerunt, cum teste Galeno 2. de crisi, capite 12. quod etiam elicitur ex 2. de ratione uictus in mor. acu. cõmento 30. sanguis fiat à calore moderato, ab eodemq́; genitus conseruetur, quoniam eum natura diligit, sicut pater filium, (est enim naturæ corporis alijs humoribus magis conueniens & propinquior) idcirco is, ut naturæ obediens, tantam putrefactionis latitudinem sub sua spetie remanens ut alij intemperati, plurimum à medio recedentes, non tolerant: quoniam quantum potest, natura eum corrigit, & conseruat. at concesso, inquit positio, sanguinem sub sua spetie putrescere, si tamen putredo fuerit talis, ut febrem faciat putridam, febris illa non fiet sanguine sub sua spetie manẽte, sed merito partium sanguinis tenuium, & pinguium in bilem

onuersarum. quod probatur, quoniam, cum
inguis putret, auctore Galeno locis adductis
on remanet uerus, sed ad naturam bilis ten-
it. igitur, si putrescit, ut putridam faciat fe-
rem, cum maiorem in putredine gradum su-
cipiat, tanto minus uerus remanet sanguis, sed
er ustionem ad naturam bilis conuersus est.
am sicuti febris est conuersio caloris innati ad
gneum, pri. aphorismorum aphoris. 14. sic
alor putrefaciens, cum sit corrumpens, &
uodammodo igneus, cuius est corrumpere, &
quodammodo urere, partes potissimum tenues
in sanguine corrumpet, & uret. partes igitur
in sanguine, postea febrem excitantes, tenues
iamiam ustæ erunt, in bilem conuersæ non sub
forma sanguinis manentes: quod, ut dixi, ex
hoc fundamento pendet, quoniam, sanguine
eius formam seruante, caliditatem, ut ex di-
ctis suppositis constat, moderatam, non igneam
putridam, & febrilem, eum habere oportet.
quod si obijcias. à sanguine non putrido, sed
admodum supercalefacto fit synochus. 9. me-
thodi capite. 4. ut constat de libero palæstrita
synocho eiusmodi laborante: et tamen non sunt
eius tenues sanguinis partes per ustionem in bi-
lem conuersæ: cum febris illa sit de sanguine
non de bile, igitur &c. ad hoc dicunt febrem
illam synochum dictam (quia cum sanguis fue-

rit supercalefactus, fit sanguis biliosus, et tandem ex eo adhuc plus calefacto fit bilis) esse biliosam de bile, sine tamen eius putredine, non de sanguine. Cæterum positio ista, quoad prædictum dictum, expresse Galeno contradicit, tum primo quæst. 9. methodi, capite 3. synochum ponit fieri in corpore carnoso sanguine abundante, intrãspirabili, non frigido, nec macro &c. ubi succi omnes æquabiliter putrescũt, igitur fit synochus non tantum ex bile putrente per sanguinis ustionem genita, uerum & ex sanguine putrẽte sub sua spetie remanẽte, quoniam succos omnes, inter quos est sanguis, putrescere scribit, tum 2. quæst. Galenus 2. de crisi, cap. 12. postquam de alijs humoribus (quam spetiem morbi committunt) expresserat à sanguine putrente nedum inflationem, uerum et febrem ab eo fieri, quam ephemeram uocant, ab aliorum humorum febre, nedum spetie, uerum genere distinctam esse ostendit. quoniam diaria ab ethica et putrida genere differt. præterea 2. quoque de differentijs febrium capite 9. scribit, nullam contemplationem præstantiorem esse, quàm eam, quæ, sicut apparet, a pituita, & utraque bile sub sua spetie putrentibus fit febris, ita et à sanguine putrefacto sub sua spetie fieri soleat febris, partemq; affirmatiuam recipit: & præter quàm quod ex humorum colore, diuerso exemplo

pleuri-

leuritidis id approbat, ſcribens ſicut ex ſputo, olore pallido, bilis, ex ſpumeo pituita, ex nigro atra bilis, ſic ex rubro ſanguis peccare & uperabundare indicatur, diſcrimen aliud inter ebrem à ſanguine ſub propria ſpetie manente, & febrem aliorum humorum ſcribit, & ſublit, ex ſanguine putrente febrem fieri ſimpliciorem, quàm ab alijs humoribus in pleuritide abundantibus. ex quo conſtat, ex eo ſub forma ſanguinis fieri febrem ab alijs humoribus ſpetie diſtinctam, non ex eo per uſtionem in bilem conuerſo. Quo modo autem defendatur, tertianum ab eo fieri circuitum, necnon & febrem eius eſſe bilioſam, poſtea dicemus. præterea aduerſus dictam poſitionem eſt expreſſa Galeni ſententia, ut paulo ante aduerſus primam poſitionem obijciebatur, ex 6. epidemiarum ſectione prima, commento 2. deſumpta, ſcribentis, ſanguinem, ſupra quàm par eſt, detentum, tum uaſa magna uteri, tum extra uaſa uidelicet uacuitatem mediam replentem, ut pote cum phlegmonem committit, putreſcere. quo putrente, & febrem excitante, inquit ſynochon dictam, à ſanguine ſub ſua ſpecie pendentem, committere, non bilioſam à bile per ſanguinis uſtionem in eam conuerſi. præterea ſecunda aphoriſmorum commento 17. ſcribit Galenus, cum ſanguis paulatim per putredinem corrumpitur, ſeu leui putredine putret,

ſuperfluo euacuato quod reſiduum exiſtit, ad ſui naturam uidelicet eum corrigendo redire poſſe, nō autem cum magna in eo facta eſt corruptio. quod à ſimili per exemplum uini ab eo roboratur in acetoſum ſaporem tranſeuntis, quod tamen nondum factum eſt acetum, quia in eo nondum magna facta eſt corruptio. ſi igitur, cum ſanguis paulatim putrens febremq; excitans, ad ſuam naturam modo dicto, iuxta Galenum, redire poteſt; uerum is putrens, febremq; excitans, iuxta poſitionem eorum, ſtatim in bilem conuertitur: bilis igitur, ex eo genita, in ſanguinem redire poſſet; ſed hoc fieri non poteſt: quoniam, quod ſupra iuſtum modum coctum eſt, & ceu ex ſanguine aſſatum, qualis eſt bilioſus humor, Galeno auctore, 4. de tuenda ualetudine, iterum concoqui non poteſt, ut ad ſanguinē redeat, ſed id dūtaxat quod penitus crudum eſt, uel citra ſanguinem (ut pituita) ſemicoctum eſt. Ex his igitur ut plane notum conuincitur, cum ſanguis leuiter putrens febrem excitat, non opus eſt eum in bilem conuerti, uerum is ſub ſua ſpecie manens, febrem de ſanguine excitare poteſt non bilioſam, tertianum circuitum committentem. Nec quod 2. ad obiectum ſecundum euadendo dicunt, de iuuene libero, palæſtræ perito, ex ſanguinis ſupercalefactione ſine putredine, febre ſynocha laborante, cuius meminit Galenus 9.

us 9. methodi capite 4. febrem illam esse ex
ile, attamen sine putrefactione, uerum est,
quoniam Galenus capite eodem scribit hæc uer-
ba, cum autem uesperi similem uigorem tueri
febris uisa est, ceu nihil sensibiliter remittens,
suspitio iam erat synochon esse hanc, quæ ex
obstructione, & sanguinis abundantia, & præ
carnis copia stipatione, cumq; hanc sine noua
accessione inuadente perseuerantem, cum totius
corporis repleti tensione, ac rubore, capitis pul-
satione, graui uigilia, iuuene in aliam alias se
iactante figuram, cum æstu laboranti intollera
bili, nullo putrentium humorum indicio appa-
rente, Galenus inspiceret, maior adhuc, eam
in spetie synochi esse, suspicio aucta fuit, in qua
etiam quoniam eius lotium cum crassitudine,
tum colore a naturali habitu erat alienum, non
tamen multum, pari modo & pulsus in ea ma-
gni, ueloces, uehementes, æquales, & cætera
aderant, febrisq; admodum calida, non tamen
in ipsa uisa est mordacis caloris qualitas, bilem
testari solita. ex his itaque omnibus eam syno-
chon esse à supercalefacto sanguine pendentem,
eum certe percepisse perspicuum est, cum asse-
rat loco paulo ante citato, hunc ægrotantem in
cæteris quidem omnibus prædicto iuueni simili-
ter fuisse affectum (præter notas putrescen-
tium humorum euidentes) uerum in prædicto

iuuene febricitante omnes ſucci, quos ſanguinem uocat, æqualiter affecti erant, non autem ſolum bilis, quod non ſolum ex eiuſdem febricitantis prædictis indicijs noſci poteſt, uidelicet rubore, tenſione totius corporis, ſanguinis abundantia, uerum & ex febris indicijs, uidelicet ex pulſu æquali, uehementi, & cætera, caliditate ualde potenti ſine eius mordacitate bilem præſeferente, lotio prædicto à naturali habitu ſeu diſpoſitione mutato &c. deſumptis, ſatis liquet, necnon etiam ex uictus ratione, ac morbi curatione, uidelicet ſanguinis miſſione, ad animi uſque defectum facta. Quæ omnia ſimul febri à bile pendenti adeſſe ab aliquo non ſcribitur, ſed febri à ſanguine. ſummatim igitur colligendo perſpicuum eſt, febrem illam a ſanguine ſub ſua ſpetie manente, non à bile ortum habuiſſe: quod Galenus præter id, quod 9. methodi capite 3. & 4. expreſſit, idem & 2. de differentijs febrium, capite ultimo confirmat, cum ſynochon eiusmodi humoribus in magnis, uel omnibus uenis, ac arteriis magno calore abundantibus, quos ſanguinem appellat, ob aliquam cauſam ueluti in ephemeris feruentibus fieri ſcribat, quippe multitudinem quatuor humorum æqualiter auctorum etiam feruеſcentium (ut alias dictum eſt) Galenus libro de multitudine ſanguinem uocat (non 4.
duntaxat

duntaxat humorem ab aliis discretum) in qua tamen multitudine , sanguinis , quartus humor , uincit , ac dominatur .

CAPVT SEPTIMVM.

Concedit febrem de sanguine uixta Galenum, & positionem eius dilucidat, & contradictionem in eius dictis apparentem tollit, & Auicennam cum eo conciliat.

HIS itaque in hac materia reiectis, quidquid alij , cum ueteres , tum neoterici scripserint , primo mentem Galeni , quam ueram esse puto, explicabo : secundo obiecta, quæ aduersus eum alij opponere solent reijciam : de primo itaque dico aduersus utranque positioné , sanguinem qui succorum dicit multitudinem , siue is intra uasa omnia uel saltem magna , siue extra ea uidelicet phlegmonem constituens , in membris plurimas & latas uenas continentibus putreat , febrem facere synochon , quam continentem dicunt , ab initio ad finé usque durantem , præter quod tertianam committat, eo sub sua specie remanente , prima pars uidelicet eum intra uenas omnes uel magnas , putrentem , synochon facere constat ex Galeno nono methodi capite secundo sic scribente . ἕτερον γένος συνόχων ὅταν ἐν ἅπασι τοῖς ἀγγείοις, καὶ μάλιστα

λιςα τοῖς μεγίςοις ὁμοτίμως οἱ χυμοὶ διασήπονται. quod eſt. alterum uero ſynochorum genus eſt, quando in omnibus uaſis, potiſſimum maximis, æqualiter ſucci putreſcunt & c. ipſum autem durare ſub ſua ſpetie uſque ad finem, præter quod in bilioſam, tertianum circuitum ſumentem conuertatur, ex 2. de differentijs febrium, capite ultimo oſtenditur, ubi inquit, ἀλλ᾽οἱ κατὰ τὰς ἀρτηρίας, καὶ τὰς φλέβας ἁπάσας χυμοὶ, καὶ μάλισθ᾽ ὅσοι κατὰ τὰς μεγίσας τε, καὶ θερμοτάτας εἰσὶν, ἤτοι δι᾽ἄλλην τινὰ αἰτίαν, ὡς ἐν τοῖς ἐφημέροις, ἢ καὶ διὰ σηπέδονα ζέσαντες ἀφάπλουσι πυρετὸν ἕνα συνόχον ἀπ᾽ἀρχῆς, ἕως τοῦ τέλους ἀδιάλειπτον. & c. quod eſt. atqui in uenis & arterijs omnibus inſunt humores, atque ij preſertim, qui in maximis, atque plurimo calore abundantibus, aut ab alia quauis cauſa, quemadmodum in ephemeris, aut ob putrefactionem feruentes febrem accendunt unam ſynochon appellatam, quæ à principio ad finem uſque nullam habet intermiſſionem & c. præterea. lib. 9. methodi capite 4. de ſeruo palæſtrita, febre putrida laborante, paracmaſtica dicta (quam ex humorum putredine continentem uocat) in 7. die terminata, necnon & multis alijs laborantibus, febres continentes patientibus, quarum, ut ſcribit, aliæ aſſidue excreſcebant, aliæ ſimilem tenorem ſeruabant, aliæ uero decreſcebant: et harum aliæ in primo

die,

die, aliæ in 3. aliæ uero in 4. notas putredinis habuerunt. huius enim serui febris, ueluti & aliorum febribus prædictis laborantium (teste Galeno) à succis sanguine in magnis uenis putrente, accessionem duntaxat unam à principio ad finem usque præter quod in biliosam, tertianum committentem circuitum, uerteretur, decrescendo continebat. et de utraque spetie synochi idem penitus cum Galeno eodem consensu scripsit Auicenna pri. 4. fen. pri. tractatu secundo capite 45. eundem quoque modum eas curandi, quem Galenus, insecutus est Auicenna libro & loco citato capite 47. imitatur. idem quoque constat de eodem sanguine ex Galeno secunda aphorismorum commento 17. qui per putredinem paulatim corrumpitur: de quo ab eo scribitur, ad suam restitui posse naturam: quod non fieret, si is putrens, ac febrem excitans, statim in bilem uerteretur. nam sicut neque acetum ad uini naturam redit, quoniam ex toto uini facta est corruptio: sic neque bilis ad naturam sanguinis redire potest, cum ex sanguine est genita, quoniam hoc modo ex toto & magna corruptione corruptus est. est enim bilis ex eo supra iustum modum cocto, & per eius assationem genita, Galeno teste 4. de tuenda ualetudine; assatum autem, ut ad sanguinis naturam restituatur, concoqui non potest, quia non est aliquo modo crudum. potest igitur

igitur ſanguis., paulatim, & leui putredine putrens, ſub ſua ſpecie remanens, febrem de ſanguine facere, præter quod in bilem conuertatur, et febrem biliosam excitet. quam poſi-
Aquilanus & alii *tionem præter Galenum omiſſis Arabibus, uidelicet Halyabbate 8. ſuæ theoricæ cap. 4. & Auerroe 3. ſuarum collectionum cap. 8. & 4. eiuſdem cap. 31. in ſecuti ſunt Aetius lib. 5. capite 74. Trallianus lib. 5. cap. 4. & Paulus lib. 2. capite 27. Galeni interpretes. & niſi recentiores quidam poſtremo in hac materia ſcribentes, eam ad mentem Galeni conceſſam eſſe, negaſſent, quorum rationes uti leues diſſoluentur: in re ita aperta, labor hic uanus mihi apparuiſſet. Secunda uero pars, uidelicet eum nedum intra uaſa, uerum etiam extra uenas putrentem ſynochon facere, non tertianum circuitum, & ſi ex Galeni ſententia 6. epidemiarum præſcripta liqueat, eius tamen uerba græca apponere, ac eius ſententiam repetere, ne id uitio interpretis aſcribatur, uiſum eſt: quæ ſunt hæc.* τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἁπάντων μορίων πλείςας τε καὶ μεγίςας φλέβας ἔχουσιν αἱ μῆτραι, καὶ ὅταν γε κακοπραγῶσιν ἐξ ἐποισχέσεως καταμηνίων ἢ λοχείων ἢ διά τινα φλεγμονὴν ὁπωσῶν γινομένην, ἀναγκαῖον αὐτὰς αἵματος ἐμπίπλασθαι, κἂν ἐπ' αὐτῷ συπομένῳ πυρετὸς ἀνάπτησθαι, ἀπὸ τῆς ἰδέας τῶν συνόχων ἀναγκαῖον αὐτὸν γένεσθαι, δέδεικται γὰρ ἐφ' αἵμα-

τȣ

ῖ σηπομένῳ τοὺς τοιούτους ἀνάπτεσθαι πυρετούς. Quod est. inter omnes corporis partes plurimas grandissimasq; uenas uteri habent, cumq; eos aut menses suppressi, aut à partu purgamenta, aut phlegmone aliqua utcumque orta male accipiunt, ipsosq; sanguine impleri necessariũ est, quo deinde putrescente, si febris excitetur inter synochorum species ipsam cõnumerari opus est, (nam id genus febrium ex putrido sanguine accendi ostensum est) ex his constat, cum hæc febris ex sanguine sit putrido non solum in uasis peccante, uerum extra uidelicet in phlegmone, quæ synochus dicta est, non igitur febris biliosa est à bile pendens, tertianumq; est sumens circuitum, nec, ut quidam putant, de sanguine in prædictis locis putrente intellexit Galenus, (sed in locis alijs inflammatis ut ostendetur) cum scribit, sanguineputrente, eius tenue in bilem conuerti, tertianumq; facere circuitum, & quod dictum ante est, de sanguine ut multitudinem dicit humorum, idem & de sanguine syncero intelligatur, licet in locis extra uasa, is inflamationem constituens raro syncerus esse possit, alijs non admixtus. dixi extra uasa quia inuasis succos interse commixtos esse per se notum est. dixi etiam, raro propter Galeni sententiam primo de differentijs morborum capite secundo sic scribentis, καὶ σπάνιον αὐτῶν ἐστὶν εὑρεῖν ἕκαστον αὐτῶν εἰλικρινὲς, ἀ-

να-

ναμέμικται γὰρ ὡς τὰ πολλὰ, ταῖς μὲν φλεγμοναῖς ἢ ἐρυσιπελατῶδες, ἢ οἰδηματῶδες, ἢ σκιρρῶδές τι. Quod est. ſingulum horum ab ipſis uidelicet Alijs ſuccis raro inuenit. ſyncerum, quoniam magna ex parte ſibi inuicem ſucci admixti ſunt, nam phlegmone miſcetur aliquid quod uel eriſipelatis, uel ædematis, aut ſcirri naturam ſeruet &c. ſi tamen ſanguis extra uaſa impactus in locis fluxioni obnoxijs uidelicet in membris plurimas & magnas uenas non poſſidentibus inflammationem committat, in quibus ſolis ſanguis cum putret, uerũ eſt eius tenue in bilem conuerti, febremq; bilioſam tertianum circuitum ſumentem ab eo modo infra dicendo fieri uel ea membra in quibus reſidet interna, uel externa ſunt. ſi quidem externa ſunt, in quibus inflammatio reſidet, ueluti inguinum ſunt tumores, uel reliquæ membrorum imbecillium exterorum fluxioni obnoxiorum à corde diſtantium, inflammationes dicendum cum ſanguis eorum membrorum uim opprimat, eum corrumpi conſueſcere, & putrere, nam duplici ex cauſa ſanguis corrumpitur & putret, Galeno autore 2. de differentijs febrium capite 9. tum quia (ut alias dictum eſt) non difflatur, tum quia à natura non conuincitur, ſi igitur putreat, febremq; excitet, dic eum pri. febrem accendere ephemeram, eam autem intelligo non quæ ex ſanguine fit in omnibus uel magnis ua-

ſis

is existente, ab alis ad inguina usque protensis
uper calefacto & non putrido, ex quo non
utrente, attamen supercalefacto febremq; ex-
itante, Galenus tum 2. de differentiis febrium
apite 9. tum 9. methodi capite 3. scripsit fe-
rem accendi eiusdem naturæ cum diaria, nec
tiam eam diariam intelligo quæ à causa pro-
athartica primo pendens, et in spiritibus cale-
actis ueluti in causa factum esse habens, eam
ommittit, de qua tum pri. ad Glauconem ca-
pite 2. et 3. tum 2. de crisi cap. 13. tum pri.
de differentijs febrium capite 7. agitur, sed
eam à sanguine (ut dictum est) putrente in-
flammationem constituente, quam diariam
non ueram uocant, quæ similis est ephemeris ex
inflatione inguinum à sanguine euenire consue-
tis, & ob hoc sub febribus (ἐπὶ βουβῶσιν) e-
phemeris, de quibus scripsit Galenus 2. de crisi
cap. 13. intelligo contineri etiam diarias à præ-
dictis membris pendentes, non solum eas quæ ab
inguinibus proprie dictis inflammatis excitan-
tur, quod etiam interpres uetus intellexit. quod
autem assumptum est, tum autoritate tum ra-
tione constat, autoritate quidem ex Galeno de-
sumpta secundo de crisi capite 12. sic scribente
ὅταν δὲ αὐτὸ τὸ κατὰ φύσιν ἔχον αἷμα σφηνωθὲν
ἐν τῷ ῥευματισθέντι χωρίῳ διασαπῇ, φλεγμονὴ μὲν
ἐστὶ τὸ πάθημα, ἁπλῶς δὲ ἐπ᾽ αὐτῇ πυρετὸς ἐξάπτε-
ται, παραπλήσιος μάλιστα τῶν ἐφημέρων τοῖς ἐπὶ
βουβῶσι,

βουβῶσι, καὶ γὰρ οὖν καὶ αὐτὸς ὁ βουβῶν ἐξ αἵματος χρηστοῦ γίνεται. Quod est. cum uero ipse secundum naturam se habens sanguis impactus in loco fluxioni obnoxio putruerit, hic quidem affectus inflammatio est, simplexq; ex ipsa febris accenditur similis maxime ephemeris quæ ex inflámationibus inguinum accidunt, nam & ipsa inguinis inflammatio ex bono sanguine fit, &c. quod præter Galenum & Auicenna pri. 4. tum capite de ephemera, tum de febribus apostematum sensit. ratione uero quoniam cum febris pri. de differentiis febrium capite pri. distinguatur secundum unum eius modum penes materias à calore præter naturam esse calefactum habentes, in uentriculis cordis comprehensas, at in re nostra sola aerea substantia in ipso corde comprehensa, est materia calore præter naturam calefacta, humores enim & corpus cordis solum in calescunt non autem sunt calefacta, quæ autem eiusmodi est, in corde ipso calefacta, constituit, ephemeram, ea igitur est, ephemera, assumptum pro secunda parte ostenditur, quoniam ab inflammatione in parte externa corporis à corde distante (ubi putrescit humor (ad cor usque arteriæ & uenæ non sunt latæ, sed angustæ & paruæ ad cutim terminatæ per quas putrida fuligo(ut ad cor pertingat) facile per transire non ualet, nec ab initio putredinis ob ipsius sanguinis in loco extrinseco,

trinſeco, paucam in eo tempore obtentam humiditatem putreſcentem, tanta fuliginis putridæ copia, ut febrem excitare & continuare poſſit putridam, ad cor peruenire poteſt, potiſſimum etiam cum in eodem loco ſanguinis repoſitus, cordi propinquus non ſit. adde defectum rectitudinis uiarum ad cor, & præter hæc nonnulla intermedia impedimenta ex humorum aliorum, uel ſaltem ipſius ſanguinis multitudine, craſſitie, uel tenacitate obſtruentibus, necnon & membrorum intermediorum ſoliditate: ob quæ fit, ut ab initio putredinis ſola caliditas in ſpiritibus per partem poſt partem ad cor perueniat, per quam fit ephemera febris ſimplex, quæ (ut dictum eſt) ſimilis eſt diariæ ex inguinum inflammatione accidenti, quam ephemeram non ueram uocant, non autem putrida fuligo ad ipſum pertingit, teſte Galeno primo de differentijs febrium capite 5. ſed in loco putredinis circumſcripta remanet, quæ, ſi ad cor ipſum perueniret, ut dictum eſt, febrem faceret putridam. dixi ab initio putredinis fieri diariam, quoniam putredine in ſanguine inflammationem conſtituente, poſtea inualeſcente, ab ea pars ſanguinis effatu digna corrumpitur, in bilemq; conuertitur, quæ in bilem conuerſa pari modo in loco prædicto impacta & non difflata putrens, putridamq; fuliginem ad cor transmittens, febrem putridam

biliosam, circuitum tertianum assumentem committit, & hoc commune est, cuique inflammationi de sanguine externæ ut iuxta modum dictum in locis à corde distantibus, perdurante, ac inualescente putredine in sanguine, is ad bilem tandem conuertatur, febremq; tertianam committat, sin autem membra sint interna, quæ (ut dictum est) plurima & magna uasa non possident, in quibus sanguinis inflammatione ut pleuritidem &c. id genus est constituens, quoniam is non difflatus, nec à natura conuictus putret & febrem accendit, quo casu, dic eum propter causas (illis enumeratis ex quibus fiebat diaria) contrarias, uti per eas discurrenti liquet, eo sub sua specie manente putridam constituere; non autem eam quam communiter synochon dicunt, quoniam is nec in omnibus uel magnis uasis residet nec sui multitudine &c. peccat, putridam constituere de sanguine dico, tum propter uaporum putridorum eius a membro interno ad cor peruenientium euaporationem, necnõ uiæ rectitudinem, ac debitam propinquitatem (non eam tamen, quam obtinet succus causum excitans) tum propter internouorum uasorum ad cor ascendentium tantam non esse angustiam tum propter impedimenti intermedij, quod à membris solidis fieri posset, sublationem, quoniá cum eisdem uasis cor sine aliquo intermedio solido mem
bro

bro continuatur & præter dicta, à diaria (inflammationem à sanguine in membro externo) consequente, hæc etiam differt, quòd citius huius materia in bilem & ad biliosam febrem transit quàm illius materia, quoniam præterquamquod loca interna prædicta externis membris ueluti à fonte caloris magis distantibus, calidiora sunt, teste Galeno prim. prædicationum capite 13. & 2. aphorismorum commento 12. sanguis eo in loco magis calido, minus difflatus, minusq; ob hoc à natura conuictus est, quàm in membro externo, sic igitur putrens magis putret, formamq; suam citius deserit, in bilemq; secundum partes tenues & pingues celerius cõuertitur, quam is inflammationem constituens, in parte corporis externa, citius enim & facilius corrumpitur, quod magis putret quam quod minus (in loco uidelicet minus difflato ac magis calido) febris igitur à sanguine inflammationem constituente & intrinsecus putrente, putrida existens, eo sub sua specie manente, citius esse desinit febris de sanguine, atque celerius ad febrem biliosam à bile pendentem, quã tertianum dicunt committere circuitum transit, quam is in partibus extra corpus inflammationem faciens, cum ab initio ephemeram constituit. quod si obijcias, humores omnes, tumores inguinum & aliarum partium corporis exterarum facientes simul putrescunt, ut qui

ſimul adhæreant, atque in uno loco concludantur, teſte Galeno primo de differentiis febrium, capite 5. igitur ij ad ſanguinem internam inflammationem conſtituentem, febremq; de ſanguine excitantem ad bilioſam febrem tendentem relati, nec ſerius, nec citius excitare ualent, febrem bilioſam, tertianum committentem circuitum. quod deducitur: quoniam circuitus ſiue per ſpatium unius diei & noctis, ſiue duorum dierum & noctium, uel quomodolibet aliter perficiatur, non fit, ut in exemplo ſtercoris columbarum ac iumẽtorum ab eodem primo de differentijs febrium cap. 5. deſcripto conſtat, niſi quia pars humoris ſuccenditur, poſt incaleſcit, ac tandem in ſummo efferueſcit, pauloq; poſt deferueſcit, altera parte interim ſuccenſa incaleſcente, in ſummoq; tandem uigore exiſtente, demum deferueſcente. ſi igitur humores in dictis locis ſimul putreſcunt, non igitur illo nec ſerius, nec celerius eiuſmodi tertianum committunt circuitum: quoniam circuitus, ut dictum eſt, fit ubi per partem poſt partem ad putrendum humores mouentur. huic dicatur, dictum id Galeni (humores tumores inguinum ac aliarum partium corporis externarum, febrem facientes, ſimul putreſcere) uerum eſſe, quando iam penitus ſunt fluxi, & cum putredine ſimul ſupercalefacti. quod ſi uniuerſaliter, id intelligas id eſt, quoſcunque, ut

etiam ſenſim congeſtos humores, comprehendi uelis, dic id uerum eſſe, ubi, eſto, hos humores fluxos non eſſe, ſed prius ſenſim eſſe in loco inflammationis congeſtos. attamen hi poſtea ſimul putredine ſunt affecti, non autem cum ſucceſſiue generantur in membro mittente, nec cum antea in eodem membro ſunt geniti, & ad putredinem præparati, ſed ab utili nondum ſecreti, qui poſte i per partem poſt partem ſecernuntur, et ſic ab utili ſecreti per pulſum uel tractum ad membrum inflammatum ſuſcipiẽs, in quo putrentes febrem excitant, tranſmittuntur: nec etiam, tertio modo cũ ij in loco putredinis inflammato ſuſcepti per generationem eo in loco eſſe ſuum aſſumunt, ibidemq; poſtea putreſcunt, quoniam iuxta priores duos modos planum eſt, tam humores uidelicet qui ſucceſsiue generantur, & poſtea ad locum putredinis uel pelluntur, uel trahuntur, quam qui antea ſunt geniti, et ad putreſcendum præparati, ſed nõdum ab utili ſecreti (ad ſimilitudinẽ ſtercoris columbarum & iumentorum quod in agro conſpexit Galenus, ut primo de differentijs febrium capite citato conſtat, quod in ſucceſſiua erat ad putredinem præparatione) eos ad locum putredinis per partem poſt partem ab utili ſecretos, deinde pulſos, uel tractos, poſtea putrentes, plures generare circuitus, quod præcipue de his uidelicet qui antea ſunt geniti, ſed ab utili

non sunt secreti Auerroes intellexit 4. suarum collec. capite 27. cum scribit causam circuituum (uidelicet quare humor non totus simul putrescit) esse quia in eo præparatio putrefactionis non est completa, sed sensim in putrefactione procedit, quæ humoris per partem post partem ad putredinem præparatio iuxta modum Galeni 2. de differentiis febrium capite ultimo facit ut eius humoris partes, quæ & si nō absolute generantur, quia antea sunt genitæ, quatenus tamen recenter præparantur ad morbum excitandum quia per partem post partem iuxta eorum qualitatem prauam stimulantem contractam ab utili secernuntur saltem in membro illo ad nouam quodammodo rei putrentis generationem reducantur: iuxta uero 3. & postremum modum etiam plures fieri posunt circuitus, & licet hoc non tam facile uti uerum ab omnibus recipiatur, quoniam communiter ab alijs non scribitur id tamen patet in febribus, ab his humoribus, ibidem per partem post partem esse suum sumentibus, ueluti (cum in tumore inguinum ex bono sanguine fluxo per partem post partem, iuxta maiorem in eius partibus ad corruptionem præparationem) fit bilis generatio, ex eaq; postea putrente, tertianus fit circuitus, quod & si satis ut dixi à communiter scribentibus dissonum esse uideatur, id tamen in consimili materia tum ab Auicenna (si ei

credendum

credendum est) tertia 3. tractatu pri. cap. 6. sic scribente de speciebus obthalmia est quæ habet periodum & paroxismum secundum periodum horæ generationis materiæ eius, tum a Galeno 2. de differentiis febrium capite ultimo scriptum esse comperitur sic scribente, quod si membri fluctionem recipientis dispositio remanserit, quæcunque de parte mittente prius exposuimus, eadem de hac quoque intelligantur, nam & ipsa aliquas in se superfluitates generabit idq; duplici ratione, quemadmodum & illa, & quia uitiatum continet sanguinem, & quoniam potentia est imbecillis, eodem modo si ex aliqua quauis causa membri uis adeo debilitetur, ut is qui adiacet sanguis illi potius oneri, quam alimẽto sit unde illud eueniet ut corrumpatur, aut si calidior sit, facile putrefiat, quod si frigidior fuerit & pituitæ naturam gerens, non subito, sed per tempus ad eandem deueniet dispositionem, & quidem cum eas, quæ in ipsa genitæ fuerint, superfluitates coquere nequierit, quæcunque particula aut ad aliam à se ipsa detrudere tale sibi ipsi febricitandi principium, quale ea quæ transmittit alteri, adfert, &c. ex quibus colligitur cum in membro suscipiente imbecilli humores inutiles, quos excrementa seu superfluitates appellat, generentur, et cum ipsum, eadem alio à seipsa transmittere non potest, talem modum febricitandi eos in eis se

 constituere,

constituere, qualem, membrum quod alteri transmittit, & à ui membri humorem transmittentis, fit circuitus, igitur & à ui membri suscipientis ex humore ab eadem ui genito, postea putrente, non ad ipsum membrum per pulsum, uel tractum suscepto fit febrium circuitus.

Obiectio At fortasse iterum aduersus hæc hæsitabis, quoniam si sanguine in parte corporis externa coaceruato & non difflato, tumorem iuxta dictum modum præter naturam constituente, ex causis antedictis, ab initio fiat ephemera, & post, putredine inualescēte ex eo gignatur bilis, quæ non difflata putrens, tertianam committit accessionem, at dum bilis putret, accessionemq; committit tertianam, reliqua pars sanguinis in inflammatione reposita, & nōdum corrupta bili ipsi iuxta posita accenditur, ac putrens iuxta tuam positionem ephemeram constituit, sed tertiana à bile ex eo ibidem genita pēdens, putrida est igitur ephemera cum putrida composita est, cuius tamen contrarium scribit Galenus pri. de differentiis febrium capite 7. dum inquit, Hæc enim cum in ephemeris immoderatum calorem contraxerit, atque hinc putrescendi principium acceperit, alteram speciem febrium succendit, priori desinente. cui dic, tametsi de ephemera in spiritibus uel ab eis pendente (hoc enim non est modo curæ) putridam præcedente, Galeni ibidem capite 7. citato, sit

ſermo, in re uero noſtra putrida à bile pendens, ephemeram conſequatur non in ſpiritibus, ſed à ſanguine putrido, & ob id obiectio ex Galeno deſumpta, aduerſus poſitionem prædictam in eadem materia non procedat, utcunque tamen ſit, eo ad quod obiectio deducit, conceſſo, adhuc aduerſus Galenum obiectio quidquam non cogit, quoniam cum à Galeno dicitur (atque hinc putreſcendi principium acceperit, alteram ſpeciem febris ſuccendit priori deſinente) uerbum id (priori deſinente) interpretandum eſt, non quòd ex toto ephemera, quæ eſt in ſpiritibus, ceſſet, ſeu eſſe deſinat, ſed quoniam à putrida (cuius calor mordax & acer eſt) quoquomodo ephemera obumbratur, nec ea (ut ante eius compoſitionem cum putrida) percipitur. hoc igitur iure, ea à Galeno deſinere dicitur, nec opus eſt à putrida, cum ephemera coniuncta, temperamentum ſpirituum (ut quidam putant) corrumpi, ut ob id ij eſſe deſinant, nec quod calefactum eſt, in ipſis ueluti per tranſitum ceſſet.

CAPVT OCTAVVM.

Obiectiones principales cap. VIII. adductas, probantes nullam febrem à sanguine extare, soluit, necnon & aliorum nonnullas alias, &c.

S ECVNDVM *propositum in hac materia de febre sanguinis aggredientes, obiecta capite 6. in contrarium adducta dissoluemus ad primum in initio capitis aduersus positionem hanc inductum ex dictis patet dissolutio, permisso enim (ut obijcitur) sanguinem in locis membrorum plurimas & latas uenas habentium, tam intra quam extra uasa putrentem, facere unam accessionem à principio ad finem usque synochon denominatam, si tamen is in loco membrorum extrinsecorum præcipue à corde distantium angustas et paucas uenas habentium obstructus, & inflam mationem constituens, putreat, ephemeram excitare potest, quæ tametsi ob partem plurimam tenuem & pinguem ipsius sanguinis antea optimam, nunc à calore præter naturam affectam ac ob id formam sanguinis deserere debentem, ad naturam ipsius febris biliosæ tran sire deberet, quia tamen is leui putredine loco prædicto putrens non corrumpitur, sed speciem suam seruat, idcirco ea sub specie eiusdem dia-*

riæ

riæ ſyncere (tam & ſi breui) durare poteſt, hoc autem et ſi uerum ſit, hæc tamen ſanguinis pars (ob inualeſcentem & deinde perſeuerantem in ea putredinem) in bilem poſtea conuertitur, iure cuius ſcripſit Galenus 2. de criſi capite 12. cum ſanguis in parte corporis extra inflammationem conſtituens, putreſcere cœperit, ceſſat eſſe optimus, & ad naturam amaræ bilis tranſit, ſubdit, & eius febris ἤδη πῶς χολώδης. id eſt iam quodammodo eſt bilioſa, ut per hoc uerbum hoc (πῶς) ideſt quodammodo denotaret febrem hanc non uere eſſe bilioſam, quoniam eius putredo uere non eſt in bile, ſed in ſanguine ſub ſua ſpecie. quod ſi obijciatur, Galenus ſcripſit eam febrem bilioſam eſſe, ea igitur eſt in bile? dicatur hanc febrem, bilioſam hac de cauſa ab eo dictam eſſe, quia ea cum ſit de ſanguine uidelicet ſolo, alijs humoribus non putrentibus permixto, ſyncera, ſeu ſimplex diaria parum durat, & breui ad bilioſam tranſit, quod oſtenditur, quoniam is cum putret, febremq́; excitat, tum ob obſtructionem præcipue in membro extrinſeco paucorum & anguſtorum uaſorum inflammato, tametſi propter eius naturam calidam & humidam, quæ tametſi alijs humoribus perfectior eſt ſub ſua ſpecie diu conſeruari deberet, quia tamen is ob craſſitiem uel lentorem, uel ob eius multitudinem impactus à natura non conuincitur putret &

ob id

ob id is breui sub sua specie quoad eius partes tenues & pingues durans, & ab eadem recedens, breui ad aliam formam scilicet bilis transit, ob quod eodem iure etiam eius febris (sub sua specie) syncera & simplex uidelicet diaria parum durat: quoniam cum sanguis uictus est & secundum easdem partes tenues in bilem conuersus est, bilis ex eo genita cum eo in loco sit obstructa & non difflata putret, & biliosam febrem excitat. febris igitur de sanguine hoc iure à Galeno dicta est (uidelicet ratione eius in quam breui tendit) biliosa. præterea concesso etiam sanguinem secundum reliquas eius partes non æque tenues una cum bile postea putrere, easq; diariam committere, quia tamen ex miti et leui putredine putrent, caliditas autem à bilis putredine acris et mordax est ad tactum, & quia medicus artifex est sensitiuus, ob id igitur ex accessionibus tertianis à bile ei cõmixta pendentibus acredinem ac mordacitatem in tactum imprimentibus, magisq; quàm febris quæ est à sanguine, sensatis febremq; eam quæ est à sanguine uidelicet diariam obscurantibus fit, ut, ob id febris hæc dominans ceu simplex sit de bile & non cum febre de sanguine composita à Galeno biliosa dicatur, pari modo, idem sermonem habens 2. de differentijs febrium capite 9. de sanguine inflammationem internam, pleuritidem uidelicet, & cæteras id genus inflammationes

flammationes cõstituẽte, qui tametsi putridam de sanguine sub sua specie manente febrem excitet, scripsit tamen eam tertianum sumere circuitum, qualem tertianæ à bile maximæ ostendunt, non nisi quia ab eo in dicto loco uidelicet intra corporis nostri partes putrescente, fit febris putrida de sanguine, nõ autem diaria modo antea dicta, à qua ob inualescẽtem putredinem ac sanguinis secundum partem in bilem corruptionem, non difflatam obstructam & putrentem, fit febris biliosa, & ob id febris à sanguine sub sua specie syncera non diu remanet, sed breui ad biliosam febrẽ modo antea dicto tertianum sumentem circuitum, qualem tertianæ ab initio à bile inchoantes maximæ ostendunt, pertransit. quod si simul cum febre biliosa aliquæ partes sanguinis sub sua specie putreant, non tamen ob id ea de sanguine febris dicitur, sed ex causa paulo ante dicta nomine tertianæ, & eo quod tertianam consequitur, uidelicet tertianum sumere circuitum, denominatur. & hoc modo sustinẽdum est, triplex duntaxat esse genus febrium simplicium, quoniam quæ est de sanguine in loco affecto, propterea quod parum syncera durat, et à biliosa, cum qua breui commiscetur, & obumbratur, ac ab eadem, ad quã breui tendit, denominatur, ad eam reducitur: quod febri ab aliis succis pendenti non contingit: hæc enim sine aliorum humorum putrentiũ

commixtione ſyncera durare ualet, neque enim ſucci alij partes pingues & tenues in alium ſuccum facile conuertibiles, ceu ſanguis poſſident. Cæterum hæc ſcilicet putrida de ſanguine à prædicta ſcilicet diaria, de eodem differt, quòd hæc ex cauſis retro ſcriptis citius, illa uero ſerius ad eam deſinit. in uniuerſum igitur colligẽdo febrem à ſanguine prædictam bilioſam denominari bilioſa hoc iure intelligo denomiminatione ſumpta à termino ad quem terminatur, quoniam & cæteræ res naturales denominationem pari modo à ſuo termino ad quem tendunt, aſſumunt, hoc enim pacto quippiam denominari nos docuit ac præcepit Ariſtoteles tum 2. de anima textu 49. ſcribens iuſtum eſſe à fine omnia denominari, & ob id 2. de phyſico auditu textu 14. ſcripſit generationem dici naturã, quia uia eſt in naturam quæ eſt forma, pari igitur modo febris à ſanguine putrente dici debet bilioſa tertianum ſumens circuitum, quia ad eam breui terminatur, & præter hoc breui ea quæ erat ſyncera ſecundum nonnullas partes non coruptas ſed putrẽtes cum ad eius finem bilioſa commiſcetur. præterea etiam ob id 5. eiuſdem, textu 4. ſcripſit Ariſtoteles omnem mutationem magis denominari à termino ad quem, quam à termino a quo, exemplumq; apponens inquit, quia corruptio quæ eſt de eſſe, ad non eſſe magis, denominatur à termino ad quem

quem, qui eſt non eſſe, quam à termino à quo qui eſt eſſe, pari modo generatio quæ eſt de non eſſe, ad eſſe, magis denominatur, ab eſſe, quod eſt terminus ad quem, quam à non eſſe, quod eſt terminus à quo, quare & febris ſanguinis bilioſa dicenda eſt, quia ad bilioſam breui deſinit. ceterum aduerſus dicta quiſpiam fortaſſe opponet, quoniam Galenus 2. de differentijs febrium capite 9. ſcribit febrem ex ſanguine ſimplicioré eſſe ea, quæ eſt ex alijs humoribus, non igitur ea hoc iure dicenda eſt bilioſa & tertianum ſummens circuitum ut dicebatur, quia cum febre bilioſa ut ſcribitur breui commixta ſeu cõpoſita eſt & breui ad eam terminatur dic febrem à ſanguine ob id ab eo ſimpliciorem eſſe dictam ni quia cum bilioſa compoſita non ſit uel componi nõ poſsit, ſed quia alijs mitior eſt. quippe ea pendet à ſanguine natura humido, cuius ratione abſolute mitis eſt, & tametſi ut dictum eſt bilis ex eo genita quæ ſui natura, & ui, ſicca eſt, breui ei admiſceatur, cuius bilis ſiccitas nõ ſolum eius caliditati præter naturam, uerum & proprie ſeu ſecundum eius naturam caliditati iuncta bilem reddit acrem & mordacem, & ob id ſi commixta eſſet eadem bilis ſiccitas cum ſola eius caliditate putrefaciente præter alterius humoris admixtionem ut in febre ab initio bilioſa corruptionem alterius humoris nõ conſequente caliditatem febrilem ad tactum

ualde

ualde acrem ac mordacem redderet, quiaauté cum ea uaporosa sanguinis humiditas acredinem ac mordacitatem bilis temperans, ac mitiorem reddens commixta est, hac de causa fit, ut febrilis hæc caliditas de sanguine febri biliosæ admixta, quæ &si sit multa, & sui natura, ut dictum est, sit mitis, uerum cum iure prædicto uidelicet propter admixtionem eius cum bile prædicta acri & mordente putrentе absolute non possit esse mitis, mitior tamen hoc iure seu simplicior est, quàm quæ ex aliijs est humoribus synceris. hanc autem commixtionem febris sanguinis cum aliorum humorum febre fieri posse testatus est Galenus 2. de differentiis febrium capite ultimo sic scribens, quod si potentia membri imbecillior reddatur, hoc quoque illi causam adfert, ut non modo materia inutilis, sed ipse præterea sanguis corrumpatur, atque putrescat, ac febris accendatur, atque hinc alıud orietur principium, quæ per circuitum fiunt accessionum, si igitur antedicta caliditas perseueret, duplex febrium se inuicem complectentium species consistit & c. ex quibus constat ui membri suscipientis imbecilli febrem sanguinis cum febre aliorum humorum inutilium complicari, & ob id liquet, cum febrilis caliditas consequens transmutationem sanguinis in alios humores nõ acris & mordax tactui occurrat, ut ea quæ fit ab utraque

utraque bile ſyncera non per tranſmutatio-
nem ſanguinis in aliquam earum genita, nec
in primo occurſu uaporoſa, & per moram pau
latim acrius mordax & inequalis adueniat, ut
quæ fit à pituita, ſed perpetuo uaporoſa & alijs
minus moleſta, quæ tametſi ſit multa, eſt tamen
ſui natura mitis ſicut ea quæ in balneo con-
trahitur caliditas, ob quod à Galeno 2. de diffe-
rentijs febrium cap. 9. febris hæc dicta eſt ſim-
plicior, quam febres ex alijs humoribus, quod
non aliter euenire poteſt, niſi ut dictum eſt, quia
ſanguinis humiditas temperat acredinem et ſic-
citatem bilis ei commixtæ. non igitur hoc iure,
quia ea cum alijs componi non poteſt, ab eo alijs
febribus dicta eſt ſimplicior, & proinde conſtat
Auicennam prima quarti cap. proprio ſcriben
tem, Galenum ſentire febrem ſanguinis com-
poni non poſſe, & in hoc eundem dictis ſeu in-
tentionibus ſuis contradicere, (cum, eius dicta
paſſim legendo, nuſquam hoc comperiatur)
eius uerba perperam intellexiſſe, nec eius men-
tem ſatis aſſequutum fuiſſe, pariter & conci-
liatorem ex hoc capite eandem contradictio-
nem ſedare conantem, quia febris ſanguinis
quæ eſt accidens, ceu ea quæ phlegmonem con-
ſequitur, ſiue humores ipſum excitantes, loco
diſtincti uel non diſtincti ſint, componi poteſt,
quæ autem morbus eſt, phlegmonem non conſe
quens, ſed duntaxat putredinem ſanguinis in
H uaſis

uasis insequitur simplex est, & nullo pacto com poni potest, hallucinatum esse, quoniam simplicitas in febre sanguinis transmutationem eius in alios humores consequens, cum quibus tantum partem admiscetur Galeno teste loco citato, tum in symptomatis, tum in qualitate caliditatis mitiori, (ut dictum est) consistit, non autem quia cũ alijs febribus componi non possit. nec etiam con iliatoris rationes probantes febrem, quæ morbus est, & non accidens, cum alijs cõponi non posse, quidquam cogunt, quoniam concesso sibi synochon fieri (dum is incipit) in corpore calido et humido, non gracili & frigido, sed sanguine abundante, alios humores in uasis obumbrante; non opus tamen est eundem synochũ in eius processu, præcipue cum fuerit in corpore, sanguine tenui abundante, ad biliosum declinante, cuius plurima pars tenuis putrens in bilẽ facile uertitur, et ex ea biliosa febris excitatur, quæ cum febre sanguinis secundum partem eius crassiorem putrentis, et nondũ in bilem conuersi commiscetur, eandem inquam febrem sanguinis ceu maior motus minorem depellit & occultat ut Aristot. testat secundo lib. de somno et uigilia, et lib. de sensu et sensato, nec ceu maior flamma minorẽ occultat, eodẽ auctore de causis longitudinis et breuitatis uitæ, nec ceu maior dolor minorem non eadẽ parte factus Hippocrate auctore 2. aphorismorum 46. prædictam febrem biliosam à bile ex sanguinis

Solutio obiectionum conciliatoris probantiũ febrẽ sanguine cõponi non posse.

guinis

guinis putredine genita occultare, quoniam cum plurima ex eius parte tenui bilis generetur febrem excitans, ea ex propria forma & proprijs ſymptomatibus non ut occultata, ſed ut aperte ſenſata, ac ut ab ea lucide diſtincta percipitur, ceu & in alijs febribus compoſitis. nec etiam opus eſt cauſam putredinis ſanguinis prohibere putredinem aliorum humorum tam intra uaſa quam extra conſiſtentium, quoniam tametſi caliditas febrilis ſanguinis aliorum humiditates quodammodo exſiccet, & ſi in aliquo eorum ſit craſſities, attenuat, quia tamen præterquam quod alij ſucci ab eorum proprio calore tuentur, etiam à ſanguinis temperie conſeruantur, eius igitur calor præter naturam factus, putrefaciens, aliorum ſuccorum calorem ſecundum naturam exacuit, ac fere præter naturam reddit, & ſic ſanguinis putredo alios humores potius ad putredinem præparat quàm præſeruat. falſum itaque eſt, humidum & calidum aliorum humorum uim putrefaciendi obtinens contrahi ad calidum & humidum ſanguinis putrefactiuum. uerbum autem hoc præſcriptum, uidelicet ſyncerum, ubi antea dicebatur humor ſyncerus, intelligo modo, in primo articulo expoſito ſecundum quod opponitur eodem capite 6. uidelicet cum tria tamen ſint genera febrium ab utraque bile ac pituita pendentium, ut conſtat ex locis allegatis, igitur non datur

febris de ſanguine, dic, omiſſis aliorum reſponſionibus, & aduerſus eas impugnationibus ſequelam non tenere, quoniam febris putridæ ſimplices ad tria genera reductæ, non omnes ſunt, quæ putridæ ſunt, ſed hæ quæ præcipue parté unam duntaxat habent affectam ſeu paſſam in qua putrent, quod ſenſit Galenus 2. de differentijs febrium capite ultimo, & nono methodi cap. 5. & ob hoc febris de ſanguine à loco inflammato paruorum, & paucorum uaſorum pendens, quæ breui ſyncera durat, ad triplex genus, uidelicet ad bilioſam (ut dictum eſt) reducitur, non autem illa, cuius putredo fit ſanguine in maximis uel omnibus uaſis peccante, ut ex dictis ſatis conſtare poteſt, nulla parte una in ea febre magis affecta, quam alia. ſed ſtatim occurres quoniam febris tertiana intermittens, & aliæ intermittentes uidelicet quotidiana et quartana hoc iure ſub triplici genere febrium putridarum ſimplicium non eſſent comprehenſæ, quoniam ut conſtat, ſecundo de criſi cap. 3. & 6. necnon ſecundo de differentijs febrium cap. 3. earum materia uerbi gratia bilis flaua, quod et de materia aliorum intermiſſentium intelligatur, cum febrem excitat, à uenis pellitur, per ſingulas corporis partes, atque ideo fit rigor. quo fit, ut uomitu bilis, uel ſudoribus, uel urinis bilioſis etc. finiatur. ſi igitur per ſingulas partes corporis bilis tertianam excitans defertur,

non igitur pars una corporis duntaxat affecta est, huic dicendum, in his quæ fiunt per circuitus febribus partem præcipue affectam, hoc iure dici unam, quia partes hæ, in quibus materia pellendo suscipitur, uel attrahitur, uel generatur non sunt toti cõmunes, ceu sunt uasa magna uel omnia quæ toti communia sunt, sed sub uno diuisionis membro comprehenduntur, uidelicet sub membro pellentium membrorum, uel attrahentium, uel generantium, uel suscipientium toti modo dicto non communium, sed partium potius toti prædicto modo oppositarum affectarum, propter quæ membra sic affecta fiunt morborum circuitus, siue ea sola qualitate, uel non sola, sed cum materia, affecta sint, quippe cum materia morbum faciens pulsa, uel attracta, uel genita, uel suscepta, non sit multæ quantitatis, ea putrens, à calore putredinem inducente euaporat, accessioq; febrilis tepescit, uel penitus cessat, neque enim putredo febrem inducens materiam putrentem sui quantitate non multam, assidue discutiens diu continuari potest, sed esse desinit, nisi noua materia trahatur, uel pellatur, uel iterum generetur, uel suscipiatur, quæ iterum putrescat, & febrem accendat, & in hoc differt à synocho, tum à sanguine, tum à bile, quod eius motus non est per circuitus, sed unã duntaxat accessionẽ, ab initio ad finem usque committit, cuius causa, præter

prædictorum humorum, à quouis horum pendeat, multitudinem ſupra quam par eſt auctá, ora uaſorum obſtruentem, ac humorum etiam attenuatorum tranſpirationem prohibentem, eſt eorum qualitas, modus ſubſtantiæ & ſitus. quod ſi in bile ipſa, hæc omnia non congregentur, ſaltem plura ex his ei adeſſe poſſunt, continentur enim humores hi, ſynochon cauſantes (alijs uidelicet modo ſubſtantiæ, multitudine, & qualitate, ad ipſum cauſandum concurrentibus nunc ſubintellectis) merito ſitus, in omnibus uaſis, uel ſaltem maximis plurimo calore abundantibus. his accedit, quod in eis nulla pars eſt iuxta prædictum modum, quæ præcipue ſit affecta, magis quam alia, ad quam ceu ad putredinis mineram humores pellantur, uel attrahantur, uel generentur uel etc. ſed omnes uaſorum partes prædictæ æqualiter affectæ ſunt ob id (ut paulo ante dictum eſt) putredo ſecundum continuitatem auctore Galeno 2. de differentijs febrium cap. 2. & ultimo initio ad finem uſque ſine intermiſſione, præter, quod circuitus committat, ſuper humoribus decurrit, ac tandiu perſeuerat, hominemq́; deurit, donec qui ei cauſam adferunt humores, aut ex toto conſumantur, aut concoquantur, aut utrunque patiantur, admodum flammæ ignis ſuper palea ab initio ad finem uſque eam conſumendo decurrentis. Obiectio. Quod ſi obijcias cum ex retentis menſibus

bus uel à partu purgamentis, & fit in partibus uteri inflammatio, pars una, scilicet ipse uterus, est præcipue affecta, & tamen non fit febris ab eis habens circuitus, sed synochus, iuxta ea quæ retroscripta sunt ex Galeno sexto epidemiarum loco citato, igitur responsio falsa. huic dicatur, sanguis, siue quartus humor, Respõsio. siue ex quatuor humoribus aggregatum sit phlegmonem faciens in membro uno affecto (ad quod plurima & magna uasa sanguine supramodum repleta terminantur,) cum in eisdem locis non sit difflatus, ægreq; transpiratus fuerit, non eam quæ habet circuitus febrem, sed synochon (ut antea dictum est) committit, ob sanguinis multitudinem, qualitatem, situm, & modum substantiæ non solum in loco inflammato continue per uapores putridos ab eo elatos, cor petentis, ipsumq; alterantis, sed etiam à uasis magnis & plurimis intermedijs non solum ad cor, sed etiam ad locum affectum terminatis, quæ cum continue sanguinẽ putrente referta sint, & ob id ut per ea ad spatia media ceu ad locum particularem affectum nouus fiat sanguinis pulsus, uel attractus, uel eius noua generatio, opus non est, nec ut sequens est (ueluti antea dictum est) febris fit circuitus habens pulsum humoris uel tractum etc. ad mineram putredinis consequens, quoniam putredo super eo sanguine secundum

modum eius essentiæ uniformi primo à loco affecto incipiens, deinde continuando decurrens ad interna usque uasa peruenit, secundum quem decursum, uera fit febris continuitas durans usquequo qui uitiatus est sanguis per putredinem consumatur, uel si parum est uitiatus, ad benignum reducatur, quippe tametsi sanguis inflammationem faciens in loco uno præcipue affecto sit extra locum proprium uidelicet extra uasa impactus, & à natura non conuictus, & si etiam ob susceptam per uasa magna et plurima ad locum inflammationis terminata aliquantulam difflationem, et modicam transpirationem à celeri corruptione, propriæ sanguinis formæ ac ab eius cito transitu ad formam aliam, eum tuentem per aliquod dierum spatium sub propria specie seruetur, quia tamen ob aliquantulam obstructionem neque difflatur, nec transpirat ut pro eius naturali temperie seruanda opus est, idcirco putret, febremq; synochum excitat, atque accessionem duntaxat unam propter eius (ut sæpe dictum est) multitudinem loca prædicta replentem, situm, qualitatem etc. ab initio ad eius consummationem usque per multos dies durantem, præter quod in bilem biliosamq; febrem febris hæc conuertatur, committit. Quod si obijciat quispiam, par ratio uidetur esse de inflammatione membri, præcipue affecti, pauca & angusta uasa

Obiectio

continentis, & sic falsum erit dictum Galeni, cum sanguis putret eius tenue in bilem conuerti, & febrem fieri tertianum sumentem circuitum, cum nec de febre à materia in uasis nec à materia inflammationem constituente uidelicet extra uasa uerum esse non possit: dic rationē huius, & illius parem non esse, quoniam tametsi sanguis in eo phlegmonem faciens extra locum proprium, id est extra uasa sit impactus, à naturaq; non conuictus, ueluti et sanguis inflammationem faciens in membro, ad quod lata & plurima uasa desinunt, attamen quia ex paucitate sanguinis ceu materiæ in paruis & paucis uasis ob eorum angustiam & paucitatem contenti, necnon ex paucitate eiusdem in locum affectum eisdem uasis medijs ad eundem locum affectum terminatis effusi is à calore febrili putrescens, breui facileq; corrumpitur, quoniam Aristotele teste 4. meteororum textu 5. paucum (multo) magis & facilius putrescit ac corrumpitur, et quoniam Galeno teste secundo de differentijs febrium capite XI. inflammatio præcipue in membro extrinseco paucorum et angustorum uasorum humorem cohercet putrescere per partem post partem, quia is nō est iuxta humiditates putribiles, sed, ab eis segregatus licet qui ab inflammatione actu est detentus totus simul putrescat, ut constat primo de differentijs febrium capite 5. igitur nisi nouus san-

guis

guis ad prædicta loca affecta pellatur, uel attrahatur, uel in suscipiente generetur, eius febris non solum sub sua specie, uerum absolute cito esse desinit, ea itaque hac de causa desinens, attamen ob nouum materiæ pulsum, uel tractum ad locum affectum perseuerans & si iuxta ea quæ scribuntur secundo de differentijs febrium capite 11. de causis reditus circuituum, per circuitus continuetur, non tamen à materia in loco affecto, ad quem uasa parua & pauca terminantur, accessio una ab initio ad finem usque per multos dies durans, per quam uera febris continuitas seruatur, committitur, ceu euenit in sanguine phlegmonem faciente in membro ad quod plurima & lata uasa terminantur. quibus non cogentibus adde præter quamquod ex ea quæ fit facile & breui temporis spacio sanguinis corruptione ab eius paucitate pendente, ob prædictorum uasorum paucitatem & angustiam, tum in eius uasis, tum in loco affecto contenti, febris (ut dictum est) esse desinit, uel saltem uera eius continuitas ab initio ad finem usque non seruatur quoniam in partis etiam affectæ sanguine, inflámationẽ constituente, & uasorum eius quæ ad eam terminantur (propter uitæ intemperantiam prioribus seculis inchoatam, & nostris temporibus adhuc plus auctam, fit lentor & crassities, & proinde in eisdem locis facile & prompte fiunt,

ualidiores

ualidiores obstructiones) ob quod eorum sanguis quem diximus non æque bene difflatur, nec (ut decet) æque bene transpirat, ueluti sanguis inflammationem faciens in membro ad quod plurima & lata uasa desinunt, qui ob eorum latitudinem & numerositatem, & proinde obstructionis prædictæ defectum, plus difflatur, fit ut illorum paruorum uasorum, & partis affectæ, sanguis prædicto sanguine citius corrumpatur, nec per tantum temporis spatium sub sua specie duret, sed cito suam formam deserens, in bilemq; conuersus, biliosam febrem tertianum assumentem circuitum committat. Quod tertio & postremo in sexti capitis initio opponebatur uidelicet à bile (cum in uenis totius putret) fit causus tum Hippocrate tum Galeno autoribus quarto de ratione uictus in morbis acutis, textu et commento secundo. igitur non fit synochus. sequela (ut opponebatur) satis constat ex Aetio, Paulo, & Tralliano locis adductis, has febres inter sese distinguentibus. cui dic (ut ex dictis constat) sequelam non tenere, quoniam tametsi à bile quatenus ea in uenis omnibus, uel magnis residens nó pulsa nec attracta putret, febrem assiduam excitat, cuius una duntaxat accessio est à principio ad finem usque durans, febris continens fiat, quam synochon uocant, & iuxta Galenum secundo de crisi capite 6. & secundo de differen-

Tertiæ obiectionis dissolutio

tijs

tijs febrium capite ſecundo liquet, quatenus tamen eadem cum ſiti incompeſcibili, lingua ſicca aſpera & ualde nigra, uentriſq; morſu, deiectionibuſq; pallidis, uigilijs, & interdum delirio, febris uehemens eſt, totumq; corpus laſſitudine oſſearia, id eſt ulceroſa, ob tenuium humiditatum acrimoniam, per poros foras ad partes ſenſibiles ſecundum partem eff luentium &c. eſt afficiens, in uaſis magnis uel totius corporis conſiſtens, cauſus eſt, in hoc enim iuxta modum unum de prædictis cauſi modis paulo ante à nobis expoſitis, cauſi ratio conſiſtit, ut Hippocrates & Galenus teſtantur loco ſuperius allegato, quarto de ratione uictus &c. dixi in uaſis magnis uel totius corporis, quoniam ut paulo ante ſcriptum eſt iuxta Galenum ibidem, ſi in parte una quapiam, ad quam materia pulſa aut tracta fuerit intra ſiue extra uaſa uidelicet in uentriculi, pulmonis, & iecinoris carne, iuxta unum alium modum cauſi duntaxat fuerit affectio, quæ heresypelas referat, etiam cauſus dicitur, non tamen totius ſed partis cuiuſpiam, ſed ſi ab aliqua parte alia affecta, ad quam materia fuerit pulſa uel tracta plurimum à corde diſtante in uaſis eius eam continente febris excitetur, quoniam modo dicto ſitis uehemens de neceſſitate non proueuit, febris potius aſſidua, quam cauſus legitimus, dicenda eſt, ut ex Galeno alias notauimus, uerum ubi pars

Tertiæ obiectionis diſſolutio

prædicta

prædicta affecta, fuerit una ex illis, ueluti modo dicto est os uentriculi, pulmo, ieiunum intestinum &c. quæ non extra uasa, uidelicet in eius carne, sed in uasis materiam peccantes continent & sitim parere solent, quam partem eiusmodi sic constitutam, quoniam ea sitis, quæ incompenscibilis est, concomitatur, & præter hoc calor deurens ea non solum febrem continuam sed causum legitimum pariet. Trallianus uero, Aetius, & Paulus synochon à causo distinguentes ad id magis cui propter crebrum euentum synochi nomen imponi consuetum est, respexerunt, quam ad rem ipsam, etenim eam febrem à bile pendentem quam continentem uocant non sæpe euenientem propter eius rarum euentum nomine hoc nominari eis consuetum non fuit, quæ autem sæpe euenit ut alias dictum est, & hoc nomine nominari consueta est hæc est ut synochus, id est febris continens dicta, à sanguine pendeat sui natura miti, & naturæ nostræ conformi & familiari cum humoribus alijs, nunc tamen ferueścente, nunc etiam putrescente, unamq; dútaxat accessionem ab initio ad finem usque committente in corpore calido & humido, non quidem ut opus est transpirabili, nec frigido, & senili, neque bilioso & gracili, bile uidelicet dominante, sed carnoso sanguine abundante, modo substantiæ, necnon sui qualitate & quanti-

tate

tate in uasis omnibus, uel magnis (ut sæpe dictum est) peccante, ac cum plurima flamma affligente, etenim hoc modo febris genita uere & proprie synochus nominari consueuit, eadem uero febris dicta synochus non æque crebro fit à bile, tum quoniam ea ob eius acrimoniam uim expultricem ad pulsum uel tractum &c. irritans, & postea putrescens sæpius secundum circuitum febrem excitat, tum quoniam bilis propter eius horribilitatem ipsi naturæ raro in ea copia augetur, ut ea in omnibus uel magnis uasis residens sui quantitate et qualitate et cetera accessioné duntaxat unam ab initio ad finem usque committat, idcirco (ut dictum est) synochon ab ea fieri non scripserunt, licet et si non sæpe interdum id eueniat. nomé uero causi seu ardentis, febri à bile iuxta modos ante dictos sui natura corpus deurenti, ac sitim incompescibilem excitanti in corpore natura bilioso aeris constitutione, ætate, ratione uictus præcedenti, calidis &c. eadem bile non autem sanguine in eo exuberante, ut sæpius euenienti, non autem febri à sanguine sui natura miti, corpus non deurenti, nec sitim incompescibilem, uel raro excitanti attribuerunt: & ob hoc unum ab alio distinguentes sub diuersis capitibus eas reposuerunt. Ad rationem uero super qua secunda positio innititur, quæ eodem capite 6. proponitur, febrem à sanguine sub sua specie fieri posse negans,

negans, dicatur, concesso sanguinem à natura diligi, & ad tantam putrefactionis latitudinem sub sua specie manentem, non reduci, ut alij succi plurimum à medio recedentes, ac ob id à natura nostra plurimum distantes, quoniam is calore suo moderato nostræ naturæ est conformior, ac eidem alijs humoribus magis est familiaris, à quo moderato calore eidem alijs humoribus magis est familiaris, à quo mederato calore etiam conseruatur: & concesso etiam præter hoc, sanguinem putrentem cessare esse optimum, & uersus nauram bilis tendere, inde tamen per uiam sequelæ, non sequitur, igitur cum putret & præter hoc etiam facit febrem, illam febrem statim ab initio interna denominatione putridam denominari, & ueluti ex bile modo genitam et biliosam esse, ut ex causis dictis constat, quoniam non quælibet putredo, ceu nec quiuis calor præter naturam summouet ab eo formam, à proprio & suo connaturali calore conseruatam, potest enim putrens duntaxat ab initio ephemeram constituere, nec opus est eius putredinem in quanto nec in quali ita auctam et elatam esse, ueluti cum constituit febrem putridam, & hoc præcipue ubi sanguinis inflammationem in membro extrinseco à corde distante constituit. præterea, fiat, ipsum ab initio febrem putridam committere, uidelicet ubi inflammationem internam constituit, eam ta-

men putredinem in gradu ſuo ab initio ita elatam eſſe, opus non eſt, ueluti cum ex eo magis putrente, poſtea fit bilis, & deinde febris bilioſa, quod ex dictis conſtat de ſanguine paulatim & leui putredine putrente, qui nondum in bilem conuerſus eſt, ceu uinum quod fit acetoſum, quod tamen nondum factum eſt acetum. Quod autem ſecundo aduerſus dicta eadem poſitio obijcit, ſi ſanguis inflammationem conſtituens & putrens, quoniam in bilem breui tranſit, febrem tertianam committentem, febris de ſanguine ſic putrente dicitur bilioſa, & ob hoc ea ad triplex genus febrium ſimplicium reducitur, ſimili modo probaretur ephemeram in ſpiritibus, necnon tertianam unius acceſſionis tamen, per duodecim & pauciores horas durantem, præterea continui diſſolutionem in ſubſtantia cordis factam, non tamen ad eius uentriculos peruenientem (cum hæc uidelicet continui diſſolutio in ſubſtãtia cordis facta, per unã duntaxat diem duret, auctore Galeno quinto de locis affectis capite primo) inter ægritudinum genera, ab alijs morborum generibus diſcreta, connumerari non debere, cum omnes hi morbi breui perdurent, conſimiliq; ratione probaretur, nouem non eſſe temperaturas, quod Galeno aduerſatur primo de temperamentis capite octauo eas tot eſſe probanti, deducitur, quoniam eodem auctore 6. de tuenda ualetudine,

ualetudine, simplices breui durant. Quando unaquæque ex his alteram ex necessitate sibi asciscit, ad hæc obiecta dicatur, secus esse fieri ephemeram à spiritibus seu in eis tanquam in causa iuxta cõmuniorem uiá de quo nunc non curo, et eam quæ fit à sanguine, hác enim à sanguine in inflammationem constituente (ueluti eius causa) ob impensam obstructionem & prohibitam difflationem impense putrente, qui secundum partes tenues & pingues inflammabiles ac in bilem conuertibiles, in bilem conuertitur, putrentem, tertianam excitantem, Galenus ad tertianam ueluti ad terminum ad quem terminatur, reducit, illa uero in spiritibus à causa extrinseca calefactis, ob eorum tenuitatem ac inflammabilitatem, breui & facile resolubilibus, nec in alium succum ex necessitate conuertibilibus aliud genus febrium facientem quia non permutatur, idcirco ad aliud genus febrium reduci non debet, & per hoc patet dissolutio, ad quod opponitur de solutione continui in corde, & de tertiana exquisita, una accessione duntaxat per duodecim horas & pauciores durante, pari modo dicendo hos morbos non sub alio morbo locandos esse, quoniam ad alium necessario non terminantur, licet ex accidenti sicuti et in alijs prædictis morbis id interdum contingere possit, uerum de re secundum accidens facta, non nisi ex accidenti est consideratio, quo-

niam ars ceu & scientia ea, quæ semper uel in pluribus, fiunt, teste Aristotele primo posteriorum analecticorum cap.6. & 18. per se considerat, et quod postremo opponitur nouem non esse temperaturas, quoniam hæ breui durant, dic apertum hic esse defectum in æquiuoco consistentem, quoniam Galenus tum 6. de tuenda ualetudine, tum libro primo de temperamentis capite citato de naturali temperatura ab ortu contracta, sermonem habet, nos autem de febrili & præter naturam temperatura loquimur, de qua non est ibi eius sermo. præterea cum eam breui inquit durare, quod per plures ætates ea non seruetur simplex, sed fiat composita, intelligit, nos autem in re nostra temperaturam febrilem breui durare dicimus, quoniam nedum per plures ætates, sed nec per multos dies durat. ratio itaque eorum super æquiuoco consistens, aduersus positionem nostram nihil cogit. Quod uero aduersus Galenum alij opponunt, si quia sanguinis pars tenuis & pinguis in bilem uertitur, eius febris est biliosa, pari modo & febris à pituita, cum eius pars tenuis in bilem uerti possit, esset biliosa, non pituitosa. Secundum uero quod aduersus eundem obijciunt, & assumunt, est, reditus paroxysmorum non fit ex transmutatione sanguinis in bilem, sed penes reiteratam sanguinis generationem, et eius renouatam ad locum putredinis transmissionem.

Plus quã commentator.

ſionem. at eius noua generatio, & iterata ad locũ putredinis tranſmiſſio fiunt antequam in ſanguine fiat ſuperexcectio, qua tenuis ſanguinis pars in bilem uertitur, quoniam ea poſt fluxum ad locum phlegmones, ſuperexcoquitur, ac in bilem uertitur, igitur non fit febris bilioſa et tertiana, quia ſanguis in bilem conuertatur. Ad primum dic, nõ eſſe parẽ rationem in ſanguine quæ eſt in alijs humoribus, quoniam ſanguis partes tenues, ac pingues aereas & inflammabiles, in ſua ſpetie continet, facile in bilem tranſmutabiles, quas alij humores non continent. idcirco ex his facile in bilem tranſmutatis fit febris bilioſa, non aũt ex partibus aliorum humorum. Ad ſecundum dicatur, acceſſionis reditum non ſemper fieri ex reiterata ſanguinis, uel aliorum humorum generatione in membro mittente & eius ad locum putredinis renouata tranſmiſſione, quinimo etiam ex eorum antea genitorum uim expultricem ſtimulantium noua ab utili ſecretione etc. ad ſimilitudinem fere ſtercoris, iumentorum alias à Galeno primo de differentijs feb. cap. 5. deſcriptam recenter ſine eius noua generatione ad putrendum præparati. præterea, auctore Galeno 2. de differentijs febrium capite ultimo, is etiam fieri poteſt ex ſola imbecillitate membri ſuſcipientis, ueluti cum particula ſuſcipiens excrementa ab ea in ſe genita, neque concoquendo ad utile tranſmutare, neque

Ad primũ

Ad ſecundum.

à se ipsa, ueluti inutilia ad aliam partem detru dere ualet, tale enim sibi ipsi principium febricitandi constituit, quale ea, quæ alteri transmittit, affert, uerbi gratia, sanguis in membro suscipiente ei adiacens non ut quippiam superfluum transmissum, sed qui uirtute ualida eius esset alimentum, nunc autem potius (potentia imbecilla) ei onus factum, simul non putrescit ac corrumpitur, sed per partem post partem, ex eo bilis genita & putrens, reditum accessionum gignere potest, sicuti neque aqua in uase lato, soli, æstate feruenti, exposita, tota simul ab eodem consumitur, seu in uaporem dissoluitur, sed pars post partem discutitur. At concesso opponenti in pleuritide à sanguine ac aliјs inflammationibus fieri reditum accessionis, non solum ratione sanguinis in membro suscipiente detenti, & ei ueluti onus facti & putrentis, sed ex reiterata eius in membro mittente generatione, & ex renouata ad membrum suscipiens transmutatione, ut oppositio eorum ostendit, adhuc obiectio hæc aduersus Galenum quidquam non cogit, quoniam esto ad reditum accessionis opus sit in membro mittente prius fieri sanguinis reiteratam generationem, ac ab eodem renouatam eiusdem ad membrum suscipiens transmissioné, nunquam tamen fiet per se tertianus circuitus ex sanguine ad membrum suscipiens transmisso, siue is dum transmittitur sit quodammodo ui

tiatus, siue secundum naturam, nisi ex eo ibidem non difflato, & secundum partem tenuem corrupto tanta fuerit genita bilis, quæ non difflata & putrens in ea quantitate, qua febrem committere potest, eam committat, & nisi ea bilis iterum secundum aliam eius portionem post primam, pari modo successiue ex eodem in minera, putredinis præexistente transmisso uel attracto in eadem quãtitate regenerata fuerit, quæ tertianum circuitum assumere & continuare possit. Quod uero aduersus Galenum nonnulli alij obijciunt, sanguis cum putret, & fit bilis, uel cum est sanguis, uel cum non est, non secundum, quoniam in eiusmodi dicto esset pugna, quoniam si cum non est, putret, igitur sanguis putret, & non est, ex alio si putret, igitur est, cum putrefactio sit passio mixti esse habentis, igitur simul est, & non est, quod est impossibile. si putrescit quando est, igitur sanguis est, putrescit igitur, quando non est, nec fit cholera alias simul idem esset sanguis & cholera, ad hoc ex dictis (quia puerilis & sophistica est obiectio) facilis est dissolutio. concessum enim est, sanguinem cum putrescit, & fit cholera, sub sua spetie manentem, interdum ephemeram, interdum putridam constituere, & pro tempore, quo is putrescit, nondum genitam esse bilem, sed dicitur sanguinem putrescentem fieri bilem, quoniam ex sanguine putrescente per generationem Ioã. arcu.

 tionem

tionem bilis primum ſuum eſſe obtinet, quod eius primum eſſe (ut dixi) eſt ſanguinis putreſcentis primum non eſſe, non enim in ſubſtantijs ultimum eſſe concedimus, alioquin inſtans inſtanti ſine medio proximum eſſet, quod dogmati Ariſtotelis ſexto de phyſico auditu aduerſatur.

CAPVT NONVM.

Adducuntur in materia de febre ſanguinis rationes Auicennæ, aduerſus uerba Galeni, quas diſputauit eſſe aduerſus mentem eius, uel aduerſus eos ſic Galenum intelligentes, & earum ſolutiones.

Cap. 9.

IAM reſtat ut Auicennæ obiecta aduerſus Galenum diluamus, erat autem eiuſdem obiectio hæc. Scripſit Galenus, ſanguis cum putreſcit fit cholera. cuius ſenſus duplex eſſe poteſt, uel quod poſt eius putredinem, uel dum actu putreſcit, fit bilis. ceterum ſub nullo horum ſenſu dictum id uerum eſſe poteſt, igitur Galeni dictum falſum eſt, quod non in primo ſenſu obijcitur, quoniam ſicut eius tenue fit bilis, ſic eius craſſum fit melancholia, non igitur tota febris eſt biliosa, uerum & melancholica. Secundo, quoniam

nostra consideratio, quam intendimus, est de eius putredine in fieri, uidelicet cum putrescit, quoniam putredo in fieri, causa est febris, non autem post putredinem in eo factam uidelicet cum genita ex eo est bilis, sanguis causa est ipsius febris. Tertio, quoniam non opus est, si bilis fiat ex sanguine putrido, eam putridam esse, quippe ex stercoribus putridis fit uermis, & ex uino putrido fit acetum, quorum tamen nullum putridum est, præterea eodem iure crassum putresceret, & febris ex eo genita non solum biliosa esset, uerum melancholica. nec in secundo sensu, dictum id Galeni uerum est, & ratio Auicennæ iuxta Bellunensis castigationem primam eiusdem in serie textus propositionem legentis affirmatiuam, quæ in textu ueteris impressionis non castigato legebatur negatiua, secundam uero negatiuam, sic ad formam syllogisticam reducitur. conuersio sanguinis in bilem non fit in tempore, putredo autem sanguinis habet tempus id est fit in tempore, igitur cum putrescit sanguis in bilem non conuertitur. assumptum pro parte prima planum est, quoniam conuersio sanguinis in bilem fit per eius generationem ac sanguinis corruptionem, quæ mutationes cum sint substantiales ex 5. de physico auditu textu 7. de non subiecto in subiectum & econtra fiunt ac proficiscuntur, et ob hoc non nisi momentaneæ esse possunt, non autem in

tempore. Secunda uero assumpti pars ab Auicenna sic persuadetur, quoniam uia ad corruptionem cum fiat per alterationem & motum, quæ temporaneæ sunt, temporaria est, at putrefactio uia est ad corruptionem, sub hoc enim intellectu & non sub alio, Aristoteles putrefactionem definiuit, cum scribit quarto meteororum textu quarto eam esse corruptionem propriæ ac innatæ caliditatis ab aliena caliditate &c. nisi quia ad corruptionem uia est. putrefactio igitur fit in tẽpore, ex quibus infert cum sanguinis putrefactio præcedat eius conuersionem in bilem, & cum ea sit sine medio causa febris, igitur ante conuersionem sanguinis in bilem, febris eius sanguinea est. porro & secundo simile est de sanguine ac alijs humoribus, at alij humores cum putrescunt, ut pituita putrescens febrem facit sub sua specie pituitosam non biliosam nec melancholicam pariter & reliqui humores, igitur & sanguis sua sub specie remanens, febrem sanguinis facit non biliosam. postremo Hippocrates ex sanguinis putredine scripsit febrem sanguinis fieri non biliosam, hancq; sententiam subiunxit sanam esse ueritatem. Cæterum ad hæc Auicennæ obiecta aduersus Galenum inducta, quoniam mentem Galeni non satis assequuntur, ex iam dictis patet dissolutio, conceditur enim iuxta primum dicti sensum, post putredinem sanguinis

guinis ephemeram facientis fieri ex eo bilis generationem, seu eius in bilem conuersionem, & inde febrem biliosam. primum itaque aduersus hunc intellectum tollitur quod non oportet æque cito sicut eius tenue & pingue fit bilis, sic eius crassum fieri melancholiam, quoniam maiori indiget sanguinis assatione, ut fiat melancholia, secundo de differentijs febrium capite 9. secundoq; de ratione uictus in morbis acutis commento 30. necnon secundo de crisi capite 12. Quam ut ex eo fiat bilis & febris biliosa. potest igitur prius fieri febris biliosa quam melancholica, quoniam crassum id nódum factum est melancholica, sed in confinio ponitur, inter sanguinis & melancholiæ formam, secundo de differentijs febrium capite paulo ante citato. Secundo dic, concesso sibi, id crassum sanguinis æque uelociter, factum esse melancholiam, quoniam tamen id paucum est quod subsidet ueluti cinis & terrestre quoddam, & melancholicum, plurimum uero quod in bilem uertitur, teste Galeno secundo de differentijs febrium capite 11. scribente, superfluitatem in humoribus à calore putrescentibus ueluti cinerem derelictam & subsidentem, nullam uel exiguam remanere, in serosioribus quidem nullam, in crassioribus uero paucam, & cum ad actiones (secundo de causis morborum capite secundo) nedum qualitas, uerum præter hanc tempus debitum

ac debita quantitas exigatur. paucum igitur illud quantitatis defectu, febrem excitare melancholicam nō ualet, febris igitur ex eius plurimo in bilem conuerso, fit biliosa non melancholica. secundum etiam refellitur, concedendo nostram considerationem esse de putredine sanguinis in fieri, quippe putredo sanguinis, à qua fit ephemera, uel putrida, eo sub sua specie manente, ad duo potest referri, uel ad sanguinem in quo habet esse calefactum putridum & fixum, ueluti febris causam, uel ad cor in quo caliditatem producit, quæ est febris ipsa, si quidem primum detur, liquet cum sanguis sit humor putrens, cuius febris est humoralis à diaria & hetica distincta, quia hæ in spiritibus & substátia cordis calefactum esse habent, illa uero in humoribus, putredo igitur sanguinis (nedum ut ad ipsum refertur, in quo habet esse calefactum &c. uerum & in ordine ad bilem ex sanguine genitam, & inde ad febrem biliosam, quam tempore præcedit) facta est, si tamen putredo sanguinis cordi, in quo ab ea caliditas febrilis producitur & suscipitur, comparetur, quoniam febris putrida continue ab eius putredine pendet. hoc modo putredo sanguinis est in fieri, & sic consideratio nostra est de putredine sanguinis non facta sed in fieri. factum nunc intelligo, non quod habet esse productum, sed quod inde pendens est. igitur cum dicitur, sanguis

guis cum putrescit, fit cholera, potest utique dictum hoc sub primo intellectu esse uerum uidelicet quia post putredinem in sanguine factam (quæ alias ac alia ratione (ut dictum est) putredo est in fieri) fit cholera. Tertium reijcitur quod etsi uniuersaliter ex putrido non opus sit, fieri putridum, ex putrido tamen sanguine à calore uim putrefaciendi obtinéte, ipsum quod ex eo factum est putrescere aptum tangente cum uidelicet non difflatur, nec à natura conuincitur, qualis est bilis ex sanguine putrido genita, putrescere potest, febrisq; tertiana non autem melancholica ex causa antea dicta ab eodé calido putrefaciéte excitari ualet. Quod uero opponit Auicenna aduersum dicti secundum intellectum uidelicet cum sanguis actu putret, fit cholera, si dictum id bonum suscipiat intellectum, & id potest sustineri, nec Auicennæ obiecta aduersus hunc intellectum quidquam cogunt, est autem hoc modo intellectus, cum dicitur sanguis, cum putrescit, fit cholera, qualis huius cum dicitur, lignum cum calefit, fit cinis. cuius intellectus ex hoc capite ueritatem sapere potest, quod inter bilis in instanti factam generationem, & sanguinis putredinem nullum intercedit tempus medium. quod uerum esse sic ostenditur quoniam bilis generatio cum sit substantialis mutatio (teste Arist. 5. de physico auditu textu septimo) est de non esse, ad esse simpliciter

ſimpliciter igitur, ut conſtat ex eodem 6. de phyſico auditu textu 41. habet primum eſſe, quod ipſius formæ præcedentis corruptæ uidelicet formæ ſanguinis (ut teſtatur Ariſtoteles eodem libro textu 43.) eſt primum non eſſe, igitur cum putreſcit ſanguis & ex eo fit bilis, cum in momento quo fit bilis in eius tempore præcedente, ad idem inſtans terminato putreſcat ſanguis, is igitur ſic putrens adhuc habet eſſe. uerum eius eſſe, eſt non eſſe bilis, quoniam eo in tempore bilis nondum genita eſt, ſed in momento id tempus terminante acquirit ſuum eſſe. inter eſſe autem bilis, & eius non eſſe (cum ſint contradictoria, inter quæ ut ex poſt prædicamentis ab Ariſtotele conſtat) non eſt medium, nullum igitur inter ſanguinis putrefactionem, & bilis ex eo generationem, intercedit medium, inter ea autem, in quibus nullum intercedit medium tempus, ea ſimul eſſe dici poſſunt, hoc enim conſimili modo loquendi, aliqua eſſe ſimul, uſus eſt Ariſtoteles primo poſteriorum analyticorum, iuxta Themiſtij expoſitionem quum ſcribit, hunc triangulum in abaco deſcriptum ſimul diſci eſſe, & cognoſci, habere tres angulos æquales duobus rectis, quod aliter uerum eſſe non poteſt, niſi quoniam nullum inter illa intercedit medium tempus. uerus igitur eſt ſermo dictus cum putreſcit ſanguis, fit bilis. ex his ad obiecta aduerſus dicti ſecun-
dum

um intellectum plana est dissolutio. primum
taque reijcitur, quod prima propositione ei con-
essa, uidelicet conuersio sanguinis in bilem non
it in tempore, sed momentanea, ueluti et quæ-
ibet generatio & corruptio in substantia facta
ecunda quoque consimili modo concedatur, ui-
lelicet putredo, id est motus quo res putrescit,
fit in tempore, quoniam est alteratio, quæ sicut
& quilibet motus, manente subiecto fit in tem-
pore, ut constat quinto de physico auditu. inde
tamen uere inferre absolute non poteris, igitur
cum sanguis putrescit, in bilem non conuerti-
tur, quoniam, tametsi in quo tempore putrescit
sanguis, in bilem non conuertatur, quoniam
eius in bilem conuersio (ut dictum est) momen-
tanea est, & non temporaria, quoniam tamen
inter instans (in quo ex sanguine putrente fit
bilis) et præcedens tempus (in quo putret) non
est quidpiam intermedium, ut satis paulo ante
dictum est, idcirco sub hoc intellectu uerum est
hoc dictum, sanguis cum putrescit, fit bilis. Se-
cundum eius sub eodem sensu intellecta pro-
positione, pariter & tertium refelluntur. con-
cessa enim est febris, tum ephemera, tum pu-
trida de sanguine, eo sub sua specie manente, ad
mentem Hippocratis & Galeni, non opus ta-
men est eam diu durare, ut ea, quæ est aliorum
humorum, non minus etiam constat, non esse
parem rationem de sanguine ac alijs humori-
bus,

bus, tum quoniam ſanguis partem in ſe continet tenuem ac unctuoſam, facile inflammabilem ac in bilem conuertibilem, quam reliqui humores, pituita uidelicet & utraque bilis in ſe non continent, tum quoniam tametſi ſanguis inter alios humores magis ſit temperatus, & ſicut pater filium, ſic natura eum diligens, quantum poteſt corrigat, & ne ab exterioribus cauſis lædentibus offendatur, conſeruet, ubi tamen ſanguis ab exterioribus cauſis ualde potentibus uincitur, à quibus ob id ſub ſua ſpecie febrem excitat, & quo putrente, febremq; excitante propter eius temperaturam perfectiorem ea, quæ eſt aliorum humorum, quoniam in medio, uel prope medium exiſtit, anguſtiores in ſua latitudine alijs humoribus terminos habeat, liquet igitur eum propriam celerius alijs humoribus formam deponere. illud autē aliter (ut dictum eſt) euenire non poteſt, niſi ob uehementiam cauſæ ipſum fere in medio conſtitutum alterantis & putrefaciendo uincentis cui tandē ſuccumbit, cuius cauſæ tanta magnitudo ad putredinem excitandam in alijs humoribus intemperatis à medio longe diſtantibus nō exigitur, & ex prædictis pendet, febrem ſanguinis putredine oppreſſi ac uicti in maximis uel omnibus uaſis peccantis ſub ſua ſpecie ceteris paribus aliorū humorum febribus citius terminari, et ſanguinem etiam in phlegmone putreſcentem putridā

uel

uel ephemeram non dico synochum constituentem, in bilē breui conuerti, biliosamq; excitare febrem, nec diu sanguinis febrem, sed biliosam denominari, quod pituitæ & alijs succis non accidit, propter eorum naturam intemperatam ac imperfectam, à medio longe distantem, & ob id à natura non ita dilectam, ac de eis plurimū ut de sanguine naturam non solicitantem. quo fit, ut diu putrendo sub sua specie eos permanere permittat, febrisq; eorum à suis non ab alienis denominetur humoribus. et ex eadem etiam causa de eodem sanguine sermonem habens Hippocrates sexta par. aphorismorum, apho. 20. scripsit, si sanguis in uentrem præter naturam fluxerit, necesse est suppurari, id est, iuxta Galenum in cōmēto, corrumpi, quoniam cum putrendo alteratur, sub sua specie parum durat. Quod si obijciatur, non uidetur, naturam (ut tu scribis) sanguinem inter alios humores magis temperatum, quantum potest diligere, et, ne à causa extranea corrumpatur, eum tueri, quoniam oppositum scripsit Aristoteles quinta particula problematum problemate 22. scribens, corpora temperata sæpius ægrotare quàm intemperata, faciliusq; curari, quod non nisi ratione temperamenti sanguinis euenire potest, dic, dicant alij quidquid uolunt, id non absolute, sed sub conditione intelligendum esse, uidelicet sub hoc intellectu, quoniam cum ex homo-

gencitate

geneitate temperamenti, maiorem consensum habeat, totum corpus temperatum cum suis partibus, quam intemperatum sit ut si una pars lædatur, ab exterioribusq; causis ualde potentibus uincatur, & totum lædatur, & uincatur, parteq; una sanitati restituta, ex eadem causa et totum sanitati facile restituatur. ob hoc igitur, & non ob aliam rationem scribitur ab Aristotele sæpius temperatum ægrotare, id est sæpius partium eius affectibus compati, ob id quoque facilius curari, non æque tamen intemperatum id patitur, propter totum non ita partibus compatibile esse, non æque facile etiam ipsum sanitati restituitur, quoniam malum in eo in plura digestum non est, ut in temperato, nec hoc dissentit à Galeno libro de optima corporis nostri constitutione (ut recte intuenti liquet) scribente corpus temperatum plus absolute ægris causis intemperato restituere, quoniam in medio existens nulli extremo appropinquat, temperatum enim plus resistit causis frigidis morbosis, quam frigidum corpus, & causis calidis non æque succumbit sicut calidum. pari modo de siccis & humidis causis morbosis intelligatur. ex eius tamen dictis non elicias ex toto temperatum corpus uincere intemperatum, quinimo ab intemperato in aliqua re uincitur temperatum corpus, quoniam calidum plus resistit causis frigidis, quam temperatum

& frigi-

& frigidum corpus causæ calidæ moderato diffi cilius lædunt, quod de raro, & denso, humido & sicco dicatur. ex his itaque liquet de febre à sanguine pendente, uerba Galeni non (uti ei ascribit Aueroes) uaria, sed constantia fuisse, nec Auicennam in eius positione ueluti nec modo operandi ab eo dissensisse, tametsi ut alias dictum est, is, non mentem, sed uerba Galeni secutus, se ei uel sic mentem eius interpretantibus contradicere putauit. sed his omissis ad rem nostram, unde digressi sumus, reuertamur. sequela enim sermonis de febris continuitate, & sanguinis putredine, nos alioquin nolentes à proposito distraxit.

CAPVT DECIMVM.

Probat à uirtute non fieri actionem nec resistentiam in corpore temperato magis quam in intemperato, si ea ponatur quidquam aliud præter temperaturam &c.

NON prætereunda tamē est quorundam positio dicentium tametsi temperatum ratione temperaturæ in aliquo ab intemperato uincatur, quia tamen uirtus in corpore temperato sub exactiori temperie uigens fortior est, causis igitur omnibus alterantibus

Plusquā cōmentator 2. artis medicæ foruiliensis & alii.

tibus morbosis extra proprium temperamentum ipsum trahentibus, temperatum magis resistere potest. aduersus quorum positionem obijcitur. Quoniam Galenus lib. illo de corporis nostri optima constitutione probat, siue à causis extrinsecis, siue intrinsecis uidelicet ab alimenti excrementis alteretur, corpus temperatum difficilius iuxta dictum modum morbis corripi, quam intemperatum & imbecillum, extrinsecis enim magis resistit ob temperaturam in medio existentem æqualiter ab extremis distantem, intemperatis uero ad extremum declinantibus, ab intrinsècis etiam non læduntur moderata corpora, neque enim praui & copiosi in eis redundant succi, nec si quid exuberans congestum est, per ipsum læsio aliqua eis aduenit, quoniam facultas nec ipsum permittit gigni, nec, si gignatur, detinetur, sed extra pellitur, subiungit, naturæ enim imbecillæ ac intemperatæ sunt, quæ à causis eiusmodi morbosis facile capiuntur, temperatæ uero diu, multumq; resistunt, uerum natura (tum secunda aphorismorum aphor. 34. tum tertia part. aphorismorum com. 2. tum lib. 1. de natura humana in eius præfatione) est temperatura ex qualitatibus quatuor elementorum constans. ex his itaque Galeni uerbis liquet diu & multum morbosis causis resistere, seu facile à morbosis causis capi posse, non nisi ratione temperaturæ in medio,

lio uel longe à medio distante, corporis temperati uel intemperati pendere, non autem iuxta positionem Galeni à uirtute, si eam aliquid præter temperaturam qualitate uel similitudine totius substantia operantem intelligas, quoniam omnis actio (elementorum actionem excipio) non solum quæ fit à ui similarium membrorum Galeno auctore primo de naturalibus facul. cap. 3. & lib. 3. de temperamentis capite primo, fit temperatura ex quatuor elementorum qualitatibus, resultante qualitate, uel totius substantiæ essentia operante, uerum etiam quæ fit ab instrumentarijs membris, ab eadem fit principaliter agente, Galeno teste primo methodi cap. 6. libroq; de optima corporis constitutione cap. 2. scribente, eam ab unius par. temperatura totius organici membri actionem, scilicet principaliter edentis fieri, licet à natura instrumentaria compleatur. dixi antea omnem actionem à ui cuiusuis membri fiat, à temperatura quatuor qualitatum etc. fieri, iuxta Galeni positionem intelligendum esse, quoniam iuxta aliorum opinionem, actionem etiam ab anima ceu principali agente, dirigente, ac totius corporis gubernatrice fieri posse, à temperatura mẽbri agentis discreta conceditur. Ceterum anima ceu forma (quam nonnulli interdum uirtutem uocant) à temperatura discreta, eis concessa, per ipsam tamen ceu per uirtutem sub ma

iori temperie, constitutam in corpore temperato causis ægritudinem inducentibus magis quam in corpore intemperato (ut aiunt) resistentia fieri non potest. Quod etiam præter adducta aliter ostenditur, quoniam uirtus uel est (ut nonnulli dicunt) qualitas formam substantialem, & corporis temperamentum consequens, ab eis re discreta, quam proprietatem appellant, de genere naturalis potentiæ, uel impotentiæ, per quam in membris fit resistentia & actio, uel est ipsa animæ essentia (ut quibusdam alijs uidetur) seu eius facultas, eadem tamen re cum ipsa anima, quæ est substantia, non accidens, sed ea quidquid ponatur præter temperaturam, quod ponitur ab eis, ut ostendetur, sustineri non potest, positio igitur eorum falsa est. assumptum pro secunda parte ostenditur, quoniam uirtus, si ponatur (ut primo dictum est) aduersus hoc obijcitur, nonnullis primo (tanquam notis) suppositis. primum igitur suppositum est, resistentiam esse oppugnantiam ad actum quem agens in passum inducere nititur, quæ sine actione uel passione in motu consistentibus (iuxta ea quæ scribũtur ab Aristotele 3. de physico auditu textu 22.) fieri nequit. ubi Aueroes, mouere est actio, moueri est passio, quæ sunt in motu tanquam in subiecto eodem. secundum suppositum est actionem et passionem (iuxta ea quæ ab eodem scribuntur libro prædicamentorum) magis

Gẽtilis & eo recentiores.

gis & minus suscipere. his stantibus sic argumentamur, cum resistentia (ut dictum est) non fiat sine actione & passione, quæ per se in motu consistunt, ut constat ex primo supposito, sed in naturali potentia uel impotentia, sub qua hæc uirtus, quam proprietatem uocant, non est motus, solum enim in tertia spetie qualitatis motum esse probauit Aristoteles 7. de physico auditu textu 14. Quod & ratione eiusdem ostenditur, textu 15. scripta, quoniam quod solum acquiritur, uel perditur, per aliorum acquisitionem & perditionem, & ceu quippiam indiuisibile magis & minus non suscipiens, ad ipsum non est per se motus, quippe eodem iure, idem in his quæ sunt de quarta spetie qualitatis, motum non esse, ab eo ostensum est, at naturalis potentia, uel impotentia ea est, quæ solum hoc modo & non aliter acquiritur & perditur (cum sit qualitas non alterabilis, etiam Auerroe teste 7. de physico auditu comm. 20.) in indiuisibili consistens, ueluti est salubritas, insalubritas, resibilitas etc. id genus uidelicet nisi ubi alia natura per alterationem præcedentem calefaciendo, infrigidando etc. transmutata est, igitur in ea non est per se motus, quare nec resistentia, quæ sine motu fieri nequit, si aut uirtus ponatur ut 2. dictum est, uidelicet animæ essentia, uel eiusdem facultas quæ in re eadem est, cum animæ essentia ea substantia est, et licet

ea etiam iuxta eos una cum eius organo denominetur uirtus, attamen essentia animæ cum sit principalis, organum uero quodcunque sit, antecedens est, & non primum, & quia denominatio fit à principali, re igitur ea substãtia est, uidelicet forma substantialis & non accidens, quod & Auerroes 7. de physico auditu comm. 20. unam cum Alexandro iuxta aliam eius expositionem asseruit, at actio & passio in quibus (ut dictum est) resistentia consistit, non sunt in substantia. quod ostenditur, quoniam actio & passio primo de generatione textu 50. & 51. non sunt nisi inter contraria, uel inter ea quæ fiunt ex contrarijs, in motuq; consistunt, ut ex suppositis constat, magis & minus suscipientes, uerum in substãtia nulla, iuxta communem uiam, quam isti insequuntur, est contrarietas, quod ex 5. de physico auditu textu 10. & libro cathegoriarum capite de substantia ab Aristotele colligunt, nec in ea est motus, minimeq; suscipit magis & minus, eodem teste locis citatis, non igitur in substantia actio & passio esse possunt, & proinde nec in ea potest esse resistentia, non itaque in corpore temperato magis quam in intemperato per uirtutem, causis ægritudinem inducentibus, resistentia fieri potest. prædicta enim ratio aduersus ab eis concessa ualida est. præterea quæ alterando agunt et patiuntur, ac proinde resistunt (teste Aristotele primo de

generatione

eneratione textu 51.) eiusdem sunt generis, b hoc enim inquit, nec lineam ab albedine, neue è contra pati posse, quoniam eiusdem non unt generis, at cum causæ ægritudinem facientes per temperaturam, ac eius qualitates quæ unt de genere qualitatis, agant, igitur quod patitur & resistit qualitas esse debet, non substantia, cuius tamen contrarium inquit positio secūla. Ceterum fortasse aduersus dicta opponet quispiam, quoniam ignis in aquam agit ei resistentem & contrariam, & tamen horum quodque est substantia, igitur in substantia est actio & passio seu resistentia & contrarietas. præterea febricitantes à calore præter naturam putrefaciente, mixtioné dissoluente, ac eá) tametsi corruptioni resistat) tandé corrumpente patiuntur, et corruptioni resistunt, corpus igitur febricitantis quod est substátia, cum calori præter natura, qui est qualitas, et alterius generis, resistat, igitur ab his, quæ sunt alterius generis, passio seu resistentia et actio fieri possunt. Ad primum dic iuxta communem uiam, actionem & resistentiam in igne & aqua per eorum qualitates, quæ contrariæ sunt, fieri, non autem per eorum formas substantiales, eorum enim substantiales formæ potius diuersæ quam uere contrariæ sunt, ut cōmentatore teste quinto de physico auditu commento textus 10. constat. huius autem positionis ponentis præter qualitates primas in

Ad primū

elementis aliam formam ſubſtantialem, has qualitates in materia præuenientem. impugnatio capite ſequenti patebit. ob id ad locum illum curioſum remittimus. ceterum græcorum poſitionem inſequentes proprium obiectum inductum aliter euadere coguntur. poſitionem græcorum dico aſſerentem qualitates elementorum eorum eſſe formas ſubſtantiales, quam poſitionem præterquam quod Ariſtoteles ſecundo de generatione textu 6. ſcribens, nil aliud præter materiam primo & contrarietates in calido, frigido, humido &c. ſecundo, conſtituere ea quæ uocata ſunt elementa, uiſus eſt inſequi, eam Alexander etiam inter peripateticos Ariſtotelis expoſitores primus præter alia loca libro de ſenſu & ſenſato commento 30. ſcripſit, eandem quoque & Philoponus ſecundo de generatione commento 14. 15. & 40. inſecutus eſt, pari modo Ammonius libro prædicamentorum capite de ſubſtantia & quantitate, necnon Simplicius quinto de phyſico auditu commento 11. ac 7. eiuſdem, commento 23. & præter hos Galenus, tum libro primo qui de elementis inſcribitur tum libro primo de natura humana commento 14. eandem comprobauit Boetius quoque inter latinos in categorijs Ariſtotelis capite de ſubſtantia eandem inſecutus eſt poſitionem. hi enim bifariam ad obiectum reſponderent, primo concedendo totum ad quod ratio conducit uidelicet

licet in substantia contrarietatem actionem, resistentiam &c. esse. quo modo autem nonnulla loca Aristotelis quiue contrarium sonare uidentur, intelligantur, postea dicetur, quod si modo obijcias Aristotelem libro de sensu & sensato scribentem ignem in eo quod ignis est, non agere, & tamen ignis est substátia, igitur falsum est in substátia actionem cõtrarietatem etc. esse, dicatur, iuxta Alexandrum in eius loci explanatione commento 30. Aristotelem scripsisse ignem sua simplici solitariaq; natura non agere, quod quidem uerum est, quippe tametsi ignis quod compositum est ex materia, & qualitatibus, ceu forma sit substátia habens contrarium & agat, attamen non agit ratione totius, quia non ratione materiæ nec ratione qua corpus totum, compositum agit, sed duntaxat ratione qualitatum in quibus est contrarietas, & ob id actio resistentia contrarietas etc. in substátia sunt ut est talis substátia uidelicet et elementaria forma, & hoc modo seruatur agens patiens & resistens eiusdem generis esse, quia utrunque substantia est, & utrunque in genere substantiæ ut principium reponitur. si quis autem assuetus in doctrina Arabum & latinorum prædicta negantium abhorreret fateri substantiam habere contrarium, pari modo agere posse & resistere tum ut substantiam absolute tum ut substátiam secundum formam uidelicet elementa-

elementariam, quia omnia hæc qualitati attribuenda esse putant, aliter, & secundo modo euadere posset dicendo formas elementorum bifariam posse considerari, uel ut substantiæ, uel ut qualitates sunt. si primo modo, dic substantiá, ut substantia est, contrarium non habere, quia nec materia prima nec corpus compositum ratione sui nec ratione materiæ, ex qua cóstat, nec forma, ut absolute substátia, nec ut talis substantia, uidelicet forma elementaria contrarium, resistentiam, nec actionem habet, idcirco in substátia ut substantia, nec est contrarietas, actio, nec resistentia. si uero considerentur ut qualitates sunt de tertia specie qualitatis, in qua Aristoteles contrarietatem ponit, sic in eis formis contrarietas, actio, & resistentia esse comperitur. Ad secundum iuxta communem uiam diceretur, caloré præter naturam putrefacientem per se propriam corrúpere temperaturam, quæ ut animæ instrumento corpus febricitantis habet esse, & qua eius forma, in materia conseruatur, eundem etiam præter naturam calorem, eam per se non ut substátiam, sed ut qualitatem secundum naturam ei cótrariam (quia iuxta eos uere qualitas & accidens est) destruere, & sic actio & passio est in his quæ eiusdem sunt generis, utrunque enim tam agens quam patiens seu resistens qualitas est, ex accidenti uero idem præter naturam calor substantialem

tialem formam corrumpere potest, quippe temperatura corrupta et forma substantialis in materia existens, qua conseruatur, esse desinit, & sic febricitans quod est substátia ex accidenti, & non per se à qualitate corrumpitur ex accidentiq; ei resistit. si uero quis positionem græcorum & præcipue Galeni insequeretur ponentis temperaturam ex quatuor qualitatibus elementorum inter se agentibus esse formam substantialem non solum mixti inanimati, uerum & animati; quoniam animam temperaturam esse putauit, quam positionem (communiter tamen plerisque ut falsam receptam) Galenus libro quod animi mores temperaturam insequantur, ex instituto determinans expressit capite 3. & 4. Andronici peripatetici aperte (ut ingenuo uiro conuenit) locutionem laudans, hoc excepto, quod animam temperaturam, uel quippiam temperaturam insequens existimauit, quoniam animam Galenus temperaturam esse, non autem temperaturam insequi putauit, licet sepe de intellectiua hæsitauerit quid sit, propter Platonem ponentem eam immortalem interitumq; fieri per separationem eius à corpore in cerebro domicilium habétem, aliter inquam prædictam obiectionem euaderet. & inde perspicuum fieri potest, & hoc obiter sit dictum, quã à mente Galeni distet expositio nonnullorum, uerba eiusdem exponentium

tium

tium, paſſim ſcribentis, temperaturam eſſe rei ſubſtantiã, quam extorſionem potius quam expoſitionem dicenda neoterici pene omnes inſequuti ſunt interpretantes, temperaturam idcirco ſubſtantiam ab eo dici, quia primum eſt ſubſtantiæ inſtrumentum uel ſubſtantiam, id eſt eſſentiam, quia in diffinitione mixti complexionati operationes edentis ponitur ceu et in aliorũ accidentium diffinitione; uerbi gratia cum à Galeno ſcribitur ſubſtantiam febris, id eſt eſſentiam eius, eſſe calorem præter naturam, uel quia ea ad ſubſtantiæ conſeruationem operatur, ut diuitiæ quæ hominum dicuntur ſubſtantiæ, quia ad conſeruationem hominum multum operantur. Ceterum quoniam animam, quæ omnium conſenſu ſubſtãtia eſt, non concedit Galenus temperaturam conſequi, ſed ipſam temperaturam eſſe, de qua minus uerum eſſe putatur, idem igitur de alijs temperaturis, eas formas eſſe corporum compoſitorum ſubſtãtiales, penes eum iudicandum eſt, eorum igitur expoſitiones, ut uanæ & Galeni menti ineptæ, reijciendæ ſunt, quam etiam Ariſtotelis opinionem eſſe cenſuit, hanc autem Galeni poſitionem eſſe præter adducta is primo de part. uſu c.9. euidenter oſtendit, ſcribens temperaturamet quatuor qualitatibus propriam ſubſtãtiamrei complere, per hanc enim (inquit) caro habet eſſe, ut ſit caro, & neruus, at ſit neruus, ceu per formam

mam ſubſtantialem, quæ eſt eius eſſentia, quod et libro de ſubſtátia uirtutum naturalium comprobauit ſcribens, omnia quæ penes nos fiunt, ex temperatura quatuor elementorum ortum habere, necnon idem & tertio de temperamentis capite quarto ab eodem conſtat ſcribente, temperaturam, uniuerſam eſſe rei ſubſtátiam & naturam, & libro de mutua conſecutione temperamenti corporei & morum animi capite 3. ſcribit ſimilaria omnia conſtare ſolum ex materia & temperatura quatuor qualitatum, quæ omnia Galenus uidetur hauſiſſe ex Ariſtotele 4. meteororum tex. 54. ſcribente, omnia homeomera à calido & frigido fieri, & differentijs ab his pendentibus, diuerſis in eis exiſtentibus, ea inter ſe differre. uirtutem quoque (ut 11. methodi capite primo & 3. liquet) quam naturam uocat, ex tribus partibus conſtare inquit, quorum ſubſtantiam ſecundum formam nil aliud præter eorum debitam temperaturam eſſe ſcribit, quas tres partes carnoſa ſubſtantia, necnon ſolidorum membrorum, & etiam ſpirituum ſubſtantia, in eorum debita quantitate conſtitutæ complent, quibus & earum temperamentum ceu eorum ſubſtantiam perficiens ut dixi addendum eſt, et ob hoc is ſubdit, ſingulum horum trium propriam habere pro natura ſua quantitatem et qualitatem, per quorum debitam quantitatem & qualitatem

in eis reseruatam uim custodire credidit. Ad obseruationem igitur iuxta hanc positionem, neque enim communis opinionis improbatio & eius defensio ad hunc locum attinet, quoniam propositum nostrum nimium distraheret, in longiusq; uolumen negotium hoc nobis excresceret, in aliud igitur tempus dilata, dicatur iuxta primum modum Galeni principia insequentem calorem præter naturam (cum is igneus sit, quia & febris ipsa ab eo pendens est calor naturalis in igneum mutatus, naturalem temperaturam supra mensuram & proportionem, qua eadem temperies qualitatum naturalis & mixto propria seruatur alterans) eiusdem generis esse cum ea temperatura, quæ in qualitatibus secundum naturam temperatis consistit, uterque enim tam agens quam patiens calor, forma est ab elementorum qualitatibus originem ducens in eius temperatura uincens quæ substãtia est. nec differunt cum sunt in eodem subiecto calor præter naturam, & secundum naturam, nisi quia is moderatus, ille uero etsi idem est cum eo, igneus tamen & præter naturam factus est. cum uero in diuersis sunt substantiis, calor, qui est præter naturam, à naturali calore alius est, quia ille in humore putrente, & eius fuliginosis uaporibus consistens, naturali eidem contrarius est uidelicet spirituum calori. quod ex hoc constat quia is agens temperaturam

temperaturam eorum, & reliquarum partium corporis naturalem dissoluit, & quia uterque calor est forma elementorum qualitatum rupturam consequens intemperatura (ut dictum est) uincens quæ substátia est, in substantia igitur, quæ est talis forma uidelicet temperatura, (consimili modo quo dictum est in qualitatibus elementarijs) contrarietas, actio, & resistentia inueniri possunt. Ceterum sequendo secundum modum dicendi quem diximus, aliter diceretur, quoniam licet temperatura & calor præter naturam sint substantiæ, quia tamen etiam possunt esse qualitates, ut postea ostendetur, hæc non ut substantiæ agunt, & contrarietatem habent, quia nec materia, nec compositum ratione qua substátia, nec qua corpus, Alexandro teste libro antea citato, ceu nec forma mixti materiæ immersa ut substátia absolute, nec quæ talis substátia pari modo, nec substantiæ quæ à materia liberatæ sunt, ceu sunt substantiæ abstractæ contrarium habent, agunt, & resistunt, sed hæ substantiæ, quæ agunt, & contrarium habent, ut qualitates sunt de tertia specie qualitatis, contrarium possident, agunt, atque resistere possunt. ea autem quæ diximus incommoda paulo ante inducta aduersus prædictos Auicennæ & Galeni expositores quos diximus, ponentes, corpus sub maiori temperie constitutum, causis ægritudinem inducentibus magis

magis resistere posse ratione uirtutis eis resistentis (si ea aliquid aliud præter temperaturam ponatur) quam corpus intemperatum euadere non possunt, quoniam consimilem modum dicendi græcorum quem modo diximus, non sequuntur. uerum quia de hoc antea satis dictum est, idcirco breuitatis causa rursus non repeto.

CAPVT VNDECIMVM.

Obiicitur probando qualitates primas elementorum non esse eorum formas substantiales aduersus græcos &c.

AT fortasse statim aduersus dicta occurres, quoniam primo de physico auditu textu, 30. iuxta Auerois sectionem scribit Aristoteles ἀλλὰ τὸ ὅπερ ὄν τὶ ἔςω μη δενί συμβεβηκὸς, quod est, sed quod uere est aliquid, id est substantia, nulli accidat, qualitates igitur elementorum cum sint accidentia alteri, uidelicet mixto corpori inhærentia, non possunt esse elementorum substantiæ, & ex consequenti nec formæ elementorum substantiales. secundo per se notum, omnibus uidetur notum, hæc autem nulla qualitas est substantia per se nota est, est enim prima propositio carens medio per

Auerr. 5. de physi. aud. 10. & 8. metaphy. 5. & Thom. 1. de generatione.

dio per quod probari potest, quam immediatam uocant, qua nulla uerior est, quoniam prædicamenta impermixta sunt, non igitur qualitates elementorum substantiæ esse possunt. 3. principium constituens substantiam, debet esse substantia, alias substantia ex non substantiis constitueretur. cum igitur hæ qualitates, calor, frigus etc. sint elementorum qualitates primæ, ut tum 2. de partibus animalium cap. 1. tum 2. de generatione tex. 8. & eorum accidentia, accidentia autem & qualitates non sunt substantiæ, non igitur hæ qualitates possunt esse formæ substantiales, substantiam compositam ut principium constituentes. 4. si hæ qualitates essent formæ elementariæ substantiales, cum hæ qualitates sint obiectum sensus tractus ab eo sensibiles, Aristotele teste 2. de anima textu iuxta Aueroem 117. quod etiam experientia plane omnibus notum est, substantia igitur primo sensu perciperetur, quod Aristoteli aduersatur 2. de anima textu 65. scribenti, substantiam sensibilem esse solum per accidens, per se autem ab intellectu, cum eius obiectum sit. 3. de anima rei quod quid est 5. Aristoteles 3. metaphysices textu iuxta Auerois sectionem 17. scribit hæc uerba. ἃ δ' ἂν μάλιστα δόξειε σημαίνειν οὐσίαν, ὕδωρ γῆ καὶ πῦρ, δι' ὧν τὰ σύνθετα σώματα συνέστηκε, τούτων δὲ θερμότητες μὲν, καὶ ψυχρότητες καὶ τὰ τοιαῦτα πάθη, οὐκ οὐσίαι, τὸ δὲ σῶμα τὸ ταῦτα

Achillinus Bononiensis.

πεπονθὸς μόνον ὑπομένει ὡς ὄν τι καὶ οὐσία τὶς οὖσα.
quod eſt, quæ uero maximæ apparent ſignifica
re ſubſtantiam, ſunt aqua terra & ignis, ex
quibus compoſita corpora conſiſtunt horum ue-
ro caliditates & frigiditates & eiuſmodi affe-
ctus, non ſunt ſubſtantiæ, corpus uero huiuſ-
modi ſolum hæc patiens permanet, quia eſt ali-
Pluſquā commen. quod ens & ſubſtantia aliqua exiſtens, ex qui-
bus plane omnibus conſtat qualitates elementa
rias ſubſtantias non eſſe. ſexto ſi hæ qualitates
eſſent formæ ſubſtantiales elementorum, cum
hæ qualitates ſuſcipiant magis, & minus, for-
mæ itaque elementorum ſubſtantiales poſſent
intendi & remitti, ſed hoc fieri haudquaquam
poteſt, quoniam omnis differentia ſecundum for
mas uariat ſpeciem: ignis igitur ſecundum ca-
lorem, qui eſt eius forma ſubſtantialis magis
intenſus, quia differt gradu formæ à minus in-
tenſo. at gradus formæ eſt forma à qua ſumi-
tur ſpecies, differet igitur ſpecie ab igne minus
intenſo, pari modo lignum calidum à minus ca-
lido quod frigidum eſt ſecundum ſpeciem diffe-
Tomas & Egidius. ret, quod expreſſe abſurdum eſt. præterea ad-
uerſus ea quæ ante alio capite dicta ſunt uideli-
cet, qualitates primas elementorum ſubſtan-
tias eſſe poſſe, & etiam qualitates obiicitur ex
libro prædicamentorum cap. de ſubſtantia ſcri-
bitur ſubſtantiam non ſuſcipere magis & mi-
nus, at qualitates elementariæ Ariſtotele teſte
libro

libro prædicamẽtorum capite de qualitate præcipue, que de tertia ſunt ſpecie qualitatis, quales ſunt hæ qualitates elementariæ. ſuſcipiunt magis & minus igitur etc. pari modo puer caliditate aerea, & eiuſdem humiditate magis abundat quam ſenex. Item iuuenis ceu & ſenex terreo elemento ſicco quo uterque magis abundat quam humido aereo & aqueo, puero ſiccior eſt Galeno auctore prima aphoriſmorum aphoriſmo 14. hæ autem ſunt qualitates elementariæ, idcirco qualitates hæ non ſunt formæ ſubſtantiales elementariæ, quoniam eorum formæ cum ſint ſubſtantiæ magis & minus ſuſcipere non poſſunt. præterea formæ ſubſtantiales non agunt nec patiunt, quia ſolum ſunt principia eſſendi non agendi, ſed per uirtutem eis ſuper additam uidelicet qualitatem agunt, at qualitates primæ ſine uirtute eis ſuperaddita agunt & patiuntur, igitur qualitates primæ non ſunt formæ ſubſtantiales. aſſumptum pro prima parte probatur, quia actio eſt inter contraria primo de generatione textu 50. & 51. Subſtantia autem non habet contrarium, igitur etc. præterea qualitates primæ ſunt contrariæ 2. de generatione textu 8. formæ ſubſtantiales modo dicto non ſunt contrariæ, ut ex libro prædicamentorum capite de ſubſtantia colligitur, igitur etc. 10. obijcitur ſi qualitates eſſent formæ ſubſtantiales, cum hæ præterquam quod inter ſe

Egidius et Conciliator.

Thomas & Conciliator.

ſunt contrariæ, etiam ſuſcipiunt magis & minus, formæ igitur ſubſtantiales ſuſciperent magis, et minus uerũ ubi eſt magis et minus, ibi poteſt eſſe motus, quoniã, ubi eſt magis & minus, ibi eſt diuiſibilitas per ſe uel per accidens, & ubi hoc contingit, ibi eſt motus continuum ex 6. de phyſico auditu. ſi igitur qualitates eſſent formæ ſubſtantiales, in eis eſſet, motus quod Ariſtoteli aduerſatur 5. de phyſico auditu ſcribenti ſolum in prædicamento quantitatis qualitatis, & ubi eſſe motum. quod ſi fortaſſe dicas ut fertur nonnullos peritos exiſtimatos dixiſſe, hoc euadere uolentes, ut motus fiat præter contrarietatem & ſuſcipere magis, & minus, opus eſt ſubiectum eſſe actu, & idem eſſe ſubiectum ſub utroque termino motus, modo qualitatem ſubiectum eſt in potentia non actu, quia materia prima primo contrarietates recipit 2. de generatione textu 7. igitur in eis non poteſt eſſe motus. Ceterum dictum hoc abſolute intellectum falſum eſt, et ob id aduerſus hoc efficaciter inſtatur, quoniam ubi gradus ſecundus harum qualitatum quæ ſunt formæ ſubſtantiales, quod idem intelligatur de alijs gradibus, aduenit materiæ per primum gradum eiuſdem formæ elementariæ formatæ, ſecundum quem 2. gradum fit intentio, & contrarij remiſſio, is aduenit enti actu quia primus gradus eſt pars formæ, quæ actus eſt, materia igitur per illum primum gradum

dum actu est. at ille gradus primus est, substantia, quia est pars formæ elementi, quod est substátia. forma enim quæ pars est totius elementi, quod est substantia, substantia est igitur & primus gradus eiusdem formæ, cum sit eius pars, substantia est. Assumptum etiam aliter uidelicet ratione Auer. 2. de anima cóm. 2. roboratur, quia ea forma est substantia, qua primo sublata, totú, quod est substantia, aufertur, sed per sublationé formæ substantialis elementi elementum totum aufertur, ea igitur est substantia, uerum forma quæ est substantia, dat materiæ esse actu simpliciter, ut primo de physico auditu tex. 62. constat, per hanc enim subiectum efficitur actu, est igitur mutatio illa de subiecto actu in subiectum actu, et sic in substátia motus est. Præterea omni substantiæ conuenit non esse in subiecto, Arist. auct. lib. prædicamétorum capite de substantia. accidenti aût côuenit esse in subiecto, eodem teste 7. primæ philosophiæ textu & commento 2. scribente, accidentis esse est alteri inhærere, & libro prædicamentorum scribente, accidens in subiecto esse, quum sit in aliquo non sicut pars rei in qua est, nec potest esse sine eo in quo comperitur. qualitates igitur elementariæ, cum per positionem sint accidentia, & subiecto inhærentes, non possunt esse formæ substantiales, alias contradictoria de eadem re dicerentur uidelicet esse in subiecto, & non esse in subiecto,

Conciliator.

quod eſt impoſſibile, ultimo pari modo aduerſus temperaturam, quam Galenus ponit formam eſſe ſubſtantialem, non ſolum mixti inanimati uerum & mixti animati obijcitur, quoniam ui detur Galenus Ariſtot. libros non legiſſe, quoniam is libro: Nunquid mores animi temperaturam inſequantur, attribuit Ariſtoteli ſenſiſſe animam quæ corporis animati eſt, forma ſubſtantialis, temperaturam eſſe, cum tamen Ariſtoteles primo de anima incipiendo à textu iuxta Auerrois ſectionem 54. uſque ad text. 60. aduerſus Empedoclem animam corporis armoniam eſſe ſcribentem ſe opponat, quam corporis armoniam interpretatur temperaturam eſſe elementorum, uel eorum compoſitionem, & tametſi ſcribat hanc poſitionem alijs poſitionibus non minus probabilem eſſe, eam tamen plurimis ac efficaciſſimis impugnat rationibus, & penitus damnat, pari ratione de alijs temperaturis idem intelligatur, non igitur temperatura quatuor qualitatum poteſt eſſe ad mentem Ariſtotelis, cui poſitionem hanc aſſcribit forma ſubſtantialis corporum mixtorum, ſicuti etiam probatum eſt, qualitates primas, formas non poſſe eſſe ſubſtantiales elementorum. Ceterum aduerſus hanc Arabum poſitionem & latinorum præcipue contra Auerroem nec non & alios, eandem opinionem inſequentium latinos ponentes præter qualitates primas in elementis aliam

aliam formam ſubſtantialem eá conſtituentem, in actu ſubſtantiali ſpecifico, præter ea quæ antea aduerſus eos à nobis dicta ſunt, uidelicet cum ſcribebatur Ariſtoteles quem (ut dixi) tota græcorum ſchola inſequitur ſenſiſſe præter materiam & primas contrarietates nullam aliam formā elementis ineſſe, quod ex uerbis eius 2. de generatione text. 6. colligi dicebatur, cum ſcribit ad conſtitutionem corporum mixtorum primum principium eſſe materiam, ſecundum qualitates, quas contrarietates uocat, tertium elementa ex his conſtituta, ex quibus ſatis perſpicuum eſſe dicebatur ad elementorum conſtitutionem, præter materiam & prædictas qualitates, eum nihil aliud, ut principium elementum conſtituens enumeraſſe: quod etiam ex hoc magis conſtare dicebatur, quoniam ſubdit textu 7. has contrarietates cum materia ſpecies facere, & principia elementorum eſſe, ac elementa in ſpecie reponere, pro hac itaque poſitione aduerſus inquam eos iterum obijcitur primo, quia hoc ſuppoſito habito, uidelicet elementa eo in loco citato conſiderari ut dictum eſt, uidelicet ut ex is fiant mixta, quod uel philoponus ſuper textu 6. expreſſe ſenſit, uerum mixtio non fit niſi qualitatibus contrarijs agentibus, ut 2. de generatione text. mixta Auerrois ſectionem 48. cōſtat, at nullæ ſunt formæ ſubſtantiales quæ agunt præter qualitates, quoniam actio primo de

generatione textu 50. est inter contraria, nulla autem alia substantia præter dictas qualitates contrarietatem possidet, igitur nulla alia forma substantialis præter qualitates mixtionem facit. quod si dicas, eleméta miscentur per qualitates ueluti per instrumentum, per eorum autem formã substantialem ueluti per primum mouens, secundum quem modum, animatum concoctionem, attractionem, nutritionem etc. id genus facit, per calorem ueluti per instrumentũ ceu concausam, ut secundo de anima ab Arist. textu 41. scribitur, per animam uero primo ceu per principale mouens, qualitates dirigens. aduersus hoc obijcitur, quoniam cum elementa, eo in libro considerentur modo antea dicto, ut miscibilia uidelicet ut ex eis fiat mixtio quæ cum ab eis qualitatibus fiat, iuxta positionem aduersam ut instrumento, & forma substantiali ut principali agente à qualitatibus distincta, igitur sicut Aristoteles primo de generatione textu. 82. quærens quid mixtio, quid; miscibile, quibus inest, & quomodo fiat, soluens id quæsitum quomodo mixtio fiat, inquit, miscibilibus contrarijs quodammodo æquatis humidis sine lentore ad minima diuisis, ac inter se alteratis, quæ alteratio fit per qualitates inter se ruptas, seu castigatas, nulla penitus de forma alia substantiali habita mentione, non igitur in elementis, præter qualitates,

qualitates, alia forma substantialis reperitur. alias modum quo fit mixtio quæ fit ex elementis ruptis, & inter se castigatis diminute pertractasset, eo maxime quoniam sicut in opere nutriendi, augendi, & minuendi, quia horum operum duæ sunt causæ, ea facientes instrumentalis; uidelicet, & principalis utranque expressit causam instrumentalem uidelicet ignem seu calorem innatum, & principalem, uidelicet animam, & probat augmentum & nutritionem in animalibus non fieri à solo igne seu calore, quia augendo procederet in infinitum, sed quia opus nutriendi & augendi est finitum & terminatum, in quantitate; idcirco non fit à solo igne, sed ab anima ceu principali agente, ab igne distincta. pari modo si in mixtione facienda præter qualitates esset alia forma substantialis ut primo mouens mixtionem faciens, cum expresserit causam instrumentalem, uidelicet qualitates ipsas, tanto magis exprimere debuisset causam principalem uidelicet formam illam substantialem, præcipue cum ea instrumentali nobilior sit. at cum nusquã hoc expressum comperiatur, non igitur datur forma illa substantialis, ut agens principale à qualitatibus distincta. præterea Aristoteles secundo de partibus animalium capite primo narrans tres modos compositionis secundum quos fit corpus compositum seu mixtum, et descendens

descendens ad primam compositionem inquit, eam uidelicet quæ est corporum similarium fieri ex elementis, & subdit potius dicendum esse ex uirtutibus elementorum & se ipsum explanans, inquit ex caliditate, frigiditate, humiditate & siccitate, ceu materia mixtionis corporum compositorum eam fieri, & non ab alio. quod non alio iure ab eo scriptum est nisi quia solæ hæ qualitates præter quod quæpiam alia forma ad actionem concurrat agendo interse corrumpuntur & secundum totum permiscentur, cum ex his fit compositio seu mixtio et ob id scripsit non ex elementis, sed potius ex eorum uirtutibus, quoniam substantiæ elementorum non possunt inter se permisceri quia corporum daretur penetratio, planum igitur est ex dictis præter qualitates primas nullam in elementis exstare formam ex quorũ formis corruptis, & ad qualitatũ remissioné remissis, ut dicunt Auerr. sequentes fiat forma mixti substantialis, & ex qualitatum ruptura, generatur temperatura. Præterea Arist. 2. de generatione tex. 48. inquit, cum elementa transmutantur, calido facto frigido, & è contra & ad medium deuenerint, & æquata fuerint, pari modo humidum & siccum cum ad huiusmodi dispositionem deuenerint, carnem, ossa, etc. faciunt. ex quibus constat, cum ex illis solis qualitatibus elementarijs ruptis asserat mixtum fieri uidelicet carnem

nem, ossa &c. iuxta aliam ac aliam rupturam per earum qualitatum actionem inter se, nulla habita de alia forma præter has qualitates mentione, igitur præter qualitates primas nulla alia exstat in elementis forma substantialis, & etiam præter hoc liquet, cum hæ qualitates ruptæ facientes temperaturam faciant mixtionem non differre mixtionem à temperatura, id est formam mixti ab ipsa temperatura ceu nec forma elementorũ à qualitatibus eorum primis re differt. quod etiam aliter confirmatur, quia primo de generatione textu ultimo mixtionem diffiniens inquit eam esse unionem miscibilium alteratorum, solæ autem qualitates sunt illæ secundum quas est alteratio, solæ igitur sunt illæ per quas fit mixtio, non igitur datur præter has qualitates alia forma substantialis elementa constituens: nec mixtionem faciens, deinceps operatio facit cognoscere formam ut colligitur ex 4. meteororũ textu 54. per hanc enim operationẽ ut ibi constat uidelicet, uidere distinguitur qui uere est oculus à mortuo, & serra uera secare potens à ficta, suũ opus proprium facere non potente, et sic de alijs, sicut transmutatio facit cognoscere materiam, at in elementis nulla est operatio quæ indicare nobis possit formam aliam præter qualitates, igitur non datur alia forma præter qualitates. Assumptum pro secunda parte ostenditur, quam si qua esset operatio

ratio

ratio dependens ab alia forma præter qualitates, maxime esset exempli gratia in igne et consimili modo dicatur in alijs elementis sursum moueri & forma ignis generatio, sed ex sursum moueri id non conuincitur, quoniam id fit primo à sola caliditate & siccitate materiam leuigante, ex qua leuitate, ueluti ex qualitate secunda primas qualitates consequente, ut constat ex Aristotele secundo de partibus animalium capite primo, & secundo de generatione textu octauo ignis sursum effertur, nec hæc operatio uidelicet ignis generatio formam aliam exigit (ut communiter scribitur) præter qualitates primas uidelicet caliditatem & siccitatem, solæ enim ambæ illæ qualitates calefaciendo & exsiccando, ignis formam generant: nulla igitur in eis extat præter qualitates primas alia forma. confirmatur etiam quia Aristoteles secundo de generatione textu 21. ignem diffiniens inquit, eum esse, exarsionem calidi & sicci. pari modo aquam elementariam glaciem facientem diffiniens inquit frigidi excessum esse, nulla penitus de alia forma substantiali mentione habita. quod & primo de generatione textu 18. confirmat scribens ignem & terram qualitatibus primis uti differentijs mutuo inter se differre. differentiæ autem sumuntur à forma per quam res habet esse specificum. igitur qualitates sunt formę elementis dantes esse essentiale &

ſpecificum. nec eis ſuffragatur quod dicunt uidelicet differentias proprias & ſpecificas incognitas eſſe, quoniam Ariſtoteles rerum naturalium ſententiam pertractás, in quarum numero maxime eſt forma, quæ materia qualitatibus & ſecundum Aucroes & Ammonium lib. categoriarum Ariſto. compoſito eſt nobilior & ea ipſa materia eſt magis ens, quoniam hæc pura eſt potentia, illa uero actus & idcirco notior eſſe debet, igitur cum is materiam quæ de ſe occulta eſt, quia actualitate caret, & ob id modicum entitatis participat, propter quod difficilis eſt cognitionis ex tranſmutatione cognoſcere nos doceat, tanto magis ſi qua eſſet forma à qua ſumitur differentia in elementis præter qualitates primas, cum ea ſit actus & magis ens quam materia. ob id ea per intellectum agentem abſtracta, & intellectum noſtrum poſſibilem informans facilioris debet eſſe cognitionis quam materia. ea igitur & eius differentia non minus quam aliorum entium differentiæ ab eorum forma ſumptæ nobis inoteſcere deberet, uel ſaltem ex eius operatione, præter operationem à qualitatibus pendentem, eam Ariſtoteles & eius differentiam à propriæ formæ operatione non à qualitatibus deſumptam nobis indicare debuiſſet, & cum nulla appareat huiuſmodi operatio nulla igitur in eis eſt alia forma. conſimili enim modo aduerſus Platonem argu-

mentatur

mentatur Arist. ad probandum in plantis uim sensitiuã non esse, quia nulla uis sensitiuæ appa ret operatio, nec suffragatur fuga dicens, eam in plantis adesse, uerum non apparere prædictam uim sensitiuam, quia in eis non est organum sentiendi, quoniam pari modo possemus etiam in plantis, brutis & in inanimatis ponere uim intelligendi & euadere quod si non apparet operatio intellectus idcirco id fieri, quia in eis non est debitum organum, in quo phantasma recipiatur, sine quo intelligere non contingit, ut 3. de anima, textu uigesimo & 30. Aristotele scribitur, hoc autem est inconueniens, opus igitur est ubi non est operatio formæ, concludere, eo in loco non esse formam. Ad rationes igitur contrarias respondeatur, primum quidem secundum nonnullos (ut fertur) nostra tempestate medicos & non parui nominis sic deletur dicentes dictum Aristotelis loco citato uidelicet quod uere est ens, nulli accidit, uerum esse de substantia composita, non autem de substantia simplici, ceu sunt primæ qualitates quæ sunt formæ substantiales, eæ enim qualitates alteri uidelicet materiæ accidunt, sed ista responsio falsa est, quoniam Aristoteles textu 28. eiusdem primi libri aduersus Mælissum & Parmenidem ponentes ens esse duntaxat unum, obijcit, si quod uere est ens sit unum, illud diffiniendum uenit, ut eius sub-

ſtantia intelligatur: ſit igitur exempli gratia homo id ens quod uere eſt unum, opus igitur eſt & diffinitionem ex his quæ uere entia ſunt compoſitam eſſe, multa igitur uere entia ſunt, ſic enim introducit Themiſtius, & Simplicius, ſic Auerr. & Philoponus ex quibus conſtat, cum diffinitionem conſtare aſſerat ex his quæ uere entia ſunt, & diffinitio conſtat ex genere et differentia, quæ ut ſecundo de phyſico aud. tex. 28. et 5. metaphyſices textu ſecundo dicit formam. forma igitur eſt, id quod uere eſt ens, & ob hoc ſcripſit Auerroes, textu 28. citato, genus & differentia ſunt entia in rei ueritate, falſum igitur eſt, mentem Atiſt. fuiſſe ſolum cõpoſitum eſſe id, quod uere eſt ens, aliter igitur reſpondendum eſt, dicendo, ad mentem Ariſtotelis, & Galeni qualitates has primas bifariam conſiderari poſſe, uel ut ſummæ ſunt, ſecũdum quem modum ſolum elementa actu conſtituunt, & ſic ſunt uere entia, et nulli ſubiecto actu accidũt, quoniam ut ſic faciunt aliud: non enim mixtum quippiam qualitates ſummas ſuſtinere ualet, in nullo enim alio præter quam in prima materia, quæ eſt pura potentia exiſtere poſſunt, ceu & aliæ formæ ſubſtantiales, & ob hoc Galenus primo de elementis, & primo de natura humana commento 14. inquit, ſummus calor materiæ aduenicns, elementum, ſcilicet ignem conſtituit, quod ſyncerum, ſeu ſimpliciter, ſeu actu

elementum

elementum dicitur. idem libro primo de temperamentis capite 6. scripsit, ueluti humidum impermixtum & summum est, in aere & aqua, pari modo siccum summum & impermixtum est in terra & igne, subdit: sola enim elementa habent qualitates summas & impermixtas, cetera aũt corpora præter elementa habent eas permixtas, idẽ etiam Alex. lib. de sensu et sensato comm. 30. scripsit, idem & Auerroes tertio cœli sensit, scribens textu 67. ignem non esse actu ignem, nisi per calorem & siccitatem in summo, ex quibus patet summas has qualitates nulli mixto accidere posse, uel hæ qualitates considerantur ut non sunt summæ, et hoc bifariam, uel ut subiectum quippiam solum afficiunt, ut cum aqua ab igne calefit, uel è contra, sed non corrumpitur, uel ut ab alijs contrarijs qualitatibus quodammodo æquipotentibus ruptæ sunt, secundum quem modum agendo & patiendo fiunt mixta. quouis horum modo remissæ sint, tametsi materiam informant quæ pura potentia est, quia tamen unam cum eorum contrarietate, et non ut syncere sunt, eam informant, iure huius possunt dici quodammodo esse in subiecto actum, ceterum hæ inter se differunt quoniam secundo modo ruptæ uicem materiæ tenent, quoniam iuxta modum loquendi Philoponi primo & secundo de generatione cum castigate sint eæ habent potius esse in potentia,

potentia, quam actu, quia ab eis syncerum corpus simplex ac etiam compositum per se subsistere haudquaquam potest, & ob id opus est, ut ex his resultet per harum compositionem seu mixtionem forma, qua compositum per se subsistat, et hoc intellexit Aristoteles (ut paulo ante diximus) secundo de partibus animalium capite primo, cum dixit compositionem primam seu mixtionem fieri ex elementis, subdit, sed potius dicendum ex uirtutibus elementorum, quæ sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas, eæ enim materia sunt, mixtionis corporum compositorum seu mixtorum, cum autem primo modo remissæ sunt, quia cum remittuntur etiã intenduntur, solum afficiunt, alteratum solum & non aliud facientes, ut sic uicem tenent qualitatum & accidentium, possunt enim subiecto adesse & abesse præter subiecti corruptionem, & quouis de prædictis modo remissæ sunt, non sunt ad mentẽ Arist. loco in obiectione citato, uere entia, quia me compositum, nec formæ sunt à quibus sumitur nomen & diffinitio, nec de illis sunt quæ aliud faciunt, sed ut positio in uia Aristotelis et Galeni magis dilucidetur aduersus quod dictum est, uidelicet summas qualitates & impermixtas, elementa actu constituere, obciicitur, quoniam Aristoteles secundo de generatione textu 23. inquit, ignem magis calidum esse quam

ſiccam aquam magis frigidam quam humidam, ceu & aer magis eſt humidus quam calidus, idem confirmatur eiuſdem dictis, libro eodem textu 20. ſcribentis, non eſt autem ignis & aer et unumquodque elementorum ſimplex, ſed mixtum. idem, quoque confirmat Galenus & uidetur ſuis prius dictis aduerſari, quoniam primo libro de elementis ſcripſit, nedum terram quantumuis puram, quam tu uocas elementum, ſyncerum in mundo, uerum nec aquam nec aerem aliquis inuenire poterit, quibus aliquid alterius generis, uel qualitatum aliorum non ſit commixtum. eandem quoque ſententiam habet Hippocrates primo de natura humana tex. 39. ſcribens elementa ex ſeſe nutriri, ubi Galenus elementum abſolutum potius mente apprehenditur quam ſubſiſtat. non igitur elementa habent qualitates ſummas & impermixtas. Ad hæc dicatur, iuxta Philoponum, ſecundo de generatione commento iuxta eius ſectionem 14. elementa bifariam conſiderari poſſe, uel ſecundum ſuam naturam & diffinitionem, & ut ſic ſyncera ſunt: uerum Galenus uocat hæc elementa potius ſyncera ſecundum cogitationem quàm ſecundum rem, ſequentes uero primum modum & concedentes elementa ſyncera abſolute ſubſiſtere cum aduerſus eos obiicitur nuſquam locorum ea comperiri dicunt. nonnulli eorum locari, terram ſynceram prope centrum, ignem

prope cælum, aerem ſyncerum prope ignem aquam in medio oceani, uel ea conſiderantur, ut à nobis uiſibilia & tangibilia ſunt, & hoc modo non ſunt uere ſyncera, ſed commixta, & hoc intellexit Galenus primo de elementis, necnon Hippocrates primo de natura humana textu 39. cum ſcripſit, elementa ex ſe ſe mutuo nutriri, & ob id Galenus in eius commento dixit elementa tametſi quia ex ſe ſe nutriuntur, uere non ſint ſyncera, ea tamen prope ſunt, ſeu parum à ſynceritate diſtant, & quia iuxta Ariſt. 2. de phyſico auditu textu 56. quod prope termi num eſt, ſeu à fine parum abeſt, tanquam nihil diſtare uidetur, idcirco Galenus ſcripſit elementa ſyncera eſſe, & ſummas & impermixtas habere qualitates. Ad id autem quod aduerſus hoc ex Ariſtot. obiicitur, uidelicet ignis magis calidus eſt quàm ſiccus, pari modo aer magis eſt humidus quàm calidus, & terra magis ſicca eſt, quàm frigida, dic, Ariſtotelem eo in loco intellexiſſe unumquodque elementum prius una qualitate quàm alia obſignari. quod & Alexander libro de ſenſu & ſenſato comm. 30. intellexit. neque enim poteſt elementum unum primo duabus qualitatibus obſignari, quia tūc una natura uidelicet elemēti conſtitueretur per duo, ſpecie diſtincta, æque primo ſine ordine & medio, tum quia non unicuique elemento remaneret qualitas, qua ipſum primo obſignare-

 tur,

tur, prius igitur una obsignatur quam alia, etiam quoniam impossibile est eandem qualitatem duabus substantiis alterius speciei primo conuenire, uerbi gratia caliditas igni & aeri conuenit, & quia igni primo, aeri igitur non primo, sed secundo inest, pari igitur modo siccitas inest terræ & igni, & quia ea, terra primo obsignatur, non igitur primo igni conuenit sed secũdo. Ceterum tametsi quod est primo tale naturaliter, secundo metaphysices textu 4. sit maxime tale, et si gradus habet, sit etiam summe tale, iuxta modum antea dictũ, inde tamen non elicias quia elementa non duabus qualitatibus primo sed una obsignantur, utranque summam, elemento eidem secundum naturam dispositio inesse non posse, quod etiam Alexander sensit libro de sensu & sensato loco modo citato, si uero elementa fuerint præter naturam disposita, dic non opus esse ea qualitates summas et impermixtas possidere. Quod autem opponit ex libro 2. de generatione textu 20. ignem & aerem & unumquodque elementorum non esse simplex, sed mixtum, dicendum (dicant tamen Thomas & alij quidquid uelint) iuxta Philoponum & Aueroem, Aristotelem comparasse eo in loco elementa ex materia & forma composita, ad qualitates, quæ iuxta Philoponum sunt eorum formæ substantiales, & inquit has qualitates ceu & materiam simplices esse, ignis

autem

autem aer, & quodque aliud elementum cum constat ex materia & forma, non simplex, sed ex forma ceu & ex materia compositum seu mixtum est, non igitur inde colligatur elementa uere mixta esse et corpora simplicia non esse, & summis modo dicto non obsignari qualitatibus, & hoc modo, multa loca tum Aristotelis & Auerois tum Galeni pugnare inter se apparentia conciliantur. Ad secundum fertur, eosdem dixisse, propositionem illam, nulla qualitas est substantia, ratione substantiæ compositæ, per se notam esse, ac eam esse quam immediatam uocant, & ut sic prædicamenta impermixta esse. ceterum & hæc responsio falsa est, uide licet hanc ratione substantiæ compositæ medio carere, & ratione huius prædicta impermixta esse, quoniam ea habet aliquid prius & notius per quod potest probari, quod ostenditur sic argumentando. omnis substantia composita, est substantia, nulla qualitas est substantia, igitur nulla qualitas est substantia composita, non igitur est ea, quam ratione substantiæ compositæ immediatam uocant. præterea, ea etiam falsa est, quia calor qui est de prædicamento qualitatis, uidelicet passiua qualitas, præter id quod dicitur de calore intemperatura calida uincente qui est substantia quæ est forma, etiam de substantia composita dicitur, uidelicet de sanguinea substantia, aerea, aquea, & de spiritu, Gale-

no teste primo aphorismorum commento aphorismo 14. τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὴν ἔμφυτον θέρμην, id est qui crescunt plurimum habent innatum calorem, ubi legitur θέρμη, non τὸ θερμόν, idest calor non calidus ut legit Leonicenus, & 5. sim. med. cap. 8. quoniam singulum horum dicitur calor qui est de prædicamento qualitatis ut constat ex Aristotele id scribente, & ab alijs omnibus etiam comprobatur, & tamen quodque de quo is dicitur compositum est ex materia & forma, non igitur ratione substantiæ compositæ prædicamenta impermixta sunt. aliter igitur respondendum est dicendo, hanc, nulla qualitas est substantia, formaliter intelligendo, eam esse, quia immediatam uocant, & hoc modo prædicamenta impermixta esse, non enim prædicaméta secundum rem impermixta sunt, quia ut ex Aristotele 3. de physico au. text. 18. & ex Galeno 3. de differentia symp. cap. 1. constat, motus ut pendet ab agente, actio est, ut in passo suscipitur, πάθος, id est passio est tertiũ, exploditur, quòd principium alicuius cuius est principium uidelicet substantiæ compositæ, non opus est esse de genere substantiæ, & in hoc differt ab elemento, Galeno auctore primo de elementis, quòd elementum eiusdem est generis cum eo cuius est elementum, quippe ignis, aer, aqua etc. eiusdem sunt generis cum substantia composita, quam constituunt, quodque enim

ex his de genere est substantiæ, qualitates quoque elementariæ de genere sunt temperaturæ quam constituunt, uidelicet qualitatis. Quod si obijcias, materia igitur prima cum sit principiū substantiæ compositæ, Galeno teste loco allegato, non est de genere substantiæ, at cum omne ens sit substantia uel accidens, ea igitur cum non sit in genere substantiæ, erit accidens, quod ab Aristotelis doctrina dissentit, dicatur ens distingui in substantiam & accidens, substantiam uero ut ex Aristotele 2. de anima constat textu. 2. diuidi in materiam, speciem, & ex his compositum, quod quidem genus est. hoc uero in primam & secundam substantiam partiri, & secundum hoc materia est ens, quod est substantia, sed non sub substantia composita, quæ est genus, comprehenditur, & licet sub genere substantiæ, ut species sub genere non contineatur, attamen in eo genere, ut eius materiale principium, ceu & qualitates ut principium formale compositam substantiam constituentes in eo reponuntur, quod alij alijs nominibus utentes indirecte in genere substantiæ reponi inquiunt, quartum repellitur concedendo aliquas substantias, quæ licet sub esse uniuersali ab intellectu cuius ut sic sunt obiectum percipiantur, per se tamen sub esse singulari sensu percipi posse, non solum interiori (secūdum quem modum Auerroes 2. de anima commento 65. & 3. eiusdem, commento 60.

ſcribit differentias ſubſtantiales indiuiduorum ſenſu interiori, quem cogitatiuam uocat, cognoſci, quas inter ſe & ab intentionibus indiuidualibus accidentium, ab eodem etiam diſtingui, & non ſolum percipi conceſſit) ſed eas etiam exteriori ſenſu, uidelicet ſenſu tactus comprehendi poſſe. nec id Ariſtotelis dictis repugnat, quoniam is non ſcribit ſubſtantiam (ut obijcitur) ſenſibilem eſſe ſolum ſecundum accidens, uerum Ariſtoteles eo in loco nominat id eſſe ſenſibile ſecundum accidens, Aueroe & ſimplicio eodem loco teſtibus, quod accidit ſenſibili proprio, & à quo (ut Ariſtoteles textu 65. ſcribit) ſenſus nihil patitur, & per hoc à ſenſibili proprio & communi diſtinguitur, quod ab utroque horum ſenſus paſſionem ſuſcipit, ab illo uero ſenſus non patitur, ut eſt Diarii filius Callias etc. id genus, uerum qualitates hæ de illis non ſunt, à quibus ſenſus tactus non patitur, nec ad hoc ut ſenſu percipiantur, alteri ſenſibili proprio eas accidere opus eſt, ſed per ſe primo ſenſu tactus apprehenduntur qui ab eis patitur, igitur tametſi hæ qualitates ſubſtantiæ ſunt, attamen per ſe ſenſu percipi poſſunt. ſi quis autem abhoreat concedere ſubſtantiam ſenſu percipi poſſe, quoniam intellectus uix eam attingere poteſt, dic iuxta Simplicium libro prædicamentorum capite de qualitate, & caliditatem frigiditatem & cetera, quæ in corporibus

ribus fiunt, & sensu tactus percipiuntur, non esse substantias, sed qualitates scilicet passiuas, à caliditate, frigiditate etc. quæ sunt formæ substantiales elementorum, genitas, caliditas enim frigiditas etc. quæ constituunt elementa actu, cum sint formæ substantiales, & partes elementorum, sensu non percipiuntur nec qualitates passiuæ sunt, nec in prædicamento qualitatis reponuntur, & caliditas quæ de forma substantiali dicitur, & de caliditate ab ea producta æquiuoce analogiam compatiente dicitur. & si quis hunc dicendi modum insequeretur, aliter etiam prædictam primam obiectionem euadere posset, dicendo, quod uere est ens nulli accidit, id uerum esse simpliciter & absolute de quacunque substantia, quoniam qualitates, quæ sunt formæ substantiales elementorum, quæ uere sunt entia, quia sunt substantiæ, nulli accidunt, nec ut summæ, nec ut ruptæ, uerum qualitates ab eis productæ in corporibus mixtis, quæ sensu tactus percipiuntur, sunt hæ quæ subiecto accidunt quoniam accidentia sunt, & idcirco uere passiuæ qualitates dicuntur. Ceterum sequendum modum iuxta Ammonium libro prædicamentorum capite de qualitate aliter & satius dicendum est, quippe tametsi caliditas, frigiditas prædictæ et cetera sint formæ constituentes elementa, & sint substantiæ, possunt tamen dici qualitates, tum quia sunt for-

mæ

mæ elementorum, à quibus ſumitur differentia ſubſtantialis, quæ prædicatur in eo quod quale, uidelicet eſſentiale, differentiæ enim ſubſtantiales iuxta Ariſtotelem 5. metaphyſices textu 19. dicuntur qualitates, tum etiam eædem qualitates dicuntur paſſiuæ, quia tametſi ſint perfectiuæ elementorum, ut formæ ſubſtantiales eorum, quia tamen ſunt hæ quæ primo inferunt paſſionem ſenſui uidelicet tactus, idcirco qualitates paſſiuæ dicuntur, & ſic reponuntur in prædicamento qualitatis. dicuntur etiam qualitates, quia ſubiectum afficere poſſunt, alteratum uidelicet & non aliud, iuxta modum loquendi Porphirij facientes, præcipue quando hæ in ſubiecto productæ ſunt remiſſæ nõ ſummæ. ex quibus ſatis plane notum eſt quare eædem dicuntur ſubſtantiæ & qualitates. Quintum extruditur concedendo ſubſtantiam corpoream maxime uulgo & ſenſui apparere ſubſtantiam, quod Ariſtoteles ſecundo de anima textu 3. repetijt, & ob hoc etiam ſcripſit idem libro cathegoriarum capite de ſubſtantia, Ammonio & Simplicio teſtibus libro eodem, primam ſubſtantiam quæ compoſita eſt, & ex ſe ſubſiſtens, ſenſuiq; apparens proprie, principaliter & maxime dici ſubſtantiam, non niſi quia ea (ut dictum eſt) eſt ſubſtantia quæ per ſe ſubſiſtet, & ob id ſenſui & uulgo maxime ſubſtantia apparet, licet ſecundum rem forma cum

ſit

ſit compoſito nobilior in ordine ad ipſum proprie, principaliter & maxime ſit ſubſtantia, tam & ſi per ſe non ſubſiſtat, pari modo materia eſt ſubſtantia ceu & forma, licet non æque proprie, principaliter & maxime, cum tamen & ipſa etiam per ſe non ſubſiſtat, & ſenſui non appareat. inde igitur non elicias qualitates has ſubſtantias non eſſe, & ſi non ſubſiſtunt nec æque ad ſenſum ſenſatæ ſunt, ut corpora naturalia uulgo plurimum nota, & ob id etiam Philoponus, & Auerroes ſecundo de anima commento tertio exponentem Ariſtotelem ſcribentem corpora ſilicet naturalia, maxime apparere ſubſtantias inquiunt hac de cauſa id ſcripſiſſe quia corpora naturalia famoſa & magis manifeſta ſunt alijs ſubſtantijs. adde etiam non ob aliam cauſam Ariſtotelem uſum eſſe hoc uerbo (uidentur, ſeu apparent maxime ſubſtantiæ) id eſt ſenſui. Sextum reijcitur concedendo qualitates has intendi & remitti, & cum obijcitur omnis differentia ſecundum formam eſt ſpecifica, & ſic ignis intenſus à ſe ipſo remiſſo ſpecie differt, pari modo lignum calidum à minus calido, id eſt à frigido, ſpecie differt. quod omnium conſenſui oppugnat, dicat in formis ſubſtantialibus magis & minus ſuſcipientibus; formam ſynceram quæ ſimpliciter et uere actus eſt eam eſſe quæ ſpecifica eſt, non autem quæ eſt caſtigata ſeu rupta, & ut ſic non opus eſt ignem

intenſum

intenſum à ſe uel ab alio ſecundum gradum remiſſio ſpecie differre ſed duntaxat ſecundum magis & minus, pari modo nec lignum, ceu nec quippiam aliud corpus mixtum quod calidum uel frigidum dicitur, (quia neutrum horum eſt ſyncere ſeu actu calidum ſed potius remiſſe tale) in eo quod calidum differt ſpecie à ligno minus calido, id eſt frigido, niſi per intenſionem & remiſſionem uſque adeo fiat magis calidum uel minus ut temperatura eius & proinde tota eius ſubſtantia corrumpatur. pari modo niſi per intenſionem ſupra quam par, eius naturæ conuenit, fiat magis frigidum uel humidum etc. eius enim temperatura & ex conſequenti tota ſubſtantia corrumpetur, ac alia forma ab ea ſpecie diſtincta in materia acquiretur. hoc igitur iure dicitur lignum calidum, quia in eo maior eſt caloris menſura quam frigoris, & potius iuxta modum ſcribẽdi. Ariſtotelis ſecundo de generatione textu 35. iuxta Philoponi ſeriem calidum in potentia ruptum ſeu caſtigatum dicendum, quod idem de frigido ligno intelligatur. Septimum excluditur concedendo ſubſtantiam compoſitam ceu eſt prima & ſecunda ſubſtantia, de quibus eo in loco eſt ſermo, non ſuſcipere magis et minus, de ſimplicibus enim, quales ſunt qualitates primæ, nõ eſt ibi ſermo. conceditur etiam puerũ, iuuene & ſene aerea humiditate magis abundare, iuuenemq; ac ſenem terreſtri ſiccita-

te

te puero magis redundare, quoniā in eis plus est secundum quantitatem elemēti terrestris quam in puero. cui opponitur minus secundum quantitatem, non tamen magis est tale, ut uerbum id (magis) dicit intensionem in qualitate, cui in eadem qualitate opponitur minus, & hæc fuit mens Galeni aphorismo citato, ut eum legenti constat. ceterum etiam si uerbum id (magis) diceret intensionem in qualitate, nullum ob hoc sequeretur incommodum, ut paulo post ostendetur, quoniam si in puero humiditas aerea esset intensior quam in iuuene & sene, in his uero siccitas terrestris secundum gradum esset intensior, quam in puero, & hæ qualitates sint formæ elementariæ quæ suscipiunt magis et minus, quia tamen hæ suscipientes magis & minus suscipiunt, ut sunt substantiæ tales, uidelicet formæ elementariæ, quæ sunt qualitates citra summum quæ elementum actu non constituunt, non autem sunt substantiæ compositæ uidelicet prima uel secunda substantia, de quibus est sermo Aristotelis loco citato, idcirco, nullum sequitur incommodum, uel esto sermonem Aristotelis fuisse etiam de, substātijs simplicibus diceretur iuxta secundum modum dicendi quem Ammonius insequitur substantias has suscipiē- tes magis & minus, non ut substantiæ sunt sed ut qualitates de tertia specie qualitatis, illud suscipere. cuius indicium est, quia alteratum solum

lum & non, aliud faciunt. Octauum reijcitur; negando formas substantiales non agere nec pati, nec opus est uirtutem eis aliam supperaddere, sed quo modo sunt principia essendi, sic principia sunt agendi, & licet secundum unum modum dicendi prædictum eæ ut substantiæ absolute non agant nec patiantur, quia materia quæ substantia est, cum de se non sit actu, non agit, nec patitur, tametsi formas recipiat, iure quarum fit actio, resistentia, & proinde passio, attamen hæ, ut qualitates de tertia specie qualitatis agunt & patiuntur. & cum dicitur actio est contraria, substantia autem contrarium non habet, dic ut alias dictum est, licet substantia, ut substantia, contrarium non habeat, quia nec materia nec compositum ratione materiæ nec ratione sui qua corpus contrarium habet, hæ tamen substantiæ, ut tales iuxta primum modum, dicendi uel hæ iuxta secundum modum dicendi, ut qualitatum de tertia specie qualitatis uicem gerentes, quæ sunt elementorum formæ contrarium habent agunt & patiuntur. Ad id quod ex libro prædicamentorum opponitur substantiam non habere contrarium, dic ut alias et sæpe dictum est ex Philopono secundo de generatione, commento 40. & 15. Ammonio & Boetio testibus capite de substantia in cathegorijs, Aristotelis mentem esse, eo in loco de compositis substantijs, non autem de materia nec de

formis

formis quæ ſimplices ſunt ſubſtantiæ. hæ enim contrariæ eſſe poſſunt, non autem compoſitæ ſubſtantiæ ſecundum ſe totas, quia non ſecundum materiã, nec ſecundum quòd corpora ſunt. Decimum deletur concedendo ad ſummas qualitates, quæ ſubſtantiam actu conſtituunt, non eſſe motum, quia earum ſubiectum eſt materia prima, quæ pura potentia eſt non ens actu, id tamẽ non aſſero de qualitatibus remiſſis; et ad id quod aduerſus hoc replicatur in eadem decima obiectione probãdo in eis qualitatibus quæ ſunt ſubſtantiæ, motum eſſe non mutationem, uti ratio oſtendit. Ceterum quia hæc obiectio communis eſt huic poſitioni & Auerrois poſitionem inſectantibus (quo ad hoc ſolum, uidelicet ſubſtantiales formas elementarias intendi & remitti in quo conueniunt) qui ultra qualitates elemẽtarias iuxta eum ponunt in materia formam ſubſtantialem qualitates præuenientem, quæ intenditur & remittitur iuxta intenſionem & remiſſionem qualitatum. ſi igitur formæ ſubſtantiales intenduntur & remittuntur, cum intenſio præſupponat earum eſſe actu in materia, fit igitur intenſio de ſubiecto actu in ſubiectum actu, & ſic in ſubſtantia eſt motus, ad hoc nonnulli Auerroem inſequentes, ut hanc obiectionem euaderent, dixerunt cum forma elementi intenditur uel remittitur, tranſmutationem illam motum non eſſe, ſed generationem

tionem quoniam fit de non subiecto in subiectum, quia de materia quæ pura potentia est. sed solutio hæc difficultatem non euadit, quoniam cum gradus formæ elementi secundus, qui de potentia materiæ educitur, præsupponat primum dantem esse substantiale & simpliciter, quod est secundum eos esse actu, materia igitur per ipsum habet esse actu, fit igitur transmutatio de materia habente esse actu, non de materia in pura potentia, igitur in ea fit motus quia est de subiecto actu, in subiectum actu, idcirco alij aliter dixerunt concedentes tametsi cum secundus gradus formæ elementi, ad quem fit mutatio, primum gradum formæ elementi materiam informantem, & esse actu dantem prærequirat non, tamen transmutatio illa motus est, quia tota forma elementi, cuius secundus gradus est pars, informat materiam in pura potentia, & per hoc differt à motu, quod forma, secundum quam est motus, quæ accidens est, prærequirit materiam per formam substantialem (cuius hæc accidentalis forma non est pars) habentem esse actu, non in potentia. Ceterum hæc euasio etiam difficultatem non tollit, primo quoniam falsum assumit, concesso totam formam elementi, materiam in pura potentia informare, quoniam gradus formæ post primum materiæ aduenientes sunt partes totius formæ elementi, qui tamen cum materiæ adueniunt ad

eam

am accedunt primo gradu informatam, per
quem ea actu est. non igitur tota forma mate-
riam in pura potentia informat. quòd si de tota
forma sit sermo totum sumendo cathegorice
more logicorum loquendo, id est quod est ens ex
suis partibus perfectum, adhuc hac distinctione
eis concessa ea tamen nihil ad obiectionem facit,
quoniam oppositio adducta nõ est de tota forma
cathegorice sumpta, sed de secundo eius gradu,
qui aduenit materiæ non in pura potentia, sed
per proprium eius gradum formatæ. et quoniam
forma sub primo gradu est substantia, cuius est
dare esse actu simpliciter, ut primo de genera-
tione, textu 20. necnon & primo de physico
auditu textu 62. & 5. eiusdem, textu 7. con-
stat, materia igitur habet esse actu simpliciter
quare mutatio, quæ secundus gradus eiusdem
formæ elementi acquiritur, est de subiecto actu,
in subiectum actu, est igitur mutatio illa motus
non generatio nec corruptio. idem intelligatur
de quocunque gradu per intensionem acquisito,
ac per remissionem perdito.

CAPVT DVODECIMVM.

Probat in substantiis esse motum &c.

OB ID *igitur ad obiectionem respondendo aliter dico, cum in formis elementarijs sit intensio uel remissio, mutationem illam proprie motum esse de contrario in contrarium procedentem, non simpliciter sed utcunque, quatenus in intenso & remisso contrarium eis admixtum est qui temporarius est, cum uero fit mutatio qua qualitates summæ acquiruntur uel deperduntur, per quarum positionem in materia uel sublationem fit uel corrumpitur elementum actu, mutationem illam esse generationem uel corruptionem, & harum quæque momentanea est. ceterum quia huius primæ partis contrarium est famosum & hoc ceu nouum inuentum putatur falsum, idcirco hæc prima pars dupliciter ostenditur, primo quidé, quoniam ea mutatio fit de subiecto actu, in subiectum actu, igitur iuxta ea quæ scribuntur quinto de physico auditu, textu iuxta Aueroïs sectionem nono motus est, eam autem mutationem de subiecto, actu in subiectum actu fieri ostenditur, quoniam ubi subiecto sensibili manente & non secundum totum corrupto fit in elementorum affectionibus uariatio, in eisdem*

fit

it alteratio & ex consequenti motus Aristote-
teste, primo de generatione textu 23. at cum
t in qualitatibus elementorum intensio & re-
missio, fit in eorum affectionibus uariatio, subie-
cto sensibili, non secundum totum corrupto, sed
permanente: igitur in eis est alteratio. quod au-
tem id fiat, subiecto manente, probat eo in loco
Philoponus de aqua calefacta cum infrigida-
tur, uel e contra, cum infrigidata calefit natura
n ea dum calefit quoniam interim minus partici
pat de frigiditate, fit frigiditatis remissio: pari mo
do in eadem postea cum infrigidatur, quoniam
minus caloris possidet, fit frigoris intensio: igi-
tur cum fit in aqua secundum has affectiones ua
riatio, aqua sub sua specie remanente, ea muta-
tio alteratio est, ea enim solum alteratum facit,
quod idem de aere calido cum infrigidatur Sim-
plicio teste 5. de phy. auditu commen. 9. & de
reliquis elementis, (cum in eorum affectio-
nibus permutantur) intelligatur, uerum quia
subiectum sub utroque termino alterationis,
quæ fit, permanere, est mutari de subiecto in
subiectum, hoc autem est esse, seu conditio mo-
tus, igitur mutatio illa motus est. dixi subiecto
sensibili non secundum totum corrupto, quia ubi
aqua quæ secundum suas qualitates est sensibilis
secundum totas eius qualitates corrumperetur,
nullo sensibili ut subiecto remanente, mutatio il-
la esset corruptio substantiæ simpliciter, non au-

tem alteratio. dixi etiam eam fieri de ſubiecto actu, quia eius ſubiectum non eſt in pura potentia, ceu eſt ſubiectum generationis & corruptionis, ſed ſub actu ſcilicet rupto uidelicet per remanentiam formæ præexiſtentis contrariæ in ipſa materia in aduentu nouæ formæ, licet poſſit alias ac alio modo etiam forma quæuis remiſſa in materia exiſtens, iuxta Philoponum ſecundo de generatione textu 37. quatenus eſt in potentia ad formam ſynceram, quæ ſimpliciter eſt actus, hoc iure dici quodammodo eſſe in potentia. ſed de hoc nunc non eſt ſermo. prædicta autem poſitio hoc fundamento innititur excepto ex dictis tum Galeni primo de temperamentis capite 5. 6. 7. & 8. tum 3. de uiribus ſimpli. medica. capite 14. ſcribentis ſummas qualitates ex contrariarum qualitatum admixtione remitti, quod non ſolum de elementorũ qualitatibus primis, uerum & de ſecundis uerum eſſe uoluit Ariſtoteles 5. de phyſico auditu, ſcripto textu. 19. et 45. uidelicet intentionem uel remiſſionem fieri per minorem uel maiorem contrarij admixtionem, & ob id etiam 3. de locis topicis capite 9. idem ſcripſit, id albius eſſe quod nigro impermixtius eſt, latitudines enim qualitatum præcipue quo ad gradus earum actuales per ſe exiſtere potentes putarunt per ſua contraria adimplendas eſſe, non opus eſt tamen ſecundum aliquos perpetuo id uerum eſſe de

partibus

partibus earum potentialibus. cum igitur ſit intenſio in qualitate quia eius contraria qualitas, per quam ſubiectum eſt actu, tametſi remittat, remanet tamen in materia ſecundum partem, per eam igitur denominabitur ſubiectum eſſe in actu, cum igitur mutatio illa ſit de ſubiecto actu in ſubiectum actu, ea igitur motus eſt. 2. idem uidelicet formarum elementariarum intenſionem uel remiſſionem eſſe motum, oſtenditur ex Ariſtotele primo de generatione textu ultimo de mixtione ſermonem habente, quæ ex elementorum ruptura fit, ubi inquit, eam eſſe miſcibilium alteratorum unionem, quod dictum exponens Philoponus inquit, eam eſſe unionem miſcibilium per alterationem alteratorum, quæ tunc unita ſunt, quum ex his fit corpus ſimilare, hoc autem fit quum miſcibilia uidelicet elementa, quæ contraria ſunt, & inter ſe actiua & paſſiua agendo & patiendo, nec alterum nec ambo contrariorum (quod teſtatus eſt Ariſtoteles primo eiuſdem textu 84. & ab eodem confirmatur ſecundo de generatione a textu iuxta Philoponum 35. uſque ad 38.) ſecundum totum corrumpuntur, nec ſecundum totũ generantur, ſed eouſque ipſa per alterationem alterantur, ut ſolum ſecundum ſuos exceſſus rumpantur, et ſecundum partem ſeruentur. ſi igitur mixtio fit miſcibilibus per alterationem alteratis & ruptis, hæc autem ſunt elementa quæ ſecundum

gradus per contraria remissa sunt, alteratio autem motus est, igitur intentio & remissio qualitatum motus est. & hac causa scripsit etiam ibidem secundo de generatione loco citato, calidum fieri frigidum, & e conuerso, quod Philoponus exponens inquit, calidum elementum per alterationem remissum ad summe calidum relatum, frigidum esse, ad summe uero frigidum relatum, calidum dici, pari modo frigidum elementum ruptum ad extreme frigidum relatum calidum esse, ad extreme uero calidum, frigidum dici, quod aliter uerum esse non potest, nisi quia horum quodque per alterationem alteratum ac castigatum sui contrarii continet admixtionem, & hoc modo inquit Aristoteles mixtionem fieri, quoniam hoc modo seruatur, quamlibet partem mixti, mixtam esse. ac elementa in mixto secundum uirtutem esse, quia non syncera sed castigata ei insunt. ex his itaque constat cum in qualitatibus elementariis, quæ elementorum formæ sunt substantiales fit intensio et remissio, siue ad mixtionem ordinentur uel non ordinentur ut quum solum fit in eorum qualitatibus iuxta primum modum dictum alteratio, hæ per alterationem alterentur, rumpantur, seu castigentur. alteratio autem (ut antea dictum est) est motus, qui temporarius est, mutatio igitur in elementis quum intenduntur et remittuntur secundum eorum qualitates, quæ (ut sæpe dictum est)

est) sunt formæ substantiales, motus est. Quod si obiicias Aristotelem quinto de physico auditu textu. 10. hoc expresse negantem, sed solum in substantia generationem & corruptionem esse ponentē, quæ non est motus, quod ipse libro quinto prædicto textu 8. hac ratione probat, quoniam quod mouetur est, quod generatur non est, generatio igitur non est motus, dic eius sermonem esse de mutatione qua quippiam fit actu simpliciter, seu qua elementum fit (per formam in materia susceptam) sincerum, quæ forma & substantia est, & modum substantiæ seruat, non autem quum elementi forma intenditur & remittitur, quia ea et si sit substantia, modum tamen qualitatis tenet, & motus qui est in ea, quia solum facit alteratum & non aliud, est ut in qualitate ad formam substantialem actu tendente uidelicet, ut ex eius gradibus potentialibus summum præcedentibus cum supremo eiusdem formæ gradu in materia fiat forma actu una, uerum quum prædictæ formæ elementum actu constituentis fit generatio, mutatio illa, non solum alteratum, sed aliud facit, quod conuenit naturæ formæ substantialis modum substantiæ seruantis, idcirco de ea uerum est, quod generatur non est, quia elementum actu, est elementum per qualitates summas, quæ (quum ipsum generatur) eo momento & non prius ei adueniunt, quum autem fit intentio elementi, subie-

ctum huius motus habet quodammodo esse scilicet actu rupto, non intelligo habere esse actu scilicet ruptum per gradus in materia præexistentes eiusdem speciei cum eo qui acquiritur, sed per qualitatem ei contrariam, quæ licet secundum gradus remittatur, in aliis tamen gradibus in materia remanentibus essentia formæ actu usquequo ex toto secundum omnes gradus corrumpatur, reseruatur. Secundum probandum uidelicet mutationem illam qua summæ qualitates elementis acquiruntur, à quibus fit elementum actu hoc uel illud, (& à quibus de materia secundum totum sublatis, desinit elementum esse simpliciter) esse generationem, & corruptionem, & præter hoc momentaneam esse ostenditur, quia ea fit de non subiecto in subiectum, & econtra, igitur est generatio et corruptio. sequela perspicua est ex Aristotele 5. de physico auditu textu 8. subiectum intelligo iuxta Themistii expositionem eo in loco scilicet quod euidens & actu est, non subiectum uero è contra, uidelicet quod non est actu, ceu est materia prima, quæ est pura potentia nec euidens est. assumptum ostenditur ex concessis ab Aristotele, is nanque 8. de physico auditu textu 23. scribit, sicuti in motu auctionis, diminutionis et alterationis datur primum, quod simul acquiritur uel deperditur, non per partem ante partem, sed totum simul quod minimum esse solet, sic in generatione

ratione idem ab eodem probatur ſexto de phyſico auditu textu 41. 42. et 43. in diminutione quidem (quod idem intelligatur in auctione) probat id à ſimili de lapide ab unda excauato, non enim à quocunque ſtillicidio pars lapidis reſcinditur, ſed prima pars quæ minima eſt, ſimul ab ultima unda, quæ uigore præcedentium agit, abſcinditur, ſecundum conſimilem modum, centum homines nequeunt nauem non ſolum trahere, uerum nec dimouere, uno tamen addito, nauis trahitur, pari modo, inquit Themiſtius, libra bilanx, quam talenta decem hinc & hinc ei ſuperpoſita æquant, eaq́; ob hoc in nullam partem eſt diuertens, denario tamen addito bilancis parti, in eandem partem declinat, hoc argumento conuincitur etiam ſi magnitudo reſciſſa (quæ etſi non à multis ſtillicidiis præcedentibus, ui tamen unius eis additi foditur) diuiſibilis eſt in infinitum, ex eo tamen non accipitur, ſingula eorum ſtillicidiorum partem magnitudinis lapidis reſciſſi abſumpſiſſe, ſed totum id eo quo ſimul periit, omnium communi opera periiſſe dicitur. & ſecundum eundem ſenſum intelligendus eſt Galenus primo de locis affectis capite 2. & 3. de temperamentis capite 4. licet ſuperficie tenus conſideranti uideatur ſenſiſſe contrarium, uidelicet eum minima non conceſſiſſe naturalia, & etiam à quaque gutta partialem fieri excauationem, ſed dicendum aduerſus ſic Galenum interpretan-

pretantes, quum iuxta eum, res agens, ut fauilla ignis non calefaciat, nisi quia ea certo tempore sub certa quantitate uim calefaciendi habet, ut 3. de temperamentis capite 4. & 2. de causis morborum capite 2. constat, ita nec guttarum nisi certa quantitas lapidem excauare potest, alias si quæquæ foderet, pari modo quælibet etiam fauilla excalefacere deberet, quod tamen locis antea citatis ipse negauit. si igitur una earum agit, ea in uigore præcedentium non fodientium, sed lapidem ut fodiatur præparantium agit, præcedentes itaq; potius præparant, quam fodiant, pari modo de alteratione scribit Aristoteles loco citato, infrascripta uerba, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπ' ἀλλοιώσεως ὁποιασοῦν, οὐ γὰρ εἰ μεριστὸν εἰς ἄπειρον τὸ ἀλλοιούμενον, διατοῦτο καὶ ἡ ἀλλοίωσις. ἀλλ' ἀθρόα γίνεται πολλάκις, ὥσπερ ἡ πῆξις. quod est, similiter autem et in quauis alteratione, non enim si partibile est in infinitum quod alteratur, ob id & alteratio, sed sæpe simul, seu subito fit, uidelicet id primum quod per alterationem acquiritur, sicuti congelatio, Aristoteles quoque (ut diximus) 6. de physico auditu loco citato probat, dari primum esse formæ substantialis per generationem simpliciter acquisitæ, pari modo dari primum gradum formæ accidentalis per generationem secundum quid acquisitæ, idem ab Aueroe colligitur in mutatione, quæ generatio est, ex 6. de physico auditu com-

tu commento.32. ſcribente, primum in generatione & corruptione eſt minima pars, quæ poteſt inueniri de generato, minimum enim de omni generatione eſt terminatæ quantitatis. uerbi gratia minima pars, quæ poteſt ignis eſſe, eſt terminata. His itaque ſuppoſitis probantibus non ſolum in quantitate et alteratione, uerum etiam iam generatione tam ſubſtantiali quam accidentali dari primum eſſe rei, quod eſt minimum ſimul per mutationem acquiſitum, oſtendo mutationem illam, qua ſummus gradus utriuſq; qualitatis acquiritur quod eſt primum, quod elementum actu conſtituit, eſſe generationem, & de non ſubiecto, fieri in ſubiectum, & quod per eam totum illum gradum ſimul ſeu in momento acquirit, & ut res facilius dilucidetur declaratione utar exēplari. ſit exempli gratia utraque ignis qualitas ſcilicet caliditas & ſiccitas, quæ in frigiditatem & humiditatem aquæ agat, & agendo totam eius a ſummo gradu latitudinem uſque ad gradum ut unum uincat, & de materia expellat, & quoniam ut conſtat per ea quæ dicta ſunt, quantum deperditur de uno contrario uidelicet de frigiditate & humiditate, tantum acquiritur de alio contrario, erit igitur introducta caliditas et ſiccitas in gradu, ut ſeptem, ſupponimus enim nunc qualitatum latitudinem terminari, ut communiter tenetur ad gradum ut octo. quum igitur remanſerit de tota latitudine

dine frigiditatis et humiditatis in materia, gradus ut unum, quem uolo, ut communiter etiam ab alijs scribitur, exempli gratia, esse minimum, ratio enim pari modo de quouis alio procederet. dico igitur gradum summum, qui est ut octo, in eodem mensuræ termino acquiri, in quo gradus ut unum frigiditatis & humiditatis deperditur. quod ostenditur quoniam supposito latitudinem qualitatum (ut diximus) per contraria adimpleri, & quum gradus ut unum frigiditatis et humiditatis in momento deperdatur, igitur summus gradus in instanti introducitur. Assumptum probatur, quia si non in momento, sed in tempore gradus ut unum deperditur, igitur calido ei approximato in proportione maioritatis, qua sine impedimento ei præsente potest agere, partem ante partem expellet, quia nõ stat naturale agens approximatum per tempus, passo cui dominatur, sublato impedimento, sine actione, & sic partem unam eius abijcit. parte igitur eius una corrupta, quod remanet, erit minus gradu ut unum, & quum gradus ut unum, ut suppositum est, sit minimum per se existere potens, datur igitur quippiam per se existens minus minimo, hoc autem est impossibile, opus igitur est, ut in momento deperdatur. & quum (ut diximus) latitudo qualitatum per contraria compleatur, igitur ab agente præsente, nullo ei resistente in eodem momento

mento ſummus gradus caliditatis & ſiccitatis introducetur. et quia in eo inſtanti materia eſt priuata ſecundum totum forma frigiditatis, per quam erat in actu, ea igitur eſt in potentia, & non ſubiectum ſcilicet actu, uerum quæ huiuſmodi mutatio eſt generatio eſt, ut conſtat ex. 5. de phyſico auditu textu 7. mutatio igitur illa qua ſummus gradus qualitatum in materia acquiritur qui eſt id primum et adæquatum, quod elementum actu conſtituit, generatio eſt & momentanea. conſimili modo intelligatur de corruptione. Cæterum fortaſſe quiſpiam id obijciet quod antea in decima obiectione aduerſus ſolutionem opponebatur, gradus ſummus formæ elementariæ, elementum actu conſtituens aduenit materiæ pro præcedentes gradus eiuſdem formæ informatæ, per quos ea actu eſt. igitur aduenit ſubiecto actu, igitur mutatio illa qua ſummus gradus acquiritur, non eſt generatio quæ fieri debet de non ente in ens, quod eſt fieri de non ſubiecto actu, in ſubiectum actu, ſed motus eſt, huic dic primo materiam (quia in aduentu ſummi, ea eſt informata per partes ſeu gradus eiuſdem formæ ſubſtantialis potentiales & accidentales, quia eiuſdem & non alterius ſunt rationis, ſummum præcedentes, ex quibus per ſe ſumptis non fit elementum actu, ſed ſolum, quum ſummæ qualitati uniuntur) eſſe in potentia, quia, ut ex dictis antea conſtat, ſolum qualitates ſummæ con-

ſtituunt elementa actu, & quum non ſunt ſummæ, ſed promixtæ, non elementum ſcilicet actu, ſed mixtum perficiunt, & ob id ea ſub illis gradibus dicitur non ſubiectum ſcilicet actu, & mutatio illa iure huius dicitur de non ente ſcilicet actu, in ens actu. huiuſmodi autem mutatio eſt generatio, ut conſtat ex. 5. de phyſico aud. textu modo allegato. igitur &c. Aliter & ſecundo dici poteſt, primo quædam ſupponendo. primum ſuppoſitum eſt hoc, quod teſtatur Ariſtoteles 1. de generatione textu 18. & 20. ἡ γένεσις τοῦδε, ἄλλου ἐςὶ φθορά, id eſt generatio huius, ſcilicet oppoſiti, eſt alterius, ſcilicet oppoſiti corruptio. ſecundum ſuppoſitum eſt hoc, in his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, mutatio ſecundum magis et minus non fit per ſe niſi de contrario in contrarium, uidelicet quatenus in eo quod eſt magis uel minus tale: uerbi gratia calidum, plus uel minus frigidi ei admixtum eſt hoc patet ex Ariſtotele 5. de phyſico auditu, textu 19. ſic ſcribente, ἐπὶ τὸ μᾶλλον, καὶ ἧττον ἀλλοίωσις ἐςὶν. ἡ γὰρ ἐξ ἐναντίου εἰς ἐναντίον κίνησις ἢ ἁπλῶς, ἢ πῆ. ſubdit paulo poſt. τὸ δὲ μᾶλλον, καὶ ἧττον ἐςὶ τὸ πλέον, ἢ ἔλαττον τοῦ ἐναντίου ἐνυπάρχειν, καὶ μή. quod eſt. mutatio in magis & minus alteratio eſt, etenim eſt motus ex contrario in contrarium, aut ſimpliciter, aut quodam modo. ſubdit, quibuſdam uerbis interpoſitis, magis uero, & minus eſt in quo, plus autem minus contrarij ineſt, aut

non. tertium ſuppoſitum eſt ex dictis Ariſtotelis exceptum ſecundo de generatione textu 23. ſic ſcribentis, ὅταν δ' ὅλον μεταβάλλῃ, μὴ ὑπομένοντος αἰσθητοῦ τινὸς, ὡς ὑποκειμένου τοῦ αὐτοῦ, ἀλλ' οἷον ἐκ τῆς γονῆς αἷμα πάσης, ἢ ἐξ ὕδατος ἀὴρ, ἢ ἐξ ἀέρος παντὸς ὕδωρ, γένεσις ἤδη τὸ τοιοῦτον, τοῦ δὲ φθορά. quod eſt. quum uero totum immutatur, & nihil ſenſibile remanet ut ſubiectum, ſed ut ex ſemine toto ſanguis, aut ex aqua aer, uel ex aere toto aqua, iam talis eſt generatio, huius uero corruptio. ex quibus uerbis conſtat, cum poſtquã Ariſt. poſuit diſcrimen inter alterationem ex parte una, & generationem & corruptionem ex parte alia, de eadem generatione & corruptione ſermonem habens ſcripſerit, quũ ex tota genitura fit ſanguis, uel ex aere toto fit aqua, ita quod non remaneat aliquod ſenſibile ut ſubiectum. i. quod ſit idem numero ſubiectum actu, quod erat ſub termino a quo ex parte eius ſe tenens hanc ſanguinis & aquæ mutationem eſſe generationem, illius uero ſcilicet totius aeris uel genituræ mutationem eſſe corruptionem, totum igitur per quod materia eſt ſenſibilis, & ut ſubiectum ac quod materiæ ineſt, quod ſe tenet ex parte termini a quo, ſcripſit Ariſtoteles corrumpi opus eſſe, & per hoc differre ab alteratione, quoniam totum id per quod ſubiectum eſt actu, non opus eſt corrumpi, ſiue ea quam dixit genitura in ea tranſmutatione, quum ex ea ſit

ſanguis,

ſanguis, pari modo quum ex toto aere ſit aqua, ſit terminus primus, uel non, ſed quaſi primus, ad ſcopum ſuum nihil referre putauit Ariſtoteles. his habitis dic, ubi gradus exempli gratia caliditatis citra ſummum ſunt in materia ex qua materia educendus eſt ſummus, per quem elementum actu conſtituitur, non intelligo elementum per ſummum conſtitui in eſſe perfecto et integro (ut non nulli putarunt) ita quod ante eius aduentum habuerit eſſe tale, merito cuius poſſit denominari actu elemẽtum, ſed intelligo elementum ubi prius erat in potentia ſeu caſtigatum elementum per ſummum gradum ei aduenientem ſit tale ut poſſit denominari elementũ, ſed in actu, quia, ut ex dictis conſtat, niſi ſummus gradus qualitatum iuxta Galenum materiæ adueniat, elementum non eſt actu elementum, mutationem illam generationem eſſe, quoniam quũ latitudo qualitatum compleatur per contrarium, ut ex ante habitis conſtat. quum igitur tota frigiditas ſummæ caliditatis contraria de materia expellitur, per primum ſuppoſitum ſumma caliditas in materia inducitur, corruptio enim unius oppoſiti, eſt alterius generatio, quia alias latitudo qualitatum non compleretur per contraria. Cæterum quum tota frigiditas de materia expellitur ceu terminus à quo, per cuius ſublationem materia non remanet actu, ſed pura potentia, ſit per tertium ſuppoſitum frigiditatis

tatis corruptio. igitur caliditatis summæ inductio ceu termini ad quem oppositi termino a quo mutatio erit generatio. quod si obijciatur, falsum assumis, per corruptionem totius frigiditatis materiam esse in potentia, immo actu est uidelicet per gradus caliditatis summum præcedentes, qui sunt pars totius formæ elementariæ quæ actus est: huic dicatur gradus hos caliditatis summum præcedentes nec prodesse nec obesse summi generationi, nec eius oppositi corruptioni. quod ostenditur, quia quum omnis mutatio ex tribus componatur ceu ex causis intrinsecis, uidelicet termino ad quem termino a quo & subiecto de motu quidem mutationis specie id constat 5. de physico auditu textu 3. de generatione uero ab eodem Aristotele iuxta expositionem Auerrois primo de physico auditu textu et commento 64. At gradus summum præcedentes, quum summus in materia debet induci, sub nullo horũ continentur, igitur ij ad mutationem quidquam non conferunt nec eam tollunt. quod autem assumptum est ostenditur, non enim sunt terminus ad quem. quia is per motum uel momentaneã mutationem, ceu finis motus uel subitæ mutationis acquiritur, at gradus summum præcedentes in ea mutatione qua summus gradus in materia acquiritur, in eadem materia præerant, non igitur sunt terminus ad quem, dictæ mutationis, nec sunt terminus a quo, quia is corrumpitur in

aduentu termini ad quem, illi autem remanent in materia in aduentu summi, præterea in ea quæ fit mutatione a termino a quo, ad terminum ad quem, inter eos terminos est oppositio & incompossibilitas, at in eis gradibus summum præcedentibus non est oppositio nec incompossibilitas quia gradus hi se tolerant inter se, & unus quasi alterius est perfectio. igitur &c. quod si aduersus hoc opponas dicens ab eis ceu a termino a quo ex quinto phys. 19. secundum suppositum excerptum, ex uerbis ab eodem Aristotele loco citato scriptis scite intellectis constat in eis non esse motũ. planum est nisi ex accidenti uidelicet quatenus habẽt contrariũ eis admixtum, ratione cuius contrarij ceu termini a quo per se fit motus de opposito in oppositum quod Themistius, Auerroes, Simplicius, & ceteri quinto de physico auditu textu decimonono locum illum Aristotelis interpretantes testantur. non igitur gradus summum præcedentes eiusdem speciei cum summo in materia præexistentes possunt esse terminus a quo, nec etiam ijdem eius mutationis põssunt esse subiectum, quia subiectum opus est materiam includere, at hi gradus materiam nõ includunt, quum sint partes totius formæ elementariæ, materia autem non est pars formæ, gradus igitur hi nihil mutationi prosunt nec obsunt, idest eorum præsentia nec eam ponit nec destruit. sint igitur, uel nõ sint ij per quos materia quodam mo-

do est

do est actu ; quia eiusdem naturæ sunt, & essentiæ cum termino ad quem, & non se tenent ex parte termini a quo motus uel subitæ mutationis. per eos igitur non tollitur, summi acquisitionem in materia generationem esse non posse. ex his itaque patet quomodo intelligendum sit subiectum generationis esse in potentia nō actu, quia subiectum generationis (quum forma substantialis quæ uere est actus per eandem generationem de potentia materiæ educitur) opus est esse in potentia non actu, idest omni actu expoliatum esse, respectu habito ad ea quæ se tenent ex parte termini a quo permutationem abijciendi, non autem absolute in ordine ad quodcunque, quod quodammodo potest actus dici, uidelicet ruptus, uel ab eo quippiam actu scilicet rupto denominari. & nisi concedatur hæc prædicta a nobis distinctio auctoribus quos diximus incognita Auerroem sequentibus, ij coacti sunt uel concedere, gradus formæ substantialis posteriores materiæ aduenientes primo gradu eiusdem formæ substantialis formatæ, ut aduersus eos antea obijciebatur, accidētia esse, quia adueniunt enti in actu constituto: uel in substantijs motum esse fateri. quorum utrunque ijdem auctores concedere abhorrent, quod quidem nos modo pauloante exposito rationibus satis euidentibus concedendum esse probauimus. quippe hi uestigia Auerrois insequentes, ut paulo ante diximus, in formis sub-

Achillinus bononiensis & Suessanus

ſtantialibus elementarijs ponunt gradus, & eas magis & minus ſuſcipere conſimili modo quo Galenus & ceteri græci, licet in aliis modo antea dicto inter ſe differant. nonnulli uero alij ponentes in aduentu poſterioris gradus qualitatum priores corrumpi, quia poſterior gradus uirtute priores continet, ſicut tetragonus trigonum continet ut conſtat 2. de anima textu 31. de hac obiectione breui ſe expedirent, dicentes, quum gradus ſummus materiæ aduenit, ea in pura potentia remanet ex præcedentium graduum corruptione, & ſic fit ſummi generatio. ſed hæc uia principia Galeni non inſequitur ponentis intenſionem qualitatum per additionem gradus ad gradum fieri. undecimum deletur, concedendo qualitates ſummas, ut ſunt formæ ſubſtantiales elementum ſimpliciter ſeu in actu ſincero conſtituentes non eſſe in ſubiecto ſed in materia, quæ pura eſt potentia, licet qualitates ruptæ, quæ tametſi ſubſtantiæ ſunt, quia tamen conſtituunt elementum in potentia non actu, nec aliud faciunt, poſſunt eſſe in ſubiecto actu, non quidem ſimpliciter ſed ſecundum quid, quatenus, ut ſæpe dictum eſt. in materia ſunt, contrarijs qualitatibus affecta. latitudinem enim contrariarũ qualitatum ſubſtantialium illæ ſunt complentes, & ſecundum hunc modum (uidelicet qnatenus duntaxat ſubiectum afficiunt) tenent modum qualitatum & accidentium, pari modo quatenus

nus uariantur secundum magis & minus, quia alteratum, & non aliud constituunt, eodem iure qualitates denominantur, non enim ut sic modum substantiæ seruant. falsum igitur est, quod opponitur contradictoria de eodem idest de eisdemmet qualitatibus secundum modum eundem sumptis dici, uidelicet esse in subiecto & non esse in subiecto, & per hæc ad aliud quod solet opponi, uidelicet, si hæ qualitates sunt formæ substantiales elementorum, composita igitur calida uel frigida per definitionem ignis uel alterius elementi, uidelicet frigidi, definiri deberent, quoniam compositum calidum uel frigidum componitur ex substantia & qualitatibus elementarijs ceu formis eorum substantialibus. & sic sunt unum actu duo in potentia, à quibus sumitur definitio, ex his enim, ceu partibus constituentibus, compositum consistit. Ad hoc dicatur, compositum per elementorum definitionem definiri opus non esse, quoniam elementa quum sint in compositis in potentia seu actu rupto, et ceu materia sint ex quorum ruptura resultat forma mixti, uerbi gratia, forma carnis, nerui, ossis &c. uel alterius mixti per se existentis uidelicet forma bouis, cerui, asini etc. à qua res habet esse id quod actu est. per eorum igitur formam finiri habent, a qua etiam sumitur nomen & definitio, quia genus & differentia 2. de physico aud. textu 28. & 5. metaphy-

Aueroes 8. metaph. commē. 5. & reconciliator.

ſices textu 2. dicunt formam, non materiam, non igitur elementorum definitionem in compoſitis uicem materiæ tenentium ea definire debét. Vltimum quod opponitur ſic tollitur. quidquid enim in hac materia Ariſtoteles ſenſerit, non eſt præſentis noſtri inſtituti, quod tamen certum & notum eſt, uidelicet concedendum eſſe Ariſtotelem improbare ponentes animam eſſe temperaturam, ſed non iuxta intellectum ſecundum quem conceſſit Galenus animam eſſe temperaturam, rationes nanque Ariſtotelis iuxta Philoponum, & Simplicium probant animam non eſſe temperaturam uel compoſitionem, ut temperatura & compoſitio, dicunt relationem cuius non eſt mouere, neque agere. temperatura autem ſecundum Galenum quum ſit ſubſtantia, licet alias ac alia ratione poſſit qualitas dici, non tamen relatio eſt. ea igitur poteſt agere & mouere. tum 2. eſto temperaturam & compoſitionem iuxta Empedoclem non eſſe relationem, ſed quippiam aliud, ipſam relationem ſequens. adhuc rationes Ariſtotelis aduerſus Empedoclem contra Galenum non decertant, quoniam hoc fundamento innituntur animam eſſe harmoniam, ideſt compoſitionem, uel temperamentum quæ iuxta Empedoclem ex partibus elementarijs paruis pendet iuxtapoſitis, magnitudinem, & motum habentibus in tranſmutabilibus, & non alteratis, ut eſt harmonia ideſt compoſitio,

domus

domus ex lapidibus & lignis debite iuxta positis, nō alteratis, Aristotele teste primo de anima textu 57. & 2. de generatione textu iuxta Auerrois sectionem 45. & 46. iuxta uero Philoponum textu 32. 33. & 34. ad quam compositionem huiusmodi harmoniam, quæ est, qualis est ossis ad os, ad neruum, et ad carnem etc. ceu compositio est partium instrumentalium ex similaribus, quæ quum multiplex sit, ut est compositio manus, cruris &c. ex partibus suis præter id quod sequitur plures esse animas in corpore, intellectiuum aut sensitiuum aut appetitiuum; ad eam inquam compositionem reducere, non est facile cognitu, &, ut inquit Themistius, ridiculum est hoc putare, scilicet eam ad animæ partes, & eius affectus reduci posse. uerum positio Galeni hoc non asserit, quoniam inquit animam temperaturam esse resultantem ex qualitatibus elementarijs mutuo inter se alteratis & ruptis: ad quam prædictæ animæ potentiæ, affectus, ac operationes reduci facile possunt. rationes igitur Aristotelis aduersus Galenum quicquam nō cogunt. Præterea neque ratio illa eiusdem Aristotelis probans, si anima est corporis harmonia, quæ non est compositio prædicta, sed ipsa temperatura, cum multæ sint in corpore uiuente temperaturæ, quia alia in osse, alia in carne, alia in neruo, alia in sanguine, in humoribusq; alijs aliæ, plurimæ igitur essent in corpore animæ, ad-

uersus Galenum cogit, quia non cuiusque partis temperaturam seu compositionem uocat Galenus animam, sed solum temperaturam totius in partes partitam, quæ membris principalibus insunt, quas interdum alio nomine scilicet facultates, interdum eas uires uocat, quæ inquã membra tria sunt, habentia tres diuersi generis facultates toto corpori ex suo ueluti fonte quasque distributas, uidelicet appetitricem in iecinore, uitalem in corde, ratiocinatricem in cerebro, quas Plato animæ nostræ partes ac species uocat, & ob hoc nescio, unde Aueroes primo de anima commento 7. & 9. motus, Platoni imposuerit eum sensisse concupiscibilem animam in corde locari, quum in Timeo expresse eam inter præcordia & umbilicum uidelicet in iecinore locauerit. eam concupiscibilem intelligo quæ rei uenereæ cibi potionisq; uoluptatibus frui desiderat, quæ per excellentiam desideratrix appellata est, non quæ ueritatis, scientiæ & honestorum omnium, nec quæ laudis, gloriæ, & honoris appetens est. Quartoq; de republica, irascibilem in corde, concupiscibilem in epate, & ratiocinatricem in cerebro ceu distinctas locauit, quod & Galenus sensit tum 5. & 6. de placitis Hippocratis, & Platonis, tum 9. methodi capite 10. tum libro de locis affectis capite 4.

Error Auerois.

Caput

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Obiicit contra ſolutiones datas, & contra emergentia ex dictis ſolutionibus, & eas diſſoluit.

CETERVM *aduerſus dicta hæſitatur, quoniam ex dictis ſequitur, elementa ſine medio inter ſe tranſmutari non poſſe, quod Ariſtoteli aduerſatur 2. de generatione textu 24. deducitur, quoniam quum per poſitionem ignis per eius caliditatem & ſiccitatem in aquam agens eius humiditatem et frigiditatem deſtruat ac de materia expellat, igitur quũ antequã gradus caliditatis et ſiccitatis ſummus in materia inducatur, pars eiuſdem latitudinis uidelicet caliditatis & ſiccitatis introducta ſit, quoniã ſicut pars eſt prior toto, ſic in materia prius pars quam totum introducitur. & quum per antea dicta, quantum deficit de uno contrario, tantum adimpletur per aliud contrariũ ob quod qualitates permiſcẽtur, uerum ex horũ commixtione generatur mixtũ, igitur priuſquam elementum in aliud elementum tranſmutetur, fit mixti generatio, non igitur elementa inter ſe continenter trãſmutari poſſunt. Secundo, magis et minus, ſeu magis & minus intenſum, non uariant ſpeciem, quia eiuſdem ſunt ſpeciei, at gradus utriuſque qualitatis citra ſummum qui elementum*

actu

actu constituit, a summo non differunt nisi secundum magis & minus, uidelicet quatenus minus de eadem qualitate participant quam summus, igitur quum omnes gradus citra summum teneant modum qualitatis, alteratum, non autem aliud iuxta antea determinata facientes, igitur & summus gradus elementum actu constituens qualitatis modum nō sincera substantia tenebit. quod si hic modum sincere substantia seruat, igitur & reliqui eum præcedentes modo ei consimili seruabunt modum sincere substantiæ, quare quum ad gradus summum præcedētes sit motus, etiam ad summum motus esse debet, & præcipue quum materia sit actu facta, per eosdem gradus qualitatis summum præcedentes, quorum iure motus fit de subiecto in subiectum. confirmatur. quæ eiusdem sunt speciei, suscipiunt idem genus & eandem differentiam ut ex Aristotele constat 5. metaphysices textu 12. quum igitur omnes gradus citra summum, cum summo eiusdem sint speciei, igitur idem nomen et genus & differentiam obtinent, quare si gradus summum præcedentes quia non aliud idest quia substantiam in specie non constituunt sed solum alteratum faciunt, sunt de genere qualitatis sub passibili qualitate contenti, igitur & summus gradus eiusdem formæ sub eadem specie, & sub eodem genere erit, non igitur illo iure quia gradus summum præcedentes dicuntur qualitates et

non

non ſubſtantiæ poterit ſummus dici ſubſtantia nõ qualitas. præterea qualitates ſimplices ruptæ ſeu in potentia conſtituunt temperaturam, quæ ex his compoſita eſt, ceu eius elementum, Galeno teſte primo de elementis, at temperatura eſt rei ſubſtantia eodem Galeno teſte libro de mutua conſequutione morum & temperamenti corporis capite 3. & eodem teſte primo de uſu partium capite 9. ſcribente, carnis eſſe eſt per temperaturam, at eſſe carnis, nerui, &c. ſeu eius eſſentia eſt mera ſubſtantia, temperatura igitur eſt mera ſubſtãtia, igitur qualitates ſimplices ruptæ, quæ ſunt eius elementum, & proinde Galeno autore libro de elementis citato eiuſdem ſunt generis ſincere debent eſſe ſubſtantiæ non qualitatis modum ſeruantes. ad hæc obiecta reſpõdetur, primum deletur iuxta unum motum dicendi concedendo quod infertur uidelicet elementa ſecundum utranque qualitatem contraria, ſine medio non poſſe inter ſe mutuo tranſmutari, quem modum inſequitur Themiſtius 5. de phyſico auditu ſuper textu 10. necnon inter medicos Galenus 3. de temperamentis capite 4. ſcribẽtes, nec ignem in aquam, nec e contra ſine medio in quod elementum medium prius tranſmutatur tranſmutari poſſe. attamen inſequendo partem contrariam quam ſecundo de generatione textu 24. uidetur Ariſtoteles ſenſiſſe, diceretur ſequelam non tenere, & caſu admiſſo ignem in aquam

agere

agere, qualitatesq́; contrarias inter ſe commiſceri, inde tamen nō ſequitur ante elementorum interſe ſine medio tranſmutationem mixti proprie dicti ex quatuor elementis compoſiti fieri ge gerationem, quoniam præter qualitates contrarias ruptas, inter ſe commixtas, opus eſt admixti generationem etiam adeſſe elementorum materiam iuxta Alexandrum libro de ſenſu & ſenſato, & Simplicium 5. de phyſico auditu forma corporis formatam, ut ſiccum et terreſtre elementum à ſubſtantia humida terminetur, & per hoc terra conſiſtat et à complexione aquæ, Ariſtotele præter Philoponum teste 2. de generatione textu 49. (ceu lutum fit) chola quadam ligetur. quod ſi terra & aqua mixtis inſint, aer & ignis illis contraria adſint opus eſt. ut loco nunc citato conſtat. & hoc modo per hæc elementa iuxta ea quæ ſcribuntur ab Ariſtotele libro de ſenſu & ſenſato textu 50. mixta corpulentiam habent, quod nutrimentum ex eiſdem conſtans ex quibus quod nutritur conſtat, oſtendit quod ex omnibus elementis corporatum eſt. hanc autem elementorum ſubſtantiam, præter qualitatum contrariarum admixtionem, ad mixti ſubſtantiam conſtituendam neceſſariam eſſe præter dicta teſtatus eſt Ariſtoteles 2. de generatione textu iuxta Philoponum 36. quum inquit mixta fieri ex contrariis aut elementis, quod exponens idem Philoponus inquit, non ſolum ex contrariis

mixta fieri, uerum præter contraria ex causa ante dicta, opus est elementorum substantia scilicet corporata ad mixti constitutionem, contraria enim non sunt elementa, sed elementorum principia, & ob id uidelicet ut ostenderet non solum qualitates, uerum etiam substantias quatuor elementorum corporatam admixtionem necessariam esse scribens Galenus prima aphorismorum commento 14. senibus febres non fieri acutas nisi raro, eiusq; rationem reddens inquit, quoniam eis inest parum caloris tum secundum qualitatem, tum secundum substantiam, possunt igitur elementa inter se continenter transmutari, præter quod mixtum generetur. mixtum intelligo non quod qualitates mixtas duntaxat habet sed quod ex substantia quatuor elementorum constat corporata, tametsi qualitates contrariæ inter se secundum formæ mixti exigentiam commisceantur. Secundum exploditur concedendo omnes gradus formæ elementi eiusdem esse speciei, quatenus tamen gradus summus materiæ adueniens communi opera graduum præcedentium elementum actu constituit, quod est substantia, & proinde ab eo fit aliud, substantia est & modum substantiæ tenet. reliqui uero summũ præcedentes licet quatenus perficiunt materiam, eam ducentes ad actum substantialem, ruptum tamen quæ materia sub actum rupto uerius dicitur esse in potentia, & ut sunt partes totius for-

mæ elementariæ quæ eſt ſubſtantia ſint ſubſtantia, quatenus tamen modum qualitatum & accidentium ſeruant uidelicet intenduntur & remittuntur, ſuſcipiunt magis & minus, & ſunt ſecundum quos inter contraria, fit actio & paſſio, & per alterationem inducuntur, & præparant materiam ad ſummum per generationem inducendum, quia omnem generationem præcedit alteratio, ſolum alteratum & non aliud facientes, qualitates quodammodo & accidentia dici poſſint, et per hoc patet ad aliud concedendo eos abſolute eſſe eiuſdem ſpeciei, nec in eis ordinem eſſe eſſentialem, & ſub eodem genere contineri quia abſolute omnes gradus formæ elementi ſunt ſubſtantiæ uidelicet ut principium, ſubſtantiæ ſcilicet compoſitæ, & eandem definitionem obtinere, quatenus tamen (ut antea dictū eſt) accidit ſummum communi opera graduum præcedentium facere aliud, illis uero ſummum præcedentibus accidit alteratum ſolum facere, differunt, ut qualitas modo dicto à ſubſtantia differt. Ad ultimum qualitates ruptas commixtas, temperaturam conſtituentes, quatenus dant materiæ eſſe ſubſtantiale, ruptum tamen ſeu caſtigatum, concedimus ſubſtantias eſſe, ueluti et temperatura ipſa ex his reſultans quatenus dat eſſe mixto ſubſtantiale et facit aliud, non autem ut facit alteratum ſolum ſubſtantia eſt, licet alias ac alia ratione temperatura poſſit dici qua-

litas

litas, & accidens ſicut etiam alias diximus de qualitatibus elementorum. temperaturam autem poſſe dici accidens & qualitatem non ſolum ſequendo uiam communem uerum etiam uiam Galeni ponentis eam ſubſtantiam præter dicta; etiã ex modo dicendis perſpicuum eſſe poteſt, uidelicet quum corpora compoſita, quorum ea eſt forma, tum a rebus præter materiam tum nõ naturalibus, ſupra quam par eſt auctis uel imminutis, tum a rebus ſecundum naturam. an alterantur à rebus quidem præter naturam, ut quum à febre, uel eius cauſa, uel ab alia re ſupramodum calefaciente, infrigidante, uel exiccante &c. operationesq; lædente, alteratum et non aliud faciente corpus permutatur, uerbi gratia quum à febre quæ cauſus tertiana continua uel ethica eſt uel eorum cauſa, corpus ſolum calefit, & exiccatur, uerum ab ea temperatura corporis non perimitur licet ea calidior & ſiccior reddatur per quam eius operationes læduntur. Ceterum quia febre recedente ea temperatura naturalis ſub eodem gradu naturali iterum recuperatur, & naturalis gradus adeſt qui prius aberat præter ſubiecti corruptionem, idcirco temperatura accidens et qualitas dicitur pari modo, quo ſæpe ac ſæpius diximus qualitates elementis aduenientes, (quum ſolum per intenſionem earum & remiſſionem in eis factam alteratum fit, quoniam & eæ adſunt & abſunt præter ſubie-

cti

cti corruptionem) accidentia et qualitates dici, quatenus uero res præter naturam calefaciendo & exiccando temperaturam cum tota sua latitudine qua corpus sub sua specie seruabatur, diri munt seu interimunt, mutatio illa substantialis est, per eam enim temperatura, quæ forma est substantialis, corrumpitur, & ea mutatio fit de ente in non ens, cum qua noua temperatura per generationem inducitur, & hoc intellexit Ammonius super Porphyrio capite de accidente, scribens si febris calefaciendo & exiccando temperaturam interimat, mutationem esse substantialem, quod si non perimat eam quæ est in corpore temperaturam, mutatio est secundum accidens uidelicet alteratio consimili modo si a re non naturali, uerbi gratia, ubi ex sobrio quispiam fiat ebrius, ex quiescente in exercitio constitutus, ex inanito repletus, ex animo pacato iratus, & ex umbra quispiam feruenti soli fuerit expositus, ab his enim calefaciendo temperatura per intensionem uariatur, uel ubi à rebus secundum naturam in eodem corpore membrum unum ab alio calefit, uel infrigidatur, ut manus frigida contactu calida manus eiusdem uel alterius hominis calefit, & sic de reliquis id genus, a qua calefaciendo, temperatura manus frigidæ permutatur, quia fit calidior, uel ubi à causa contraria fit frigidior &c. uerum quia ea non corrumpitur mutatio illa alteratio est, ex quibus colligitur

gitur non ſolum qualitates elementarias poſſe eſſe ſubſtantias, & accidentia dici, uerum etiam temperaturam ipſam, quatenus alias ac alia ratione mutationes in eis factæ interimunt, ac aliud faciunt, uel alteratum ſolum in corpore relinquunt, ſunt itaque temperatura & qualitates elementorum mediæ inter ſubſtantiam perfectam magis & minus non ſuſcipientem, ceu ſunt ſubſtantiæ à materia liberæ ſeu abſtractæ et accidens purum per conuenientiam quam habent cum eiſdem uidelicet cum ſubſtantia perfecta, & accidente puro, non autem, ut nonnulli putarunt, per compoſitionem ex prædictis extremis mediæ, non diſſimili modo ab eo quem ſcripſit Aueroes 3. cæli commento 67. de formis ſubſtantialibus elementarijs ſcribens, eas propter earum imperfectionem medias inter ſubſtantiam perfectam, et accidens eſſe, & intendi et remitti. à qua Auerois poſitio ſolũ poſitione hæc differt, quod hæc ponit has qualitates, quæ ſunt formæ ſubſtantiales elementariæ, caliditatem uidelicet, frigiditatem etc. interdum ut ſubſtantiarũ compoſitarum principium ſunt intrinſecum formale elementum conſtituens eſſe de prædicamento ſubſtantiæ, interdum uero, quum paſſionem ſenſui inferunt, & præter hoc ſolum ſubiectum afficiunt, directe de prædicamento qualitatis eſſe. iuxta igitur diuerſitatem effectuum quos faciunt, in diuerſis locantur prædicamentis, illa

P uero

uero posuit formas elementarias solum substantias esse, & solum esse de prædicamento substantiæ ut principium tamen compositi intrinsecum uidelicet secundum formam in materia prædictas qualitates præueniens uidelicet frigiditatem calíditatem &c. quas puras qualitates esse posuit substantiæ elementi compositæ extrinsecas ad quarum intensionem & remissionem scripsit formas substantiales intendi & remitti, & suscipere magis & minus. dixi has formas directe reponi in prædicamento qualitatis, supposito (ut communiter tenetur) solas qualitates in eodem prædicamento reponi, si tamen modum dicendi Auerois insequamur 4. cæli commento. 34. scribentis, compositionem ex materia & forma ita existere in prædicamento ubi, sicut in alijs prædicamentis in quibus iuxta Aristotelem textu eodem reponitur materia & forma, ut sic forma ceu & materia non directe sed ut principium in eisdem prædicamentis reponeretur, quod etiam sensit Aueroes 1. de anima commento 6. scribens, potentiam & actum esse differentias, quæ contingunt omnibus prædicamentis & sunt ualde oppositæ, idem sensit 5. de physico auditu commento 9. scribens, potentiam esse in eodem genere prædicamenti in quo est actus. et ex hoc patet quam à positione Auerois dissentiãt nonnulli
Suessa. 7. metaphy. cum in hoc insequentes, scribentes solum compositum de prædicamento substantiæ in prædicamento

mento reponi, quia est unum ens per se, quod etsi non per se primo, per se tamen secundo diffiniri potest, compositum autem in alijs prædicamentis quia est constitutum ex substantia & accidente, ex quibus non fit unum ens per se, sed per accidens, nec per se primo nec per se secundo diffiniri posse. falsum enim assumunt dicẽtes compositum ex substantia & accidente non posse diffiniri & perpetuo facere unum ens per accidens & non per se, quoniam materia quæ est substantia, teste Aueroe 4.cæli commento 34.antea allegato, ut est potentia ad substantiam actu, substantia est: ut potentia ad quantitatẽ actu, quantitas est: ut potentia ad qualitatem actu, qualitas est, & sic de reliquis. & quum potentia & actus in uno quoque genere faciăt unum ens per se in illo genere, potest ergo illud compositum per se diffiniri; sed aduersus quæ dicta sunt, hæsitatur, quia non uidetur qualitates elementarias posse esse formas substantiales elementorũ, quoniam quum elementum quodque duas habeat (ut dictum est) qualitates, duas igitur habebit formas, nullum igitur elementum erit corpus simplex, sed compositum, seu mixtum, quia formam possidet compositam, & sic motus elementorum non erunt simplices, quod Aristoteli aduersatur primo cæli textu 7.præterea nullum eorum erit unum ens per se, quoniam, esse ens, & esse unum per se, ab una forma pendet, & quia

in quoque elemẽto duas ponis formas, non igitur elementum erit unum per ſe. quod ſi dicas unam harum qualitatum eſſe eſſentialem, & aliam accidentalem, adhuc aduerſus hoc inſtatur, quoniam non eſt maior ratio de una qualitatum, quam de alia, quum ambæ ſint ſimplices qualitates, & in elementis ſummæ. ad hoc dicatur, elementa tametſi duas qualitates primas in ſummo poſſideant, non tamen corpora compoſita ſeu mixta dicenda ſunt, ſed ſimplicia, tum quia motus ſimplices habent, tum quia non ſunt compoſita ex quatuor qualitatibus ruptis, ueluti mixta, ſed ſolum ex duabus non ruptis ſed ſummis, tum quia etiam ſunt prima corpora, quæ in priora non reſoluuntur, idcirco corpora ſunt ſimplicia non autem mixta, & per hoc ad obiectionem dicitur, negando elementum corpus eſſe mixtum ſeu compoſitum, & formam habere compoſitam, quippe ex duabus eorum qualitatibus una reſultat forma ſubſtantialis ipſius elementi quæ ſimplex eſt & non compoſita, quarum una in quoque elemento uicem formæ magis tenet quam alia, à qua primo obſignatur, ut ignis caliditate magis quam eius ſiccitate, et aer humiditate magis quam eius caliditate, ceu & terra ſiccitate magis quam eius frigiditate &c. non enim duæ qualitates ſpecie differentes, (ut alias dictum eſt) æque primo ſubſtantiam unam conſtituere poſſunt, quia in ſubſtantiis ſecundum ſpe

ciem

ciem non esset ordo, quod Aristoteli aduersatur, & per hoc ad secundum patet solutio dicendo à forma illa substantiali ex duabus qualitatibus resultante fieri elementum quod est ens & unum per se, & simplex, sed statim obijcies, quia ex dictis sequi uidetur, ex duobus elementis cognationem inter se habentibus, transmutationem fieri non posse, uidelicet ut ex igne aer generetur, quibus caliditas est cognata. deducitur, quoniam non perditur forma qua primo ignis obsignatur, quia remanet eadem caliditas, alias qualitas illa eis non esset simbola, non igitur factus est aer. quod si generetur forma aeris, quum seruatur ignis caliditas, quæ ignis est forma, in acre igitur duæ erunt formæ, erit igitur aer corpus mixtum non simplex, pari modo uidetur ex duabus elementis secundum utranque qualitatem contrariis tertium fieri haudquaquam posse uidelicet ex igne & aqua aerem uel terram, quod Aristoteli aduersatur 2. de generatione textu 27. deducitur quoniam in tertio seruatur utriusque contrariorum qualitas una, quoniam ubi ex eis fit aer, seruatur ignis caliditas, & aquæ humiditas, & quum fit terra, seruatur ignis siccitas & aquæ frigiditas, quum igitur seruentur hæ qualitates in aere & terra, & hæ eorum elementorum formæ uel partes sunt formæ substantialis, igitur seruantur formæ elementorum, ex quibus fiunt, et sic uel ex his elementi nullius est

generatio quia nulla forma generatur una qualitate in quoq; eorum præexistente seruata ex quorum utraque tertium elementũ habet generari uel quod est genitum duas habebit formas, & proinde mixtum, non corpus simplex erit, quod Aristoteli aduersatur 2. de generatione textu. 22. Ad primum negatur sequela, & ad probationem negatur assumptum, uidelicet formam, qua ignis primo obsignatur, quum ex eo aer generatur, non deperdi. & ad Aristotelem 2. de generatione, textu 25. scribentem in elementis habentibus cognationem, et interse transmutatis, mutationem illam faciliorem esse quia una qualitas deperditur, & alia reseruatur, dic, iuxta Simplicium 5. de physico auditu commento 9. qualitatem eandem reseruari uerum esse, secundum cognationem, non autem quia permaneat eadem, specie uel numero, teste enim Philopono primo de generatione, textu iuxta eius sectionem 72. caliditas ignis & aeris specie differunt ceu in mixtis caliditas uini & sanguinis, & sic falsum est, in aere duas permanere formas, & corpus mixtum esse pari modo. ad id quod secundo opponitur, negatur, ex duobus elementis secundum utranq; qualitatem contrariis, fieri non posse tertium. & ad probationem, quũ dicitur utriusque elementi qualitatem unam ex quibus generatur tertium seruari, dic utriusque qualitatem unam scilicet elementi non seruari,

uari, nisi modo dicto secundum cognationem in tertio elemento ex his genito, natura ex utrisque transmutatis, ut in combustione lignorum, in quorum humiditate aerea cum partibus terrestribus commixta fit flamma (quæ iuxta Aristotelem 2. de generatione textu 28. nihil est nisi fumus exardens) habens terræ quidem siccum, aeris uero calidum, & deperdens terræ frigidum, & aeris humidum, ex utrisque inquam transmutatis elementis constat tertium generari uidelicet flammam, falsum itaque est, eas secundum rem permanere, & per hoc patet solutio ad aliud quod opponi solet probans ex duobus mutuo inter se agentibus tertium generari non posse, uidelicet ex aqua & aere ignem, quia minus perfectum non potest se perfectius producere, quia illa perfectio secundum quam tertium genitum excedit perfectionem duorum generantium, esset independens à causa effiiciente, tum quia caliditas & siccitas ignis est ualde intensior caliditate aeris, & siccitate terræ, non igitur ignis actu ab his duobus potest generari eo imperfectioribus & qualitate remissioribus, tum quia si ex duobus elementis, uerbi gratia ex aere & terra fiat ignis, hoc fieri non potest, nisi quia caliditas aeris uincit frigiditatem terræ, & eius siccitas uincat aeris humiditatem, igitur in eo instanti quo tertium generat in eorum materia ex his cum in

eadem materia duæ formæ elementorum ſeparatæ ac diuerſæ non ſe tolerant, duo elementa corrumpuntur, & ita daretur generatio ſine gene nerante, quod eſt impoſſibile. ad primum dicatur concedendo elementa duo, tertium generatione. æquiuoca generantia, eo imperfectiora eſſe, perfectionemq́; tertij, non ab eis quæ ut inſtrumentum generant dependere, ſed à uirtute cæli, et ſtellarum ut principali agente, quod tertio elemento genito perfectius eſt, & per hoc ad id quod dicitur, caliditatem & ſiccitatem ignis intenſiorem eſſe caliditate aeris, & ſiccitate terræ, dic, quum elementa actu & ſecundum naturam qualitates habeant ſummas, non opus eſſe caliditatem & ſiccitatem ignis, caliditate aeris, & ſiccitate terræ, intenſiorem eſſe, quod ſi non ſecundum naturam, ignis ſit diſpoſitus uel genitus, à uirtute cæli & ſtellarum intendi poteſt, et per hoc ad id quod opponitur daretur generatio ſine generante. negatur ſequela quoniam duo elementa ad tertii generationem agunt, ut inſtrumenta, & uirtus cæli & ſtellarum agit, ut principale agens, quod cælum remanet eo inſtanti quo tertium generatur, nec oportet duo elementa tertium generantia, quæ ut inſtrumentum agunt in inſtanti quo tertium generatur, remanere.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.
Probat concoctionem uniuerſe incraſſando procedere &c.

Q Vo ad ſecundam partem propoſitam pro principalis quæſiti diſſolutione tenendum eſſe puto ad mentem Hippocratis & Galeni pro indubitatione, tenuem humorem (et potiſſimum ad rem noſtram pertinentem flauam bilem febrem excitantem etc.) iuxta titulum quæſiti nedum à natura uerum ab arte incraſſandum, & præter hoc eundem tenuem humorem non putrentem, nec febrem inducentem ubi lædit, & per purgans medicamentum educi non poteſt, antea incraſſandum eſſe. pro hac itaque concluſione dilucidanda, hunc ordinem ſeruabimus, primo prædictum humorem tenuem, & præcipue flauam bilem febrem excitantem à natura, uera ac propria concoctione eſſe incraſſandum oſtendemus, ſecundo eundem (præter quod is febrem generet ubi lædit etc.) incraſſandum eſſe, tertio præter hæc, bilem ab arte incraſſari oſtendetur. primum itaque aggredientes ſic argumentamur, omnis concoctio propria, quæ fit à natura, incraſſando procedit, at tenuis humor ceu potiſſimum eſt flaua bilis, de hoc enim precipue eſt ſermo, propria concoctione, quæ fit à natura, eſt concoquendus, igitur eſt incraſſandus

crassandus, assumptum pro prima parte ostendetur, quum ex Aristotele 1. tum & 2. ex Hippocrate, et Galeno, ex Aristotele quidem, nempe tametsi uerbum hoc digestio, quo Aristotelis interpretes 4. meteororum utuntur à medicis quãdoque pro discussione interdum etiam pro alimenti distributione sumatur, cuius significata, ut ad rem nostram parum pertinentia, prætereo, interdum tamen pro concoctione accipitur, de qua hic nobis est sermo, sub quo significatu postquam scripsit Aristoteles eodem 4. ut 1. articulo à nobis expositum est, iuxta Alexand. sectionem textu 3. eam esse perfectionem à proprio & naturali calido (ex oppositis passiuis) quam definitionem, cum utili tum inutili materiæ, adaptari uoluit, tandem intulit, digesta crassiora, calidiora & sicciora esse, quoniam calidum agens, subiectum melioris molis crassius & siccius reddit, subdit paulo post, ex spirituosis igitur aquosa, ex talibus autem terrestria, & ex subtilibus semper crassiora fiunt, pepansim passa omnia. quod etiam roboratur quoniam subinferens Aristoteles ex conditione concoctionis, per quam humidum à calido obtinetur, & constat, dilucidandi gratia, naturam incoctionis & conditionem eius inquit humidum in fructibus (quibus concoctis, propriæ pepansis attributa est; alijs uero per solam nominis metaphoram) quum incõcoctum fuerit tenue et magis frigidum

gidum quam calidum eſſe etc. et non ob aliud niſi quod incoctionem ſuſcipiens & crudum exiſtens à calido non obtinetur, idcirco fluidum, non autem conſtans & craſſum remanet (& ratione hác reddens inquit) διὸ καὶ λεπτοὶ οἱ χυμοὶ τῶν ὠμῶν, καὶ ψυχροὶ μᾶλλον, ἢ θερμοὶ, καὶ ἄβρωτοι, καὶ ἄποτοι. λέγεται καὶ ὠμότης, ὥσπερ καὶ ἡ πέπανσις πολλαχῶς, ὅθεν καὶ ὑποχορήσεις, καὶ κατάῤῥοι, ὠμοὶ λέγονται διὰ τὸ αὐτὸ αἴτιον. τῷ γὰρ μὴ κεκρατῆσθαι ὑπὸ τῆς θερμότητος, μηδὲ συνεστάναι, ὠμὰ τὰ πάντα προσαγορεύεται. quod eſt. ideo & tenues humores eorum, quæ oma ſunt, & frigidi magis ſunt quam calidi, & ineſibiles & impotabiles. dicitur autem & omotes ſicut & pepanſis multis modis unde & urinæ ſeceſsiones, & catarri omi dicuntur, propter eandem cauſam, eo quod prædicta non ſunt obtenta à caliditate, neque conſtant, cruda omnia appellátur etc. concocta uero, quum non tenuia aut fluentia uerum conſtantia, ac à caliditate obtenta ſunt, præterea & idem teſtimonio Ariſtotelis 2. meteororum textu 14. roboratur, ſcribentis, tenue indigeſtum eſſe, omnia autem digeſta conſtare nata ſunt, digeſtio igitur, id eſt concoctio incraſſando procedit. ſecundo ui naturæ, con coctionem incraſſando procedere, etiam ex mente Hippocratis ac Galeni oſtéditur, Galenus enim 4. de ratione uictus in morbis acutis commento 5. exponens textum Hippocratis de excrementorum materia, habet hæc uerba

τὰ

τὰ δὲ διαχωρούμενα κατὰ τὸν πλεονάζοντα χυμὸν ἔξυγρα εἶπεν, αὐτὰ μὴ δ' ὅλως πεπέφθαι δηλῶν. ἡ γάρ τοι πέψις ἅπαντα συνάγει τε, καὶ παχύνει. quod est. deiectiones pro succi abundantia liquidas esse dixit nullo pacto concoctas exprimens, quoniam concoctio omnia cogit, atque incrassat. 2. ut omnibus palam constat, mentem Hippocratis & Galeni à sententia Aristotelis in materia concoctionis non dissentire, quinimo eandem penitus esse adduco, 1. uerba Galeni germana, postea loca Hippocratis, quæ rem apertam, luceq; clariorem reddunt, quam ut probatione indigeat, Galenus enim 2. prædictionum capite de urinis in commento illius textus, In mulieribus etc. scripsit hæc uerba. αἱ πέψεις δὲ παχύνουσιν οὐ οὖρα μόνον, ἀλλὰ καὶ διαχωρήματα τοῖς εὐπεπτοῦσι κατὰ γαστέρα, καὶ πτύσματα περὶ πνευμονικοῖς τε, καὶ πλευριτικοῖς, καὶ φλέγματα ἐν κατάῤῥοις, καὶ κορύζαις, καὶ λήμας ἐν ὀφθαλμίαις, καὶ πύον ἐν ἕλκεσι. quod est. concoctiones enim crassiores reddunt, non solum urinas, sed & deiectiones quoties in uentre bene concoquatur, & item screationem in peripneumonia & costali, atque etiam pituitam per distillationes & grauedines, necnon per lippitudinem & pus in ulceribus. 3. ex uerbis Hippocratis conuincitur, ipse enim 2. prædictionum capite de urinis habet hæc uerba, dum urina tenuis fuerit, ac ruffa, crudam esse significat ægritudinem, ubi Galenus in commento inquit, si bilis

ſi bilis flaua modum excedat uel ſincera admodum urinæ miſceatur, tunc urina ruffa apparet, quæ ſi talis coloris exiſtens & cum hoc tenuis habeatur, crudam ſignificat, ægrotationem, quoniam ſicuti modice croceam oportet eſſe urinam naturalem, ita etiam modice ſe habere in conditione ſubſtantiæ, nec ita tenuem eſſe, quemadmodum aqua, nec admodum craſſam, ut aſsimiletur urinæ iumentorum. primo quoque epidemiarum tempeſtate 1. commento 25. ſcriptum nobis reliquit Galenus, omnes humores tenues crudos eſſe, & ut concoquantur, robuſtam deſiderare naturam, ubi præcipue de bilioſis excrementis Hippocratis erat ſermo ibidem ſic ſcribentis, pauca & tenuia, bilioſa deiiciebant. præterea & id conuincitur ex libro de temporibus morbi uniuerſalibus, ubi auctore Galeno conſtat tenuitatem morbi principium ſignificare, & cruditatem, craſsities uero concoctionem, ſiue tenuitas & craſsities ſint eorum quæ ex uentre excrementorum ſiue ex cerebro per nares & palatum, ſiue cum tuſci ex pectore & pulmone, ſiue per urinam ex uenis, ſiue lacryma & lippitudo ex oculis pendeat; quippe uniuerſaliter quum excreta hæc fuerint tenuia et aquoſa, principium et cruditatem denotant, quum uero craſſiora facta, concoctionem repræſentant. hanc quoque regulam teſtatur Galenus 1. de moribus uulgaribus tempeſtate 2. commento 44. uniuerſaliter

ueram eſſe nedum in ſanis uerum etiam in ægris, quum igitur, ſi urina tenuis et ruffa fuerit, crudam arguat ægritudinem, et quum illa urina (teſte Galeno 1. de criſi capite 12.) ſignificet, ſuper bile in uenis repoſita, bilis igitur talem faciens febrem erit cruda. confirmabat etiam hoc Hippocrates libro prædictionum cicato, textu ſequenti in hunc modum ſcribens, ubi urina fuerit ruffa & tenuis, & morbus diutinus, periculum eſt, ne durare poſsit æger, quoad morbus concoquatur. ex quo conſtat, quum urinæ tenuitas ruffedini iuncta, ſi diu durabit, demonſtret morbi cruditatem concoquendi etc. ut igitur concoquatur, incraſſanda eſt. præterea Galenus 1. de criſi capite de urinis ſcribit, etiam ſi fuerit ſub ruffa urina licet quoad colorem ſit cocta, ſi tamen tenuis foret, tenuitatis ratione ab Hippocrate damnatur, & cruda nuncupatur. quod ſi mediocriter craſſa cum tali colore fuerit concoctionem oſtendit. præterea Galenus 4. de ratione uictus in acutis commento 43. ſcripſit una cum Hippocrate in textu ab urinarum tenuitate cruditas morbi iudicatur. præterea eodem 4. de ratione uictus in morbis acutis textu 44. Hippocrates ſcribit. οἷσι δὲ ἐν ἀρχῇ νεφελοειδέα, ἢ καὶ παχέα, τοὺς τοιούσδε ὑποκαθαίρειν, ἢν καὶ τἆλλα συμφέρῃ. ὁκόσοις δὲ ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα λεπτὰ, μὴ φαρμάκευε τοὺς τοιούσδε. ἀλλ' etc. quod eſt. quibus in initio urinæ nebuloſæ & craſſæ, hos (ſi alia conſen-

consentiunt) puargare conuenit, quibus uero inter initia urinæ tenues, tales non purgabis etc. ubi Galenus, in comm. eodem inquit, ὅπερ ἐξ αὐτῶν χρήσιμον ἔχειν δύναταί τις κοινὸν, ὡς φυλάττεσθαι καθαίρειν τὰ σώματα παντελῶς, ἀπεψίας οὔσης ἐν τοῖς χυμοῖς, ἐδήλωσεν εἰπὼν, οὖρα λεπτὰ, ὡς τάγε παχέα πέψεως ἔχοιεν. etc. quod est. Quod ex ipsis utile quis habere commune potest, quod scilicet corporis purgationem prorsus uitare oporteat, quum in humoribus adest cruditas, id manifestauit inquiens, urinæ tenues tanquam crassæ concoctionis notas habeant. præterea idē eodem libro 4. textu 18. de causo notho sermonem habens inquit, si sanguis è naribus fluxerit, uel circa collum abscessus fuerit, uel crus doluerit, ægerq; sputa crassa excreauerit etc. ubi Galenus in commento exponens, inquit, eos qui in pulmone afficiuntur, crassa expuere, sit morbo iam cōcocto, coctio igitur fit incrassando. præterea eodem libro, textu 13. de causo legitimo à bile tenui pendente inquit, expuet crassa si sanus futurus est, ubi Galenus in commento dixit hoc uerum esse ubi sit causus pulmone patiente. præterea eodem libro textu 11. de causo legitimo sermonem habens inquit, si sanguis è naribus fluxerit, soluitur ægritudo. atque si sudores superuenerint iudicatorij legitimi cū urinis albis crassis et leuibus subsidentijs, ubi Galenus in commento subticuit concoctionis nomen, sed notam

eius

eius constantissimam scripsit, uidelicet urinam albam crassam cum leuibus subsidentijs, uel saltem si eneorema, naturali tum colore, tum substantia commodum habuerit. præterea primo de differentijs febrium capite 6. scripsit ad eundem scopum Galenum, in inflationibus et similibus collectionibus quum humor putrescit et concoquitur, superante integre natura, fit pus conspectui album, crassum & quæque uersum sibi simile, lene autem tangenti et minime fœtidum, deinceps scriptum reliquit Galen. 3. de morbis uulgaribus com. 9. tẽpestate prima, urinæ tenues cruditatem morbi indicant. item 1. de morbis uulgaribus textu 27. tempestate tertia, inquit Hippocrates Glazomenio adfuisse perpetuo ad decimumsextum diem usque urinas tenues, ceterum boni coloris, ubi Galenus in commento inquit, ob bonitatem coloris urinas ægro promittere salutem, ob tenuitatem indigere ad concoctionem tempore. idem Galenus secundo de crisi cap. 10. de sputo in pleuritide scribens inquit, si quidem multum ac crassum ab inflatione deflu xerit, cum tussi expuetur, si uero paucum & tenue, irritabitur quidem necessario, ita ut tussis moueatur, non tamen expuet, antequam collectum simul atque concoctum ad multitudinem crassitiemq; peruenerit. concoctio igitur à natura fit incrassando. secunda pars proposita & probanda, uidelicet tenuem hmorem præter

er quod is febrem faciat incrassando à natura
oncoquendum esse ostendetur, primo ex quin-
o de causis symptomatum capite quarto. ubi
scribit Galenus, tussim cum uiolentia fieri,
quum humor per sputum educendus in membris
anhelitus existens, tenuis & aquosus fuerit,
uel eius essentia plurimum lenta, per hoc indi-
cans, quum mediocriter crassus fuerit, coctum
esse, is enim cum mitiori tussi facileq; expui-
tur, quod & primo epidemiarum tempestate
prima commento 12. etiam repetijt, idem
quoque Galenus expressit quarto de locis affe-
ctis, cap. 8. quum hanc prodidit his uerbis sen-
tentiam, si uero citra febrem serosus aut pituito
sus in thoracis spatium subito defluens, spuendi
difficultatem excitauerit, laborans tenue sputũ
expuet, non uelociter, idq; ab initio quidem exi-
guum, sed cum uehementi tussi. ubi uero coctũ
quidem est, plus atque crassius, & cum mitiori
tussi expuere solet. præterea idem ostenditur ex
Galeno tum ex prima aphorismorum comm.12.
tum ex quinto de locis affectis capite 9. scriben-
te in omni inflatione, quæ non tegitur operculo
densiori, ut in ea, quæ exteriorem occupat cu-
tem, quandam saniem resudare, ab initio te-
nuem, postea uero, si concoctionem accipiat, et
ad melius proficiat, crassiorem, coctaq; inflatio-
ne, nedum crassiorem, uerum & puri similem

esse, etc. etiam idem colligere potes ex tertio de ratione uictus in morbis acutis com. 2. ubi tum tenue & aquosum sputum, quoniam aerem ueluti manu sursum ferentem circunfluit, ut id sursum ferri non possit, tum sputum glutinosum in bronchis pulmonis infartum ac adhærens, ut quod sursum efferri non possit ibidem damnatur, ipsumq; mediocriter crassum esse ab eo probatur. concoctio igitur ex Hippocrate, & Galeno, quæ fit à natura, & in materia sine febre tenui tate peccante, incrassando procedit. non nulli uero obiecta hæc postremo adducta euadere putantes, & ea huic nostræ positioni non suffragari existimantes dicunt euadendo, secus esse cum tussi ex membris spiritus excrementa peccantia edu cere, & humores ui medicamenti à uenis extrahendo purgare, quoniam motus, quo ex illis cum tussi excrementa educuntur, quum fiat aere ueluti manu ea sursum pellente, uiolentus est, idcirco ne eorum nimia tenuitate relabantur ac circunfluant, uel ne nimia crassitie adhærentia ac bronchis pulmonis infarta cum uehementi ac laboriosa tussi expuantur, ut eorum facilior fiat eductio concoctione à natura mediocritatem nacta sunt. motus uero quo per qualitatem humoribus impressam attrahendo eorum fit eductio, naturalis est, at quum paratiores sint pharmaco naturaliter trahenti tenuiores quam crassiores,

Vilalnouanus.

res, idcirco quum horum non sit par ratio, non opus est hæc, sicut illa incrassare, nec bilem putrentem arte uel natura concoquere.

CAPVT XV.

Obiicit aduersus euasionem Villanouani.

ADVERSVS quos dicimus falsum esse, motum hunc, quo cum tussi excrementa pelluntur, esse uiolentum. quod sic ostenditur, quoniam si esset uiolentus, uel hoc iure, quoniam sub motu pulsus comprehenditur, qui uiolentus esse creditur, uel quoniam fit duntaxat ab extrinseco motore, non primũ quoniam motus quo natura morbũ iudicat, fit cum pulsu, quum non fiat teste Galeno 1. aphorismorum, apho. 22. nisi natura primo cõcoquente, postea humores discernente, & postremo super fluitates pellente, & tamen uiolentus non est, nam haud quaquam à re præter naturam irritata, præter materiam iam concoctam uim expultricem iuxta naturæ ordinem ad pellendum eam inuitantem, eamq; mere regulariter operantem, præterea motus nutrimenti ad membra quo nutriuntur, quum fiat non solum uirtute attractrice attrahente, uerum & expultrice ui expellente, ut constat 3. de naturalibus facultatibus capite 12.

fit cum pulſu, qui tamen nõ eſt uiolentus, ſed naturalis, cum ſit motus ex ſeſe factus teste Aueroe 7. de phyſico auditu commento 10. ceu & motus ferri ad magnetem per qualitatem ei impreſſam factus naturalis eſt. quod autem fiat cum pulſu oſtenditur ex Galeno 3. de naturalibus facultatibus capite citato ſic ſcribente, uenter quidem poſtquam abunde cibis eſt ſatiatus, &, quod utiliſſimum ſibi in his eſt, in tunicas ſuas ſugendo repoſuit, tunc quod reliquum eſt tanquam alienum onus excernit. pari modo eodem libro capite 13. ſcribit Galenus, æſtimare autem unicum eſſe motus modum, quum materiæ in corpore ferantur, ignorantis omnino eſt naturæ potentias, quum alias, tum eam quæ tractrici aduerſa eſt excretricem, ſiquidem contrarias potentias neceſſe eſt contrarij ſequantur motus, ſingulæ enim particulæ ubi conuenienter ſuccum attraxerunt, deinde ex retento fructum ceperunt, totum quod ſuperfluum eſt, quam poſſunt celerrime commodiſſimeq; pro ſuperuacui ipſius huc illucue momento abijcere properant. deinde paulo poſt ſubdit Galenus, non eſt ergo nec à ratione alienum, nec eiuſmodi quod fieri nequeat, ſi pars ea quæ ad cutem eſt, inſolito interim frigore ſubito ſtipata, ubi & imbecillior eſt reddita, & quum prius citra offenſam inſparſum habuit humorem, ut onus potius quam præparatum aliquod ad nutritionem ſuſtinet, eoq; pellere a ſe ſtudet, præ-

terea

terea motus quo humor ab ipso medicamento per artem adhibito attrahitur, atque eius fit purgatio, quum ipsi naturæ obediens fuerit, & ab ea sola extra corpus pelli non possit, fit tum ui pharmaci attrahentis, tum ui uirtutis expultricis naturaliter expellentis, teste Galeno prima partitu la aphorismorũ aphorismo 22. et partim 4. aphorismorum 22. necnon libro quando & qualiter purgare oporteat, si igitur motus quo cum tussi excrementa pelluntur, iure pulsus uiolentus esset, igitur et motus, quo per pharmacum attrahendo excrementa educuntur, quùm sine eorum pulsu perfici nequeat, uiolentus esset, cuius contrarium ponunt eum naturalem uocantes. & quod ab eis adducitur, humores quanto tenuiores, tanto purgationi obedientiores, falsum est, ut postea ostendemus, neque quia sit ab extrinseco uiolentus est, quoniam hepsèsis species concoctionis (Aristotele teste 4. meteororum textu 12. & 16.) fit ab extrinseco, ut quum sit alimenti concoctio in calido & humido in uasis à caliditate uasorum corporis concoquente, ipsi alimento externa. uasa enim ipsum alimentum continentia per calorem in eis existentem, ipsum conficientia extra ipsum alimentum sunt, qui tamen motus non est uiolentus, motum autem concoctionis non esse uiolentum, sed secundum naturam testatus est Aristoteles 4. meteororum tex. 7. scribens, digestionem seu concoctionem sub qua

& hepsesim reponit esse perfectionem a naturali & proprio calido etc. quod si obiectionem hanc euadere putans dicas, motum hunc adductum, esse alterationis motum, non autem localem, de quo locali nobis est sermo, secundum quem motum, scilicet localem sputum cum tussi educitur, adhuc aduersus hoc obijcitur, quoniá motus quo iuncturæ & membra mouentur, directione sua et flexione à ui motiua in musculis, tendones contrahendo & laxando fit ab extrinseco, musculi enim externi sunt ab alijs membris motis, chordis mediantibus, & tamen motus est naturalis, hoc enim modo motus fit progressiuus, qui animali proprius est & naturalis, ut ab Aristotele libro de motu animalis progressiuo constat. Præterea motus elementorum auctore eodem, 8. de physico aud. textu 27. & 33. tum à generante, tum à remouente prohibens factus, necnon motus ignis circularis, & motus partis aeris superioris in propria sphæra fit ab extrinseco quia fit á cælo, & tamen (teste Aueroe 3. cæli commento 20.) non est uiolentus. præterea motus, quo corpus animalis ab anima deorsum mouetur, est naturalis, teste Aristotele 8. de physico auditu textu superius citato, & tamen fit ab extrinseco quia fit ab anima quæ est eius forma, corpori ut materiæ extrinseca, licet motus, quo totum animal ab eadem mouetur, sit ab intrinseco. dico igitur tametsi (teste Galeno 5. de

de causis symptomatum capite 4.) motus quo cum tussi id quod infestat, expellitur, non eodem modo fiat, ueluti quum quippiam ab utero uel intestinis, aut uentriculo, aut uesica excernitur, quoniam ab his quicquid in ipsis continetur uelu- ti ab eorum partibus circundatum exploditur, non aliter quam quum manus quippiam expri- mere conantur, quod intus continetur, quum ue- ro in asperis arterijs aliquod, corpusculum infe- stans continetur, ipsæ ut pote duræ & cartilagi- nes circa id quod infestat, contrahi non possunt, proinde natura uehementer mouendo spiritũ ad exteriora tussim mouet, hanc enim eadem instru menta efficiunt quibus uehementer perficiuntur perspirationes, quas efflationes nominamus, ut tussis nihil aliud sit quam uehemens efflatio etc. hæc Galenus: his itaque habitis dico, tametsi mo tus prædicti modo dicto inter se differant, motum tamen quo excrementa cum tussi pelluntur, fie- ri à natura, à natura dico auxilium inueniente, ab eximia quadam sapiẽtia profectum, quoniam quum asperæ arteriæ præ sui duritie contrahi non possint, circa id quod in ipsis continetur, faberri me machinata est uehementem hanc spiritus ad exteriora motionem, quam tussim nominant, motus ergo hic, quo id, quod contristat, ab aere ei externo excernitur, tametsi sub motu pulsus con- tineatur, & tametsi utrunque aer uidelicet et infestans quod pellitur à natura uti primo mo-

uente, & alijs eius instrumentis mouentibus, externum sit. quia tamẽ natura excernendo uti primo mouens (necnon et cetera eius instrumenta) pari modo & mota res quæ expellitur ceu res ei naturaliter contraria toti animali sunt intrinseca, idcirco motus ab ea factus naturalis & non uiolentus est, siue naturalis uirtus expultrix diffiniatur, ut Auicenna & alij scripserunt, quæ in pulmone, propria & alia excrementa ueluti obnoxia, à uirtute sensoria percepta expellit, quæ cum sola non sufficiat, ea à uirtute totius gubernatrice, motiuæ uoluntariæ imperante propter naturalem ei subordinationem, auxilium ab eadem uirtute animali lacertorum pectoris & diaphragmatis ad tussim excitandam suscipit, siue ea uis aqua fit tussis, quam motum dicimus naturalem non uiolentum, sit iuxta positionem Galeni sola uirtus animalis musculorum pectoris, sub qua & septi transuersi uis comprehendi debet, quæ comprimendo ac expellendo operatur. dixi sub ea uim septi transuersi comprehendi quoniam interdum à sola eius ui tussis excitatur, quod ostenditur, quoniã in Pleuritide quum radix doloris in costa consistit, quia musculi qui illic sunt respirandi munus facere pigritant, tanto minus, tussim quæ (Galeno teste quinto de causis symptomatum cap. 4.) est efflatio seu uehemens expiratio, ij excitare ualebunt. uerum ut testatur Galenus libro 2. de locis

cis

cis affectis cap. 2. quemadmodum in beneualentibus qui libera utuntur respiratione, respiratio à sola fit ui septi transuersi, pari modo in Pleuritide ea quam diximus respiratio, & proinde tussis à sola fit ui septi transuersi. Quod si obijcias Galenum 5. de causis symptomatum capite 3. & 4. tussim inter symptomata à sola natura pendentia enumerantem, non igitur ea fit à uirtute animali secundum electionem operante, præterea tussis est motus quo noxium expellitur, igitur fit à natura, deducitur, ex ratione Galeni 5. de causis symptomatum cap. 3. scribentis unicuique rei secundum naturam insitum esse contrarium & noxium à se pellere, præterea tussis sæpe fit coacte, uelimus enim nolimus, et nullo docente tussimus. nullus enim tussire didicit, ceu nec uomere nec nauseare. non igitur fit à ui animali secundum electionem operante. præterea in motibus freneticorum, ebriorum manus ac pedes mouētium, de locoq; ad locum se transferentium & interdum tussientium, pari modo in motu somniantium è lecto surgentium, de locoq; ad locum pergentium, necnon uigilantium forti imaginationi attentorum, delata sub oculos non uidentium, ac præfixum locum deambulando prætereuntium, ac tussientium constat motus hos ac actus omnes fieri sine deliberatione & electione præcedente, non igitur tussis à ui animali secundum electionem operante fit, ob id igi

tur

tur non nulli tussim ex parte modi prouentus motum esse naturalem non ab electione pendentem scripserunt, aduersus quos est Galenus lib. 2. de motibus musculorum, motus hos nec non & respirationem sub qua tussis, quæ uehemens est efflatio seu respiratio, comprehendi debet, ab electione procedere autumauit. ad obiecta igitur dicatur, motus hos omnes, quos diximus à ui animali per electionem operante pendere, primum itaque & secundum tolluntur, quod Galen. motum eum appellat naturalem, ut constat lib. de causis symptomatum 5. cap. 1. qui sit à facultate qua animal regitur, siue à uoluntatis imperio siue secus pendeat, illam enim facultatem eo modo operantem uocat naturam, & hoc modo sternutatio, tussis, uomitus, nausea,, motus quo fœtus (dum fit partus) expellitur, motus præterea à ui intestinorum expultrice, ut in tinesmis, dysenterijs, ac eorum lenitatibus &c. naturales sunt non uiolenti, quia fiunt à facultate, qua regitur animal animato intrinseca non extrinseca, licet eorum quidam in specie à ui animali, ut tussis sternutamentum etc. quidam autem à natura, ut eius symptomata pendeant, quia sunt motus facti à natura à re præter naturam stimulata, ut uomitus, ructus, alui fluores, flatus strepentes &c. & iuxta modum illum in genere sumendo naturam, sternutamentum tussis, resolutio & ceteri motus à ui animali procedeuntes

deuntes musculis mediantibus noxium repellentes dici possunt, & à Galeno 5. de causis symptomatum cap. 1. dicuntur naturales non uiolenti, quia fiunt à sola natura, non autem à morbo nec secundum totum, nec secundum partem ceu fit palpitatio, & tremor. tertium, & quartum tolluntur dicendo tussim quamcunque uel coactam respirationes, & ceteros motus quos diximus cum à ui animali prodeant uoluntarios esse ab electioneq; prodire. & quum opponitur, quia nulla electio nec deliberatio in motibus à freneticis, ebriis, somniantibus, coacte tussientibus, præcipue nocte spirantibus &c. pendentibus procedit, dic iuxta Galenum 2. de motu musculorũ assumptum falsum esse. huius deceptionis ac falsitatis causa est, quia hi quos diximus motus non cum diligentia menti adhibiti sunt nec in imaginatiua seu memoratiua euidenter, sed obscure et penitus superficialiter impressi sunt, ob id obliti & non conseruati ac si à ui animali non sint facti, eorum auctores non meminerunt, quo fit ut ab electione pendere non uideantur quum tamen ab ea pendeant. quod autem, ut diximus, à uirtute fiant uoluntarie motiua, ostenditur, quoniam fiunt per instrumentum uoluntarium, uidelicet per musculos paulo ante dictos, ut cõstat libro de causis respirationum, & libro 1. de causis motus musculorum, & præter hoc, constat de tussi in specie, quia tussimus quum uolumus,

ceterum

ceterum motus uoluntarius bifariam fieri ſolet uidelicet abſolute et nõ abſolute uoluntarius, motus autem abſolute uolũtarius ille eſt (teſte Galeno 2. de motibus muſculorum) cuius opus quum ſit, abſque impedimento, quum quis uult, ſedari poteſt, & quum non fit ſine impedimento fieri poteſt, & præter hæc citius aut tardius, crebrius aut rarius, uoluntarium autem non abſolute uocat Galenus quòd iuxta prædictum modum fit, ſed non perpetuo, abſque impedimento fit, ſed ad tempus, & certa menſura, quoniã autem à tuſsi in morbo laterali, ueluti & à reſpiratione, & ab egeſtione, & urinæ excretione etſi per aliquod tempus quiſpiam contineri poſſit, non tamen perpetuo ſine impedimento, quoniam in pleuritide quod & in alijs conſimilibus morbis ſecundum proportionem in ordine ad eorum actiones intelligatur in membris à ui animali pendentes, tandem uelimus nolimus, tuſsimus, eſt igitur opus id uoluntarium non abſolute, ſed affectibus corporis ſeruiens. dixi ſine impedumento propter ſeruum barbarum de quo meminit Galenus libro 2. de motu muſculorum, qui uehementi ira concitatus dedita opera perpetuo retinuit reſpirationem, ſed non ſine impedimento, quia ex hoc obijt. his itaque reiectis conſtat concoctionem à natura uniuerſaliter incraſſando procedere.

Caput

CAPVT XVI.

Obiicitur aduersus dicta probando concoctionem in uniuersum incrassando non procedere &c.

CETERVM *aduersus hæc quæ determinata sunt uidelicet concoctionem in genere incrassando procedere nõnullæ emergunt difficultates, prima, quia cibus crassior concoquitur attenuando, uti caro panis etc. quum ex his in uentriculo fit chylus, qui tamen coctus tenuior est cibo deglutito, idem in multis fructibus, ut pyris glandibus castaneis, et cetera, quæ cruda eisdem met maturis crassiora & duriora sunt. 2. generatio spirituum uitalium fit in corde ex sanguine eis crassiore, et spirituum animaliũ generatio fit in cerebro in reticulari plexu elaborato ex sanguine spiritibus qui ex eo generantur crassiori, 3. pituita et atra bilis concoquuntur attenuando ac incidendo, teste Galeno libro, quãdo et qualiter purgare oporteat, in hunc modum scribente, principio nanque serosos ac tenues humores euacuabis, in crassis uero & glutinosis, cuiusmodi sunt pituita & atra bilis, attenuando ac secando, corpus uidelicet fluidum faciendo concoctionẽ expectabis, quod 1. aphorismorum aphorismo 24. et 2. aphorismrum 9. repetiit. Item & 4. opponitur constitutione ar.*

med.

med. id em Galenus inquit, quod in naturalem ſtatum redire poteſt, contrarijs alterare oportet, craſſum & glutinoſum attenuando, tenue incraſſando, communiter autem utraque concoquendo. cum igitur craſſum et glutinoſum concoquendo attenuetur, non igitur coctio fit incraſſando; 5. de urinis ſcribens Galenus 1. de criſi inquit quæ mediocri craſsior eſt incocta eſt, ſi mediocris ſubſtantiæ & ſubruffa, concocta eſt, igitur quum concoqui debet, attenuanda eſt, non igitur uniuerſaliter incraſſando procedit. idem colligere poteris ex Hippocrate 2. prædictionum capite de urinis, urinam admodum craſſam damnante, at urinam quoque etiam naturali craſſiorem Galenum uidebis commento eodem non laudantem, non igitur concoquendo incraſſandum eſt. præterea & 6. contentum proportione reſpondet continenti, quoniam ſecundum continentis diſpoſitionem, contentum diſponitur, ut ad ſui ſimilem alterando immutetur, ſed continens, ut uaſa, quibus quod concoquitur, ad membra, ut nutriat, demandatur, qualis eſt inter alia concaua uena, attenuando procedit. de maximis enim quæ circa dorſum reſident peruenitur (teſte Ariſtotele 3. de partibus animalium) ad uenas minimas ad membra nutrienda terminatas, quæ tum uaſis maioribus, tum craſſitie ſanguinis nutrire debentis in eiſdem uaſis maioribus contenti, ſunt tenuiores. igitur contentum

quod

quod concoquitur, non incrassando, sed attenuando procedit. 7. excrementa proportione respondent ei à quo deciduntur, at excrementa concoctionum atttenuando procedunt, quoniam urinæ, & ea quæ excernuntur, per sudorem, uel per halitus insensibiles, quæ sunt excrementa 2. & 3. et secundum aliquos nonnulla eorum excrementa sunt 4. concoctionis, tenuiora sunt excrementis per aluum, quæ sunt primæ concoctionis excrementa, igitur et utile quod concoquitur, à quo excrementa decidũtur attenuando procedit. præterea aduersus quæ dicta sunt de mente Aristotelis uidelicet digesta siue concocta calidiora et crassiora esse, obijcitur, quoniam eadem bilis quũ cruda existit flaua est, quum cocta, pallida, autore Gal. 2. de ratione uictus in morbis acutis commento 44. uerum quum ea sit pallida, sit talis per admixtionem plurimæ aquositatis, Galeno autore 3. de ratione uictus in morbis acutis commento 2. eam attenuantis et proinde infrigidantis, quum uero sit flaua, fit per calorem id nutrimenti assantem quod est calidissimum ac sane dulcissimum, qualia sunt tum mel, tũ adeps etc. id genus, Galeno autore 2. de naturalibus facultatibus capite ultimo. ea igitur per assationem seu ustionem calidior & crassior est ea, quæ pallida nominatur, falsum igitur est, bilem pallidam (quum cocta est) crassiorem & calidiorem esse flaua bile cruda. 2. quoniam bilis per infrigidantia

gidantia et humectantia digeritur seu concoquitur, igitur quum digesta est, non est calidior, sed frigidior. assumptum ostenditur ex Galeno scribente 3. ar. medicæ capite 89. ad inueniendum causas salubres morbi qui fit, qualis est tertiana opus esse euacuatione & alteratione, alteratio autem fit per contraria 3. ar. medicæ capite allegato, bilis igitur quum sit calida & sicca, et peccat, per frigida & humida ei contraria alteranda est, non autem à calido ut scribit Aristoteles, quam alterationem Galenus 3. ar. medicæ loco antea citato concoctionem uocat positio igitur Galeni & medicorum in materia concoctionis cum positione Aristotelis minime congruit, præterea 4. meteororum textu 14. iuxta Alexandri sectionem de hepsesi spetie concoctionis sermonem habens, quæ fit elixãdo inquit, quæ eam patiuntur, nonnulla incrassari, nonnulla uero tenuia fieri, sicut quum lac elixatur, segregatur enim in serum quod tenue est, & in coagulum, id est caseum, qui crassus est, sic enim interpretatur Alexander idem etiam de alimento quod in calido & humido à caliditate corporis animalis decoquitur, intelligatur, quoniam Aristoteles eodem libro textu iuxta Alexandrum 16. inquit easdem spetíes esse concoctionis uidelicet optesis & hepsesis quæ fiunt ab arte & quæ fiunt à natura similiq; modo fieri, tametsi quæ à natura fiunt, innominatæ sint, si igitur in hepsesi

spetie

ſpecie concoctionis ab arte facta, quædam incraſſantur, quædã attenuãtur, igitur in concoctione quæ fit à natura quædam incraſſantur, quædam attenuãtur, non igitur uniuerſaliter concoctio incraſſando procedit, ceterum obiectiones hæ facile diluantur ſi cõcoctionem (ut prima parte quæſiti dictum eſt) diſtinguas, quædam enim propria eſt, quæ à natura fit aſſimilando, & hæc perpetuo incraſſando procedit, alia uero quæ ex cauſa in prima quæſiti parte dicta, non proprie coctio nominatur, uerum quia propriæ concoctioni, quæ fit à natura præcipue in febricitantibus adminiculatur, ob hoc id nominis aſſecuta eſt, ea enim aſſimilationi præparat, & hæc præparatio in febricitãtibus ſiue ab artis adminiculo, ſiue ſolum à natura fiat, non oportet in genere incraſſando procedat, uerum iuxta materiæ in quam agit, affectum, quem in ea comperit, quippe quandoq; ut (antea dictum eſt) attenuando ac incidendo, interdum uero incraſſando procedit, primam itaque obiectionem refellimus dicentes, cibum qui concoquitur, ut pars membri fiat, non eſſe totum id craſſum, quod manditur, ac deglutitur, ſed utile id excrementis illaboratis, ſeu non perfecte elaboratis ab eo excretis, in quod calor noſter inſitus agens, tenue humidum ſicco terreo craſſo promiſcens necnon tenue ab eo euaporans, quod remanet, confectum, craſſius redditur, & ſic concoctio incraſſando procedit,

ſecundum huic conſimilem modum 2. naturalium facultatum capite ultimo ſcripſit Galenus dum ſanguis in iecinore conficitur, craſſum ueluti illaboratum ad lienem pellitur, tenue uero ueluti uſtum ad fellis uaſa uocata tranſmittitur. tertio quoque ſim. medicamentorum capite 14. in quolibet ſucco excrementum tum tenue, tum craſſum reſecatur, id uero quod ueluti utile remanet, dum à natura elaboratur incraſſando procedere dicimus, quod 2. de fructibus, ut caſtaneis, pyris, glandibus etc. quæ primo duriores, poſtea molliores et tenuiores redduntur, diceretur, iuxta ea quæ 4. ſim. med. cap. 7. à Galeno ſcribuntur, fructus, quibus ineſt terreum craſſum, quoſdam duntaxat calefieri, nonnullos humefieri, quoſdam utrunque pati. ſi duntaxat calefiant æque duri ut prius remanent; duntaxat dulcedinem adipiſcentes, ut caſtaneæ etc. ſin uero humectentur per humidi aquei craſſi ad terreum ſiccum attractionem molliores redduntur, & ubi acerbi erant, auſteri fiunt, ſi humiditas tenuis attrahatur, acetoſi euadunt, quod ſi in tantum calefiant & humefiant, ut terreum ſiccum attrahatur, dulces & pingues redduntur, obiecta igitur propoſitum non deſtruunt, quoniam ad incoatam concoctionem noua trahitur materia, de qua nobis non eſt ſermo, ſi tamen de concoctione, de qua tum Ariſtoteles 4. meteororum loco alias citato ſermonem habet tum præter alia

loca

loca Galenus 1.aphoriſmorum commento uigeſimoſecundo, nobis ſit ſermo, ubi, præter cuiuſpiam alterius humidi & ſicci nouam attractionem, ſed ſolum id quod 1. attractum eſt & retentum humidum quod una cum eodem ſicco terreo ab initio concoquitur, id eſt quod ut opus eſt dum à calido innato elaboratur cum eodem ſicco magis ac magis commiſcetur, (quoniam uis alteratrix à qua fit concoctio ex ordine naturalium facultatum ſupponit nõ ſolum rei factam attractionem, uerum & eiuſdem rei non alterius factam detentionem) ut tandem ab eadem ui alteratrice perficiatur actio, quæ concoctio nominatur, per quam agendo non ſolum fit (ut dictum eſt) humidi cum ſicco commixtio, uerum et tenuis euaporatio, hoc itaque modo ſemper cõcoctionem incraſſando procedere fatendum eſt. quod ſi propter hæc obiecta adducta, et prædictam noſtram ſolutionem, ſententiam hanc Ariſtotelis, uidelicet concoctionem incraſſando procedere, non in omni caſu eſſe ueram colligere intendas, quia nõ, ubi noua materia ad locum concoctionis attrahitur, adhuc ut eius ſententia uniuerſaliter uera conſtet, firmaq́; & ſolida ſit, obiecta prædicta aliter & facile diſſolui poſſunt, dicendo, quum nouus per tractum (ut prædictis fructibus euenit) accedat humor, noua rurſus ſub incipiat concoctio à prima diſcreta opus eſt, at conſtat in hac noua ſubincipiente concoctione, ut ab eo no-

ua ſubincipiente concoctione, ut ab eo noua fiat humidi cum ſicco permixtio, & tenuis euaporatio opus eſſe, quod autem remanet per humidi cũ ſicco mixtionem ac eius euaporationẽ, magis eſt terreum ſiccum & craſſum, perpetuo igitur & in omni caſu concoctio incraſſando procedit. De ſecundo uero uidelicet ſpirituum uitalium et animalium per concoctionem generatione, nonnulli prædictis moti ſcripſerunt, non omnem concoctionem incraſſando procedere, quoniam non ea quæ in rei tenuis generatione ordinatur, cuiuſmodi eſt ſpirituum tenuium ex ſanguine craſſiori per concoctionem generatio, uerum duntaxat, quæ in rei craſſioris generationem tendit, ueluti ſunt membra, quod his rationibus oſtendere conantur, primo quoniam ea quæ ſunt ad finem, ſecundum proportionem ipſius finis diſponuntur, quoniam finis alijs neceſſitatem imponit, at finis concoctionis eſt, ut rei tenui deperditæ quantum fieri poteſt res conſimilis reſtituatur, nempe reparatio, quantum poſſibile eſt, deperdito ſimilis eſſe debet. quum igitur res deperdita ſit ſpiritus, res quouis ſanguine & halitu tenuior, ut conſtat 3. uirtutum naturalium capite 14. igitur quæ concoquuntur ante finem, ut eum aſſequantur uidelicet ſpirituum reſtaurationem, tenuari debent, concoctio igitur attenuando procedit. ſecundo omnis motus & mutatio ex terminis oppoſitis in contrarios terminos fieri ſolet

Conciliatoɪ.

teſte

teste Aristotele 5. de physico auditu textu 9. at concoctio motus quidem est in alteratione, quæ dum fit, nec localem motum respuit, igitur de contrario in contrarium fieri solet. quòd autem mouetur 6. de Physico aud. tex. 32. partim est in termino à quo ex toto cum abijcere intendens, partim quidpiam termini ad quem possidens. quum igitur sanguis crassus à calore nostro concoquitur ut ex eo spiritus fiat tenuis, motu alterationis mouetur, igitur crassitiem deponens, ueluti terminum à quo tenuitatem ueluti terminum quem adipiscitur, concoctio igitur in rem tenuem ordinata, quemadmodum est spirituum per concoctionem generatio, attenuando non incrassando procedit.

CAPVT XVII.

Obiicit aduersus Conciliatoris positionem &c.

HIS *tamen non obstantibus, dicimus positionem hanc à mẽte Aristotelis alienam esse, quod ex dictis eius 4. meteororum textu 7. ut antea etiam à nobis ostensum fuit, iuxta Alexandri sectionem, cõstare potest, quippe is post uniuersalem digestionis seu concoctionis definitionem assignatam subiunxit, accidit autem omnibus uidelicet materiæ tum utili, tum inutili hoc pati, uidelicet digestum esse, quũ*

humiditas (hæc enim ea eſt, quæ terminatur ab ea quæ in natura eſt caliditate) obtenta fuerit, de utili quidem (ut alias dictum eſt) ſermonem habens uidelicet de alimento concoquendo inquit id à propria digeri caliditate, & ſi ab extrinſeco ut balneo & alijs hoc auxilium ſumere poſsit, cuius finem dicit eſſe naturam ſeu aliti ſubſtantiam. de inutili uero quũ expreſsit, pus in naſcentijs, rem putrefactam, urinas, & per aluum ſeceſsiones & excrementa reliqua, quæ quum digeſta ſunt, ſigna ſunt ſanitatis, quia inſinuant caliditatem, proprium humidum, quod eſt materia concoctionis obtinere, & de concoctione in genere ſermonem complens, de qua definitio ab eo prius fuerat aſsignata, ſub qua opteſim, & hepſeſim paſſa, putrefacta, aut aliqualiter aliter calefacta comprehendi uoluit, ſtatim ſubdit, neceſſe eſt digeſta craſsiora et calidiora et ſicciora eſſe, ſubiũgitq́;, digeſtio igitur hæc eſt, uidelicet quantum ad eius eſſentiam ac eam conſequentia, præterea is de pepanſi concoctionis ſpecie prius definitæ ſermonem habens poſt multa inquit, ex ſpirituoſis igitur fiunt aquea & ex talibus terreſtria, et ex ſubtilibus ſemper craſsiora fiunt, pepanſim paſſa omnia, deinceps. Ariſtoteles libro eodem textu 11. inquit, ea omnia ὠμά, id eſt cruda nuncupantur pepanſimq́; ſuſcipere ualent, quæ incraſſari poſſunt, ob quod ſola aqua, quum ſine ſicco ei admixto incraſſari non poſsit, ea igitur ſola quan

tumuis parum uel multum hepſeſim, id eſt elixationem patiatur, cruda uel pepanſim paſſa dici non poteſt, aqua elixari ſub hoc intellectu comprehende, quoniam partium eius inſpiſsionem à frigido factam, calidum deponit, uaporumq; calidorum ſubingreſſum, ac per hoc eius frigiditatis remiſsionem ea ſuſcipit, de quauis igitur concoctionis ſpecie in materia tum utili, tum noxia, & de utili non ſolum craſſa ſeu corpulenta, uerum tenui & ſpirituoſa ſermonem habens intulit eam incraſſando procedere, ſpirituum autem generationem per concoctionem fieri, in materia utili & tenui argumento eſt, quoniam ij ſpiritus ex ea materia fiunt, quæ in ſubſtantiam tranſmutatur, quæ eſt noſtræ ſubſtantiæ pars, quoniam auctore Galeno 11. methodi cap. 1. & 3. uirium noſtrarum ſubſtantia tum ex ſpiritu, tum ex carnoſa ſpecie, tum ſolidis ipſis completur, ea igitur incraſſando fieri debet. præterea eodem lib. textu 25. ſcripſit Ariſtoteles mixtum corpus in quo humidum à calido in id agente euaporat ſicco conſtante incraſſari, ſed in ſpirituum generatione ſiue ex ſanguine fiat tenui, ſiue ex quopiam alio à calido concoquente (ad cuius concoctionē eorum conſequitur generatio) fit humidi euaporatio ſicco conſtante, igitur eorum concoctio fit incraſſando, à calido autem fieri concoctionem, quam eorum conſequitur generatio, conſtat, (ut

ſæpe dictum eſt,) ex data ab Ariſtotele 4. meteororum concoctionis definitione, quum dixit eam eſſe perfectionem à proprio calido humidum cum ſicco permiſcente. quod uero eodem humido euaporante ſiccum conſtet, oſtenditur quoniá quod tenue eſt facilius craſſo alteratur, ac ut ſequens eſt magis eo diſcutitur, auctore Galeno 1. de differentijs febrium capite primo, & libro de inæquali intemperie cap. 4. at quum ſpiritus ſit corpus ex tenui & uaporoſo ſanguine iuxta com munem uiam genitus, ut etiam ex. 11. methodi conſtat cap. 3. & libro de uſu pulſuum, qui ex quatuor elementis conſtat, auctore etiam Auicenna de uiribus cordis cap. 2. in quorum commixtione humidum à calore concoquente, ſicco terreo craſſo permiſcetur, quoniam putrefactioni opponitur, cuius eſt humidú à ſicco ſeparare. eius igitur opus eſt ea commiſcere, per caloris igitur actionem, quum humidum eodem ſicco ſit magis tenue, facilius & magis alteratur, ac magis diſcutitur, ſicco ægre diſcutiendo, remanente, quod autem, tenui diſſoluto, craſſoq; non diſcuſſo, remanet, incraſſatur, ſpirituum igitur generatio per concoctionem facta, incraſſando procedit. ad rationes autem in contrarium addu ctas dic, ſecus eſt concoquere ac ad concoctionem (ut alias dictum eſt) præparare, quippe tametſi auctore Galeno 6. de uſu partium cap. 17. conceditur ſanguinem in uenis præelaboratum, per

meatus

meatus septo medio in corde insitos in eius partem sinistram, quam eodem libro cap. 7. uocat spirituosam, uidelicet, ut fiat spiritus, uitalis transumi ac attenuari, nec non attenuatum habituosumq; factum in arterijs contineri, qui ibidem etiam magis ac magis, ut libro de pulsuum constat exquisite præparatur, & qui longo tempore à natura conficitur (ut tandem spiritui animali copiosum suggerat alimentnm quod fit cum in cerebro, uel reticulari plexu spiritus fit animalis, ac deperdito similis reparatur) id tamen attenuari, non est nisi ad concoctionem pro spirituum generatione præparari, quod fit dum defecatur, motuq; alterationis de contrario in contrarium crassitiem deponens, tenuitatemq; assumens mouetur. ceterũ id ut antea dictum est concoquere non est, uerum quum ab excrementis, tũ crassis, tum tenuibus inutilibus depuratus ac attenuatus fuerit, & per humidi cum sicco terreo crasso meliorem (dum fit concoctio) commixtionem obtinuerit, ut tandem perfectiorem, quã antea, assequatur formam, uidelicet ipsius spiritus, consequi dicitur, quod factum est, quoniam ipsum animæ oportuit esse organum nobilis & perfectæ, in ea autem forma assequenda per calorem commiscentem ac concoquentem etiam tenuis fit euaporatio, sicco crasso & terreo remanente. quod autem eiusmodi remanet (ut antea dictum est) incrassatur, concoctio igitur spiri-

tuum

tuum non attenuando (ut aduersarij opponebant) sed incrassando procedit. quod autem opponebatur, auctore Galeno 3. uirtutum naturalium cap. 14. spiritum sanguine & halitu tenuiorem esse, necnon libro de inæquali intemperie eodem auctore scribitur ad alterandum, spiritum promptum esse, utpote ex partibus tenuissimis constantem, igitur eorum generatio per con coctionem fit attenuando non incrassando, dic spiritum ipsum ad sanguinem & halitus crassos non exquisite elaboratos, relatum, posse eis tenuiorem esse, quippe uti sanguis uariatur in tenuitate secundum magis & minus, sic uapor & spiritus ipsi. nam sicuti sanguis arterialis uenarũ sanguine tenuior est, uaporq; bilis uapore à sanguine, pituita, & atra bili elato, tenuior est, sic uitalis animali spiritu, à quo uitali etiam sine medio spiritus fieri potest animalis, quippe uti ille calidior, sic eodem animali tenuior est, hoc itaque modo & non aliter dictum Galeni (quod opponitur) interpretandum est, uidelicet spiritum sanguine arteriali & halitu ab eo elato nondum exquisite depuratis seu elaboratis, tenuiorem esse, si tamen certa pars sanguinis halituosa & tenuis exquisite depurata, ex qua sine medio fieri debet spiritus, ad spiritus generationem per concoctionem faciendam incrassando procedentem referatur, dic ut sic spiritum sanguine halituoso & tenui exquisite depurato, crassiorem

crassiorem esse, quoniam in eius concoctione perfectiori, quæ fit per meliorem humidi cum sicco crasso commixtionem, quum fiat tenuis euaporatio, necesse est, quod remanet, crassius esse. sed statim oppones, quum spirituum animalium generatio ex aere fit per nares in cerebrum attracto, ut lib. de usu respirationis capite quinto constat, ueluti uitalium generatio ex aere in carne pulmonis concocto, eodem Galeno teste 7. de usu partium cap. 8. non igitur ex sanguine fit halituoso, ad hoc dicendum, nedum animalium spirituum generationem ex sanguine fieri halituoso (teste eodem, libro de pulsuum usu, necnon libro de usu respirationis capite dicto) uerum & ex aere fieri posse, nedum ut euentante, ut communiter Gentilis & alij dicunt, uerum ut eius elemento per nares in cerebrum attracto, quod testatur Galenus libro eodem de respirationis usu capite citato, ueluti uitalium spirituum generatio (ut opponebatur) fit ex eodem aere, teste eodem lib. 7. de usu partium capite citato, in carne pulmonis cōcocto ac ad eorum formam in corde suscipiendam, in pulmonem secundum qualitatem sibi familiarem antea præparato. fit igitur uitalis spiritus (Galeno auctore 12. methodi cap. 5.) tum ex sanguine uaporoso seu halituoso, tum ex aere inspirato in corde, ueluti animalis partim ex inspiratione, partim ex eo quod reticularis plexus suppeditat, irrigatur atque alitur,

alitur, dixi reticularem plexum ſuppeditare, quoniam ſiue in eodem formam ſubſtantialem ſuſcipiat, cui Galenus 9. de uſu partium cap. 4. conſentire uidetur, poſtremamq; perfectionem in uentriculis ſuſcipiat, quod intelligo (quoad accidentia) & id eſt, quod 7. de uſu partium capite 8. ſcribitur uidelicet in uentriculis poſtremam elaborationem ſuſcipere, ſiue in reticulari plexu elaboratus duntaxat præparetur, formamq; in uentriculis ſubſtantialem ſuſcipiat, ut idem ſentire uiſus eſt, tum 7. de uſu partium capite allegato, tum libro 8. cap. 10. & 11. de hoc enim nunc nobis non eſt curæ, præter prædicta uitalis quoque ſpiritus, teſte Galeno 9. de uſu partium cap. 4. per arterias ſurſum latus, ipſius animalis ſpiritus propria poteſt eſſe materia, cauſa autem multiplicitatis huius materiæ, in ſpiritus generatione fuit, auctore eodem, libro de uſu reſpirationis cap. 5. ut ſi per quodcunque ex his unũ, alimentum ei impediatur, per reliqua ei alimentum ſuggeratur. alimentum ſpiritibus ſuggeri ut nutriantur in præſentiarum intelligo, id eſt materiam præberi ex qua ij regenerantur. quod ſi aduerſus hæc obijcias, corpus mixtum ex elemẽto ſimplici fieri nequit, teſte Ariſtotele 2. de generatione textu 49. ſcribente, mixta omnia ſaltem perfecta ex omnibus ſimplicibus elementis conſtare, ſpiritus igitur quum ſit corpus mixtum & nobile, ex aere igitur ſolo ceu corpore ſimplici

plici fieri nequit, ueluti nec ex aqua immixta et incorporata, quidquam fieri poteſt, cuius idem Ariſtoteles teſtis eſt libro de ſenſu & ſenſato textu 51. ſic ſcribens, ἔτι δὲ, οὐδὲ τὸ ὕδωρ ἐφέλει αὐτὸ μόνον ἄμικτον ὂν, τρέφειν. σωματῶδες γάρ τι εἶναι δεῖ τὸ συστησόμενον. ἔτι πολὺ ἧττον εὔλογον τὸν ἀέρα σωματοῦσθαι. quod eſt, neque aqua ſolitaria, nulliq; commixta aliquid alere poteſt, quod enim conſtituendum corporatum eſſe oportet, cōſentaneum eſt ut multo minus aer corporatus fiat, & ex conſequenti minus nutriat. in quibus uerbis iuxta Alexandri expoſitionem ſic argumentatur Ariſtoteles. quod nutrit, corporatum & ſolidum eſſe oportet: quandoquidem, quæ nutriuntur, talia ſunt, at per concoctionem conſtituendum (uidelicet eſca ipſa) ſi mutari & perfici debeat, corporata & ſolida ut ſit oportet, aqua uero ſola immixta, corporata & ſolida nō eſt, minus uero aer, hæc igitur ſola incommixta nutrire non poſſunt. conſimili modo Ariſtoteles 2. de generatione textu 50. probat, quum ex aqua nihil poſſit nutriri, pari modo nec generari, quippe eadem ſunt, ex quibus ſumus & nutrimur, quod etiam ſigno oſtendit, agricolarum agros, ut plantas nutriant, cum aquæ commixtione ſtercorantium, cum quod nutrire debet corpulentum & commixtum eſſe oporteat, quod præter Ariſtotelem etiam Galenus ſcripſit de aqua tertio de ratione uictus in morbis acutis commento

mento 40. ſcribens, eam uim uitalem non roborare, quoniam non nutrit. quod ſi euadendo dicas, aerem noſtrum, quem inſpiramus, ſimplex elementum non eſſe, ſed mixtum corpus, aduerſus hoc obijciam pari modo, nec aquam qua utimur ſimplex eſſe elementum, ſed mixtum Galeno teſte primo de elementis, ex qua tamen nec fieri nec nutriri corpus noſtrum ualet. ſi igitur corpus ex aqua nutriri non ualet, igitur nec ſpiritus ex aere, et ſi ſpiritus ex atre nutriri ualent, igitur & corpus noſtrum ex aqua, nulla enim apparet diuerſitatis ratio, quod tamen eſt contra dogma Ariſtotelis & Galeni, ad hoc dicendum ex ſolo aere ut ſimplici elemento quidpiam mixtum nec nutriri nec generari poſſe, ut obiecto opponit, ex aere tamen ut alijs permiſcetur, uidelicet terræ fumis, & aquæ uaporibus ad aerem aſcendentibus, ignisq; per radios ſolis deorſum latis defluxibus, ad terram & aquam refractis, eiſdemq; inde ad aeris regionem usque ſuſcitatis, ex eorum inquam cum eo refrictione ac debita commixtione inſpirato in pulmonisq; carne iuxta Gal. in 7. de uſu partium capite 8. concocto ſpiritus nutriri ſeu generari poſſe cócedimus, hæc autem elementa refringi & commiſceri teſtatur Gal. lib. 2. de elementis, ſcribens, nedum terram quantumuis puram, quam tu uocas elementum ſyncerum in mundo, uerum nec aquam nec aerem inuenire poteris, quibus aliquid alterius generis,

neris, uel qualitatum aliorũ elementorum nõ ſit commixtum, ex aere itaque ſic alijs commixto ac in hac commixtione præualente inſpirato, in carneq; pulmonis concocto in corde ſuſcepto, fiunt ſpiritus uitales, ex eoq; per nares potiſsimum inſpirato in cerebro attracto, ibiq; concocto (non autem æque bene ex corde per arterias ad cerebri membranas perueniente Galeno autore libro de uſu reſpirationis capite 5. nec etiam æque bene ex ſanguine euaporãte nec ex uitali ſpiritu in eius uentriculis, ſeu uijs intermedijs uidelicet nexibus reticularibus iuxta ea quæ ante dicta ſunt concocto) ſtatim ſpiritus fiunt animales, et quũ concoctio (ut ſæpe dictum eſt) fiat incraſſando, ſpirituum igitur per concoctionem generatio incraſſando procedit. & quum obijciendo reſumis, cur igitur ex aqua corpus non nutritur, ſi ſpiritus ex aere aluuntur, quum nulla appareat ratio diuerſitatis, quoniam ea eſt æque bene alijs elementis commixta & non ſimplex, ueluti aer commixtus & non ſimplex eſt, dic ſpiritus tum temperatura, tum modo ſubſtantiæ aeri plurimum proportione reſpondere, ſunt enim ſpiritus corpora tenuia mobilia calida, & à dominio aerea, idcirco ut ij ex eo generentur modica indigente tranſmutatione. ſecus autem eſt de aqua quæ & ſi commixta ſit ut aer, & non exquiſite ſimplex, ad corpus noſtrum relata, quoniam tamen corpus noſtrum ſolidum, frigidumq; & ſic-
cum

cum existit, ac à dominio secundum molem, terreum, cuius indicium est, quod suæ naturæ demissum in aquá descendit, aqua uero non solida, nec terrea est, sed fluxibilis existit, frigida et humida, corporiq; nostro, ut in eius substantiá transmutetur, plurimum proportione nō respondens, non igitur par ratio est, in ratione nutriendi, de aqua ad corpus nostrum relata, & de aere spiritibus collato. quod si rursus obijcias, concoctio, est perfectio, quæ à proprio & naturali fit secundum naturam calido, ut ex Aristotele 4. meteororum sæpe adductum est, at si ex spiritu uitali (ut ante dictum est) fiat in cerebro animalis spiritus generatio, quum spiritus uitalis omnibus quæ sunt in corpore nostro sit calidior, tum quoniam fit à corde omnibus partibus nostri corporis calidiore, tum quia tenuissimus est, quod nō nisi impense calidus esse potest, cerebrum autem ei collatum frigidum est, non igitur ex uitali per concoctionem generatio spiritus animalis fieri potest, alioquin, concoctionem à frigido fieri, & nō à calido, fateri opus erit contra dogma ab Aristotele de concoctione (ut antea ostendimus) nobis datum: huic dicatur, si idem secundum essentiam sit uitalis & animalis spiritus, ut nonnullis placuit, sola alteratione non per concoctionem ex uitali fieri animalem. quod si secundum speciem differant, et ex uitali per concoctionem fiat animalis spiritus, ut alijs uidetur, dic quum uitalis

talis in cerebri uentriculos, uel plexum reticularem peruenerit, à cerebri temperatura in materiam ſpiritus uitalis agente, eiuſdem materiæ calorem refringi, actioneq́; continuata tandem ſpiritus uitalis formam corrumpi, quum itaque cerebri temperatura dum in materiam ſpiritus uitalis, ex ea fiat animalis, agit, nouam mixtionem faciens, nouamq́; formam, de materia educens priorem formam uidelicet ſpiritus uitalis corrũpat, quæ noua mixtio nouæq́; formæ de materia eductio non niſi ui calidi ei appropriati fieri poteſt. calido igitur non frigido (tametſi id calore ſpiritus uitalis ſit remiſsius) concoquẽdo agit, nõ diſsimili modo quo cum in mamillis ex ſanguine decocto & calidiore fit lac, & ex ſanguine fit os, membrana, cartilago & cetera id genus, quorum forma à calido illis membris iuxta exigentiam actionis eorum proprio, tametſi id calore ſanguinis in gradu magis remiſſum ſit, de potentia materiæ educta eſt, prædicta tamen (et ſi ita ſit) modum eſſentiæ, ut in initio huius quæſiti dictum eſt, à frigido (merito cuius hæc frigida nominãtur) obtinuerunt, concoctio igitur ſpiritus animalis à calido, non à frigido fieri dicitur. tertium refellitur, concedendo pituitam lentorem participantem, & atram bilem craſſam à natura uel artis adminiculo attenuari & ſeccari. uerum (ut alias dictum eſt) attenuare & ſecare, non eſt concoquere, ſed ad concoctionem à natu-

ra faciendam præparare, quæ ſit humidum cum ſicco commiſcendo, & ob id incraſſando. 4. ut 3. reijcitur admittendo craſſum & glutinoſum attenuandum, & ſi lentum eſt, incidendum eſſe, ſed id non eſt concoquere per idem. & quintum tollitur concedendo humorem à quo deciditur urina, quæ mediocri craſsior eſt, à natura uel artis adminiculo prius attenuari, poſtea concoqui, per cuius concoctionem ab eo urina non craſſa, ſed mediocris & laudabilis ſubſtantiæ deciditur. ſextum ſic pellitur, conceſſo enim contentum quodammodo continenti ſecundum proportionem reſpondere, negatur aſſumptum pro ſecunda parte. neque enim uaſa quibus nutrimentum gignitur, & ad membra defertur, perpetuo attenuando procedunt, quoniam uenæ in ſubſtantia iecinoris exiſtẽtes in quibus ſanguis gignitur, anguſtiores ſunt uena concaua magna, à quibus tamen per eandem admodum magnam, & poſtea per minores, & tandem per minimas ſanguis ad membra delegatur. at admiſſo & non conceſſo, nutrimentum per uenas ad membra terminatas perpetuo minorando ac attenuando procedentes populari, inde tamen non ſequitur concoctionem attenuando procedere, quoniam ſecus eſt alimentum in uaſis iecinoris ſecunda concoctione incraſſando concoctum, in partes tenuiores & craſsiores iuxta membrorum nutriendorum exigentiam, ad quæ demandatur, diſpartiri,

&

& ipſum tertia concoctione, quæ poſtea fit, in membris, concoqui, quod perpetuo incraſſando procedit, quod enim incraſſando ſecunda concoctione concoctum eſt, & poſtea in plures partes diſpartitur, fit ui expultrice membrorum pellentium uidelicet à quibus receditur, uiq; membrorum attractrice ad quæ attrahitur attrahente, ad id auxilium ferentibus. ſeptimum infringitur concedendo excrementa ei à quo deciduntur proportione quadantenus reſpondere, non tamen opus eſt, tametſi excrementa ſecundæ & tertiæ concoctionis ad ea quæ ſunt primæ concoctionis relata, ſunt tenuiora, concoctionem attenuando procedere, quoniam excrementa fiunt per ſegregationem rerum heterogenearum ab utili, quarum craſſior & magis heterogenea, maiorq; copia prima concoctione ſegregatur quam in ſecunda, pari modo in ſecunda craſſior pars et magis heterogenea quam in tertia, ob id excrementa partibus craſſioribus antea excretis, aſſidue attenuando pelluntur, coctio autem quæcunque ubicunque fiat, quoniam fit per humidi tenuis cum ſicco craſſo commixtionem, et tenuis euaporationem, ob id incraſſando fit. octauum reijcitur concedendo flauam bilem crudam, quæ (excepta putredine) ſecundum naturam affecta eſt, pallida bile concocta, tenuiorem eſſe, & quum obijcitur pallida fit talis admixtione plurimæ aquoſitatis, eam attenuantis, quod ex Galeno o-

ſtenditur ſecundo de naturalibus facultatibus capite 2. hoc argumento id teſtante, quoniam per linteum percolata aquoſitas facile tranſit, bile non æque facile tranſeunte. cum igitur pallida bilis aquoſitate eam attenuante plurimum abundet Galeno præter alia loca autore libro de atra bile ca 2. quod non contingit bili flauæ, pallida igitur bilis ea bile quæ flaua eſt tenuior eſt, quod etiam aliter oſtenditur, quoniam bilis flaua per caliditatem aſſantem eius totam humiditatem conſumentem, ac eius partes tenues euaporando, eam incraſſantem, ualde incraſſatur, quod bili pallidæ nõ euenit, igitur bilis flaua bile pallida craſſior eſt, dic flauam bilem bifariam diſponi (ut primo articulo dictum eſt) uel (excepta putredine) ſecundum naturam, & hæc Galeno teſte 2. de ratione uictus in morbis acutis cõmen. 44. quum eſt cruda admodum acris, et male olens eſt, & eadem (iuxta Galenum 2. naturalium facultatum capite ultimo) tenuis eſt, & nomine ei appropriato flaua denominatur, quum uero ea cocta eſt acredinem deponens, minimumq́; male olens, per quam concoctionem etiam craſsior effecta eſt, pallida dicitur. & quum opponis eam coctam per copiam humiditatis eam attenuãtis, tenuiorem eſſe, dic humiditatem attenuantem ei admixtam, ſeu uerius loquendo iunctam eam fluidam reddentem bilis eſſe excrementum non eius ſubſtantiam, nec eius ſubſtantiæ partem, au-

tore

tore Galeno 2. naturalium facultatum capite ultimo. eius igitur substantia per concoctionem intrinsece incrassata est licet per maiorem humiditatis admixtionem quam ceu extrinsecus ei associatam pallida bilis continet eadem pallida bilis cocta, extrinsece tamen ut dictum est quam bilis flaua, quæ excepta putredine secundum naturam disposita est, tenuior sit. 2. dici potest pallidam bilem quæ cum flaua re eadem est, quæ cruda dicitur, ad eam relatam idcirco concoctam dici quia per humiditatem ei iunctam in qualitate uidelicet acredine, caliditate, siccitate, & mala olentia attemperata, est non tamen conditione eius essentiæ ad ueram concoctionem necessaria uere concoctam esse uel præter naturam affecta est, & hæc à calore assante, ac eius humiditatem totam consumente, fit uitellina, quæ euaporata, & per partium tenuium euaporationem admodum incrassata est, & ut sic humor purus facta, & hæc iuxta ea quæ scribuntur à Gal. 2. prædictionum capite de screatione admodum praua est, quam si (ea febrem excitante) concoqui, opus sit, uti in reliquis succis crassis necnon et uiscidis, quos præparando ante eorum concoctionem à natura faciendam attenuamus & incidimus, pari modo ante eius concoctionem à natura celebrandam eam præparando attenuandam esse, post cum membris solidis ut nutriat assimilari nequeat ut expellatur, cõcoquendam es-

ſe dicimus. nonum exploditur, concedendo bilem per infrigidantia & humectantia ueluti per contraria per artem adhibita concoctam, abſolute non eſſe calidiorem ſcipſa cruda. nec hoc Ariſtoteli aduerſatur ſermonem habenti de uera concoctione, quæ fit à natura, non autem de ea, quæ fit ab arte naturali concoctioni ſubminiſtrante, quæ tamen bilis ſi concoquatur à natura ſeu à calore innato, calidior eſt caliditate ſecundum naturam, uidelicet quatenus ab eodem refracta, attemperata, domita, & uicta, eidemq; calori ſecundum naturam magis obediens facta eſt, tam etſi ea cruda, putreſcens calore præter naturam, & extraneo, calidior ſit, & ut ſic primo Galeni et reliquorum medicorum cum poſitione Ariſtotelis congruit. poſtremum quod obiicitur, de his quæ hepſeſi, id eſt elixatione concoquuntur, ubi ſcribitur digerenda hæc quidem incraſſari, alia uero attenuari, & per hoc aduerſarii probare nituntur concoctionem uniuerſaliter ſiue in genere incraſſando non procedere, iam per ea quæ dicta ſunt patet diſſolutio, quoniam ſecus eſt ſegregare & concoquere, in omni enim ſucco concoquendo nonnulla tenuia fiunt, quatenus à à craſsis ſegregantur, ut in lacte ſeroſitas, nonnulla tenuia conſiſtentiam ac craſsitiem ſumunt, ut coagulum, ideſt caſeus, pari modo in alimento inquit Alexander aquoſitas urinalis attenuatur, quatenus à craſſo alimento ſegregatur, uerum

rum hoc (ut sæpius dictum est) non est concoquere, utile autem nutrire aptum, quum concoquitur, per humidi cum sicco admixtionem, tenuisq; euaporationem inspissatur ac crassum redditur.

CAPVT XVIII.

Probatur bilem, quæ est tenuis humor, à natura concoquendam esse, etc.

SECVNDAM *partem assumpti uidelicet bilem flauam de qua supra in quæsito habitus est sermo, esse à natura concoquendam ostenditur primo rationibus excremẽtis, febrem excitantibus communibus secundo ratione bili propria, primo quidem sic quoniam ea putrescens, quum ad benignum reduci non possit, ac sui qualitate peccet, ut naturæ molesta et rebellis est, purganda igitur ab ea concoquenda est, sequela constat ex commento Aphorismi 22. primæ particulæ concocta medicari, & mouere non cruda, ubi Galenus in commento inquit, materia non turgente, nec de loco ad locum agitata, sed consistentiam habente, natura post concoctionem humorem discernens, eos expellit, quo tempore fiunt iudicationes, cõstat igitur eam concoquendam esse à natura ante purgationem, siue ea purgatio fiat à natura siue ab arte, purgatio enim post coctionem fit à natura cum ea ualida & non impedita nocuam materiam discernens*

expellit. quum uero imbecillius ac moderatius id agit quod ei deficit in euacuando per artem ſupplente medico ea purgatio dicitur eſſe quæ ſit ab arte, de qua etiam locutus eſt (præter eam quæ fit à natura) Hippocrates necnon & Galenus commento aphoriſmi eiuſdem primæ particulæ uidelicet in perturbationibus uentris etc. ſcribentes, non ſolum à natura, uerum ab arte purgationem (quæ eſt humoris ſola qualitate peccantis euacuatio) fieri poſſe. 2. ex dictis Hippocratis 1. Epidemiarum tempeſtate ſecunda textu 44. ſcribentis, maturationes excrementorum omnes undiq; tempeſtiuæ aut bonæ etc. & per eiuſdem rationem, quoniam eorum maturationes celeritatem portendunt iudicii, certamq; ſalutē. tertio idem per rationē ab eo deſumptam textu 45. & à Galeno cōmento eodem, à contrario ſumptam roboratur, quoniam ſi concocta nō fuerit materia morbum excitans, & euacuetur, eiuſdem diuturnitatem portendit, uel acriſiam, id eſt nullum uel prauum iudicium, uel mortem, uel recidiuam, quo fit, ut in eo non ſit ſanitas, neque ſalutis celeritas. præterea & 4. Gale. auctore 2. aphoriſmorum aphoriſmo 9. ſi materia non concocta euacuetur, uertigines, tormina, faſtidium, malus pulſus uiriumq; diſſolutio inſequuntur, necnon materiæ in corpore remanentis concoctio impeditur uirtute imbecilla remanente ex plurima utilis materiæ ob cruditatem ab inutili

nondum

nondum ſecretæ, ſed ei commixtæ euacuatione, materiæ etiam utilis cum inutili maior conſequitur commixtio ob quod eadem materia utilis deprauatur morbiq; materia multiplicatur, et proinde morbus diuturnior ac ſæuior redditur. quinto, ratione bili propria, et eſt ſententia Hippocratis 3. de ratione uictus in morbis acutis textu, 14. & ex Galeno libro eodem comento 13. uidelicet (quum uel ex mulſa epota, uel abſque ipſa etc.) ubi Hippocrates in textu inquit, deiectiones eiuſmodi, uel bilioſæ, præter alias offenſas hypocondriorum ardorem excitabunt inquietudinem, membrorumq; iactationem, inteſtina, ſedemq; etiam ſui acuitate exulcerare ualebunt, quum igitur incommoda hæc non contemnenda, eam ſui acrimonia non concoctam, nec ſubactam, ſeu domitam, ægrotantes facile conſequi poſsint, ut igitur euitentur, naturæ concoquenti ante eius ab arte purgationem cõmittenda eſt, qua ad concoquendum imbecilla exiſtente, ab arte concoquendo iuuanda eſt, quæ ut antea probatum eſt incraſſando procedit. Neotericorum nonunlli hæc euadere nitentes, quatripartiti ſunt. quidam dixerũt bilem flauam, quũ ſit tenuis et medicamẽto eam attrahenti in ſubſtãtia ſit ſimilis, rationeq; ſimillimis ſit attractio, nõ igitur aliter eã concoqui opus eſt, (nec ab arte nec à natura) uerum hoc ſat eſt ad materiæ expulſionem, quoniam, ut per rationes in initio quæſtionis adductas conſtat, tan- Manardus & Fuchſcius.

tum

tum abest, ut incrassatio eius euacuationem promoueat, ut incrassata magis eã impediat, uerum quũ huc atque illuc transfluat, et in continuo sit motu, nãque sit uelut furiis agitata, solum medicamẽto opus est, ueluti manu eã ad loca expulsionis dirigente & attrahente. Ceterum positio hæc menti Hippocr. & Galeni aduersatur, quoniam si similitudo in substantia sat esset ad purgandũ, nulla alia indigens concoctione, seu æquotione, eadem ratione, neque pituita, neque atra bilis esset concoquenda, seu attenuando atque inciden do æquanda, quum ante præparationem pharmaco purganti, familiaritate substantiæ, hi humores sint similes, ut 3. simp. med. cap. 23. & 24. colligitur de grano emidio et enico pituitam attrahentibus, quod tamen, ut falsum, (præter Galenum libro quando, & qualiter purgare oporteat, & secunda aphorismorum, aphorismo nono ac alias) & ipsi fatentur, quum atram bilem ac pituitam ante purgationem concoqui præcipiant. quod si dicas simillimam humoris tenuitati, non autem crassitudini materiæ uel eius lentori iunctã ut obiectio probat sufficere ad purgationem, absque alia præparatione seu æquatione, & hoc sustineri non potest, nempe tenuitas semper est signum cruditatis, nedum in aliis, uerum & in bile quum in sua specie æquata non fuerit, ueluti est eiusdem bilis in initio morbi tenuitas, huius testis est Galenus primo epidemiarum

contra Fuchsium.

rum, loco ante citato uidelicet, prima tempesta te commento 25. Præterea si ad materiæ expulsionem tenuitas cum similitudine satis esset, in febre tertiana exquisita à bile flaua pendente, & est ratio Auicennæ, nebula uel suspensio, uel sedimentum in urina à febris initio apparere deberet, cuius contrarium experimur. præterea & tertio, natura in morbi initio uijs ac meatibus apertis materiam extra corpus pellere deberet, ac morbum iudicare. pari modo, medicus naturæ imitator, ab initio eá euacuare deberet, quoniam materia tum similitudinis, tum tenuitatis ratione uijs apertis (quum alia non sit opus concoctione) satis parata sit, & quum in initio morbi per crisim natura noxij euacuationem non tentet, & proinde nec prudens medicus naturam imitans eius euacuationem promoueat, nullo tamen in morbi initio præter materiæ cruditatem impedimento præsente, uerum cum ea à natura concocta est & natura ab aliquo non impedita eam cretice pellat, igitur & prudens medicus naturam imitans, segnius & imbecillius operantem ei auxiliando, pharmaco materiam coctam educere debet. materia igitur biliosa concoquenda est. ob id igitur nonnulli alij (ut fertur) dixerunt, obiecta hæc euadere putantes, biliosam de qua dictum est, materiam incrassando à natura concoquendam esse, sed non ab arte. Aduersus quos obijcitur, quoniam primo epidemiarum Curtius.
commen.

commen. 44. & 45 auctoritate Hippocratis, ſcribit Galenus, ſi natura concoctionem efficit, & ars quoque ei auxiliando, ubi ea ex ſeſe non ualet, concoctionem efficere debet, medicum enim inquit Galenus, Hippocrate teſte, naturæ æmulum ac miniſtrum eſſe oportet, natura itaque quum in excrementis, in quorum numero eſt flaua bilis, incraſſando concoctionem operetur, ut abunde paulo ante de coctione in genere probatum eſt, igitur & medicum naturæ auxiliando eiuſdem bilis concoctionem incraſſando (ut decet) effecturum eſſe oportet, hoc idem Galenus confirmat prima aphoriſmorum comm. 2. ſcribens, ſicut autem ſemper Hippocrates adhortatur, ut quæ recte à natura fiunt, etiam in artis operibus medicus imitetur ſic & nunc idem egit etc. nec quod à non nullis prioris poſitionis auctoribus dicitur materiam huc atque illuc tranſfluere, continuoq; in motu eſſe, ueluti materia turgens tranſfluit, uerum eſt, quinimmo ſi bene conſideretur, & hoc cum doctrina Hippocratis, & Galeni quadrare non poteſt, quoniam Hippocrates quarta aphoriſmorum aphoriſ. 10. ſcriptum nobis reliquit, medicari in ualde acutis eadem die, ſi materia turgeat. uerum Galenus de tertiana exquiſita ſcribens primo ad Glauconem capite proprio inquit, ſi autem ſigna concoctionis apparuerint, bile ſtomachum infeſtante, comam abſynthij melicrato intinctam purgandi

Manardus & Fuchſius.

gratia

gratia adhibere poteris, quod alioquin est summum remedium, quæ tamen signa concoctionis in intermittentibus tertianis (teste Galeno eodē libro cap. 8. de indicijs continuarum principaliter sermonem habent) tertio, uel quarto die ad summum monstrantur, (quod intelligo magna ex parte uerum esse,) non autem eadem seu prima die, non igitur materia hæc turgens est. secundo, materia turgens raro apparet, teste Galeno prima aphorismorum comm. aphoris. 24. uidelicet (in acutis passionibus raro, & in principijs medicinis purgantibus uti) & libro quando et qualiter purgare oporteat, ubi exponens aphorismum hunc in acutis passionibus &c. scripsit, ideo addidisse uerbum hoc (raro) utendum esse pharmaco purgante in initio morbi, quoniam raro humores à principio cōcitati ac turgētes sunt. at tertiana exquisita à bile flaua pendens, non raro, sed plurimum abundat, præcipue æstate, teste Galeno 2. de crisi cap. 3. mentem aphorismi Hippocratis tertia aphorismorum aphorismo 22. uidelicet (æstate non nulli horum febres continuæ, ardentes, tertianæ, &c.) interpretante. non igitur raro apparet. quare materia biliosa tertianam &c. faciens, minime turgens nuncupanda est. præterea materiam tertianæ non esse turgentem alias ostenditur, quoniam materia (ut quarta aphorismorum aphorismo 10. ex Galeno præcipitur) ex eius huc atque illuc fluxu nō est

est citra periculum, at materia tertianæ est citra quodcunque periculum, quod ostenditur, quoniã (teste Hippocrate tum primo epidemiarum tempestate tertia textu 8.) tertiana cito iudicatur, nec est letalis, & quum non sit letalis, sed salubris, est igitur citra periculum, tum teste eodem quarta particula aphorismorum, aphoris. 43. uidelicet febres quocunque modo intermittentes potissimum per tertiam inuadentes periculũ abesse significant, tertianam uero exquisitam intermittere, per tertiamq; inuadere nemini dubium est, quoniam Galenus comm. aphoris. 59. quartæ particulæ, uidelicet tertianæ &c. septem circuitibus (quod longissimum est) iudicatur, inquit, eius accessionem 12. horis ad summum terminari, quod & primo ad Glauconem cap. 8. necnon 2. de crisi cap. 3. secundoq; de differentijs febrium capite eodem confirmat, non igitur materia tertianæ turgens est. quod si contendẽdo persistas, ut Manardus, & alij oppositum sentientes, ex turgentis ratione à Galeno descriptæ, tum ex comm. aphoris. 22. primæ particulæ cuius initium est, concocta medicari &c. & libro, quando & qualiter purgare oporteat, ubi ait, quæ de loco ad locum mouetur ac transfluit nullam penitus consistentiam habens turget, tum 8. de compositione medicamentorum secundum loca turgere est, materiam ad excretionem moueri, & nondum ad certam sedem impetum aut

consistentiam

consistentiam habere, cuius causa (ut ipse scribit)est caliditas exuberãs tenuitati coniuncta acris ueluti membra exurens, ob quam à quouis membro reijcitur, at id materiæ tertianæ conuenit, quoniam 2. de crisi cap. 3. & 6. bilis in tertiana per totum defertur corpus, cum rigore, bilis uomitu, secessu &c. igitur ea, materia turgens est, huic dicatur, materiam tertianæ, tametsi ad uaria excretionum loca transmittatur, non esse turgẽtem, quoniam eadem materiæ portio ad diuersa non pellitur loca, quinimmo alia ac alia est materiæ pars, quæ diuersa petit loca, nempe quæ ad uentriculum, ut uomitu pellatur, non eadem, sed portio aliæ materiæ ad intestina ut per secessum excernatur, pellitur, nec quæ ad prædicta loca transmittitur, ad totius ambitum pellitur, nec ea, quæ ad ambitum totius pellitur ad excretionem seu ad loca excretionum, ut constat, mouetur. est autem turgens (ut dictum est) ea quæ secundum partes indiuisa ceu ambigua seu motum habens ambiguum diuersa suo impetu petit loca ueluti animalia ui seminis eiusdem excernendi concitata, quum loco eodem persistere non possint, huc atque illuc sese transferunt, uel quæ indiuisa secundum sui totam ad loca excretionum mouetur quod materiæ tertianam facienti non accidit ut ostensum est. hoc igitur uere materia tertianæ turgens appellanda non est.

Caput

CAPVT XIX.

Probatur, nullum humorem, ut est esse causa coniuncta, concoqui posse, rationibus aliorum.

NON NVLLI *alij prædictis fortasse moti rationibus, bilem concoquendam esse probantibus, in aliam opinionem deuenientes scripserunt, bilem, uel quemcunque alium etiam non tenuem humorem, qui tametsi, ut est causa antecedens, concoqui possit, ubi tamen is fuerit morbi causa continens, quam Arabes coniunctam uocant, non solum in intermittentibus, uerum & in continuis, aliquo pacto concoqui non posse. quorum opinionem uel apparentibus rationibus roboratam destruemus. prima itaque ratio, quæ pro hac positione adducitur, est hæc, concoctio à calido fit naturali super re quæ concoquitur dominante, putrefactio uero à calido præter naturam, super re putrescente dominium habente cum caloris naturalis imbecillitate, at non potest calidum præter naturam, & secundum naturam eidem simul dominari, quoniam contraria sunt, igitur ea bilis, quum actu putret, & quæ causa est continens concoqui non potest. Secundo materia actu putrens ex toto euaporat & in fumum conuertitur, secundo de differentijs*

ferentijs febrium capi. 11. & ab Auicenna prima quarti, igitur non est concoquenda. sequela deducitur, quoniam concoquitur quod est humidum corpulentum, ut terreo ui calidi permisceatur, non autem quod euaporat, at humor putrés febrem non accendit nisi putrida fuligine intercedente à calore præter naturam ad cor elata, ut primo de differentijs febrium cap. 5. constat, ei igitur fuligini (quum ea non sit corpulenta, sed ex toto euaporans in aerem dissipetur) concoctio adhiberi non poterit, neque igitur materiæ actu febrem excitanti coctio adhiberi potest, quum ea solum per putridam fuliginem febrem committat. tertio si posset eiusmodi materia concoqui, igitur in statu ubi materia est cocta, accidentia omnia imminuta essent, quod falsum esse constat, tum ex aphorismo 29. tum 30. secundæ particulæ, ex aphorismo quidem 29. ubi inquit, quum morbi incoant, si quid uidetur mouendum, moue, in statu uero silentium habere melius est, ubi Galenus in commento ait, omnia in statu fortiora esse, sub quibus omnes connumerat casus, quos etiam uult in statu fortiores esse, & huius dicti rationem reddens inquit, quoniam concoctiones tunc maximæ fiunt, quod & aphoris. 30. (ut dixi) repetit, uidelicet circa principia & fines omnia imbecilliora, quum uero consistunt, fortiora, ubi Galenus in commento inquit, circa principia & fines casus omnes, uidelicet uigilias, dolo-

res, ſitim, &c. imbecilliora eſſe, quum uero conſiſtunt (auctore Hippocrate) fortiora. ſequela uero deducitur, quoniam concoctio eſt, qua materia ſit magis naturæ obediens, minusq; ei reſiſtens, & ob id ſymptomata minora fieri debent, quum ea morbum à materia pendentem inſequantur, ueluti umbra corpus, undecimo methodi capite 12. et tertio de differẽtia ſymptomatũ capite 1. quum igitur morbi magnitudo, & paruitas materiæ concoctionem & cruditatem inſequantur, at materia in ſtatu eſt, concocta, obediensq; uirtute facta, morbus igitur nedum melior, uerum et minor eſſe debet, caſus itaque ipſi omnes eum inſequentes imbecilliores erunt. præterea id quod curationem impedit cauſæ actu morbum facienti non debetur, at concoctio cauſæ actu morbum facientis eſt id quod curationem impedit, igitur ei coctio non debetur. aſſumptum pro prima parte conſtat, quoniam tum naturæ, tum artis curatricis ſcopus eſt cauſæ actu lædentis euacuatio et morbi curatio ſanitatisq; poſſeſſio. ſecunda eius pars aſſumpta monſtratur, quoniam humoris acceſſionem facientis parte tenui euaporata, & in fumum conuerſa, quod reſidet non euaporans, fit cinis, quippe per putrefactionem in humore quæ fit à calore putrefaciente, ſeparatur humidum tenue à terreſtri ſicco, ſeparatumq; ab eo humidum facilius euaporat, nam 4. meteororum textu 3. quæ putreſcũt,

primo

primo fiunt humida à calore ipsum humidum extraente, postea eo euaporato sicca efficiuntur. at si fiat coctio, quum per eam humidi tenuis cum sicco terrestri fiat commixtio, operantibus enim actiuis qualitatibus siccum humido terminatur, per quam uidelicet commixtionem ipsius humidi tenuis euacuatio impeditur, igitur si causa actu febrem faciens, concoqueretur, quatenus humidi sicco terrestri per concoctionem commixti prohibetur euacuatio, curatio impeditur. præterea quoniam quod putrescit corrumpitur secundum calorem proprium iuxta putrefactionis definitionem 4. meteororum textu 4. ab Aristotele assignatam, quæ est corruptio propriæ & innatæ caliditatis in unoquoque humido ab aliena caliditate, quæ propria caliditas quum stet loco formæ, ea igitur corrupta, substantia, cuius ea est forma, corrumpitur, igitur concoqui nõ potest, quum quod concoquitur eius substantia maneat ut tertio ar. med. capite 89. constat, & esse habeat, opus est. præterea bilis (præter putredinem in ea consistentem) suapte natura calida & sicca est, igitur quum coctio, actio sit, quæ non fit nisi inter contraria, primo de generatione textu. 50. & 51. & quum à calido fiat, iuxta eius definitionem 4. Meteororum quæ est perfectio à naturali & proprio calido etc. calidum autem calido nõ est contrarium, igitur concoqui non potest. præterea coctio fit à calido temperato, quinto

ſcilicet medicamentorum capite 5. at febre in corde exiſtente corpuſq; totum poſſidente , nullus calor, quinimo nec qui eſt congenitus, poteſt in eo eſſe temperatus, quoniam per febrem calor naturalis congenitus mutatus eſt in igneum, igitur materia putrens in eo concoqui non poteſt. item coctio, (quam tu per incraſſationem fieri ſcribis) bilem à natura ſua permutat, quoniam quum natura eius ſit tenuis, coctio eam inſpiſſans & incraſſans terream reddit, plurimum itaque concoctio hæc a ſua natura & ab uſibus ad quos à natura deputata eſt, eam permutat, igitur non concoquenda eſt. præterea ſi ea extra uenas actu putrens febremq; faciens concoqueretur, ab ea in urina decidi poſſet (ueluti concoctionis indiciũ) ſedimen laudabile, quoniam illud non eſt niſi humor faciẽs ægritudinem qui eſt coctus, ſignumq; concoctionis in putridis febribus non ab alio quã ex urina, et cõtentis in ea petitur, ea enim ſe præbet indicium ſuper humoribus in hepate genitis, & in uenoſo genere reſidentibus, primo de criſi capite 7. quod etiam primo de differentijs febrium capite 5. à Galeno ſcribitur, quum inquit, putredo in uaſis ſimilis eſt putredini in inflatione, at quum in inflammatione fit pus laudabile, id indiciũ eſt concoctionis ſanguinis inflãmationẽ conſtituentis, pari modo ſedimen ex materia quæ concoquitur in uaſis, decidens, in urinaq; reſidens album lene, & æquale etc. indicium eſt con-

concoctionis materiæ, quæ in uenis concoquitur, ceterum in intermittentibus hoc fieri non potest, quoniam bilis intermittentem febrem faciens à uenis (teste Galeno 2. de crisi capite 3. & 6.) extra uenas effusa est, quæ quum eo in loco putrescat, eas iterum ingredi non ualet, quod ostenditur, quoniam ea effusa, uel materia crassa & lenta est, uel tenuis, quod non crasso nec lenta ostenditur quoniam ea quum sit in loco extra uenas, sui crassitie uel lentore ibidem infarta, ab eo auelli non potest, quod non fit alia ratione nisi quia crassa et lenta in loco illo coacta atque astricta est, ut præter quod auelli non potest (teste Galeno 3. ar. med. capite 95.) etiam cum difficultate dissolui possit, uel esto, eam non esse eius naturæ uidelicet crassæ & lentæ, sed tenuis, ea quum in spatia media membrorum extra uenas effusa est, per locum patientem teste Galeno 3. ar.med. capite citato ipsum scarificando & medicamine uim habente eam dispergendi (ut ab eo præcipitur) euacuanda est, quum itaque nec tenuis, nec quæ crassa est & lenta, in uenas remeare possit, non itaque ab ea sedimen laudabile decidi potest, non igitur causa actu morbum faciens concoquenda, minus uero incrassanda est.

CAPVT XX.

Impugnatio prædictæ positionis, & rationum eiusdem solutio &c.

Impugnatio secundæ positionis.

C

Eterum quia positio hæc à uero deuiat, idcirco aduersus eam hoc modo instatur. materia illa morbi concoquitur penes cuius concoctionem et cruditatem, tempora morbi distinguuntur, hæc enim de se nota est, at hoc fieri non potest nisi penes alterationem materiæ quæ actu putrescit, quod ostenditur, quoniam uel penes alteratioñe solius causæ accidẽtis, uel etiam eius quæ actu putrescit, non penes alterationem solius causæ accidentis, quoniam tempora morbi sunt partes eius morbi, qui est in actu, quippe morbus primo de locis affectis capite 3. est unus & idem secundum essentiam ab initio ad finem usque. tempora igitur ipsius morbi qui est actu in quibus essentia eius includitur, distinguuntur iuxta alterationem ipsius materiæ à qua morbus qui est actu pendet, talis autem est ea quæ actu putrescit, si enim tempora morbi solum secundum accidentem causam distinguerentur, quum ab ea non pendet qui actu est morbus, sed qui futurus est, ab ea igitur sumerentur solum tempora futuri morbi, non autem eius qui actu præsens est morbus, & ob id quum

materia morbi esset perfecte concocta, morbus actu non esset in statu, sed is solum qui futurus est morbus, quod dissonum est in arte, & Galeno primo de crisi capite 17. & 18. aduersatur scribenti sicuti in phlegmone quum generatur pus, fiunt dolores & febres magis quam eo facto, quia morbus actu est in statu, sic ubi generatur sedimen quod apparet in urinis album, lene, etc. subsidens, morbus est, in statu uidelicet qui actu præsens est, non autem qui futurus est, causa igitur morbi coniuncta concoquitur. secundo idem ostenditur ex Galeno 2. de crisi cap. 18. scribente οὕτω γ᾽οὖν κἀπὶ τοῦ ἀναξίωνος, ὅσον ἐκ τῆς προτέρας κρίσεως τῆς ἐλλιποῦς ὑπελείπετο ἂν, τοῦτ᾽ αὖθις ζέσαν ἐν τῷ τῆς πέψεως καιρῷ, τὸν πρὸ τῆς κρίσεως ἐγέννησε πυρετόν. quod est. Sic igitur & in anaxione quantum ex priori crisi defecta relictum erat, hoc rursus efferuescens in concoctionis tempore illam quæ antecessit crisim febrem generauit, nõ autem materia illa in pleuritide febrem faciens efferbuit, nisi quia putruit, febris enim pleuritidem consequens putrida est, & quum ea concoqueretur & fuerit causa actu morbum faciens quam coniunctam uocant, ea igitur morbum actu faciens concoquitur. præterea præter accidentem causam coniũctam conco qui ex uerbis Galeni ostenditur, is nanque primo de differentijs febrium capite 6. scribit, humorũ putredinem in uasis similem esse putredini in in-

flammationibus, igitur quum in inflammatione sanguis actu putrens sit causa coniuncta, non autem accidens, & is concoquitur, quoniam fit pus album, lene, æquale etc. igitur & sedimen in urina à uasis decisum ut fit in febre continua quod est pars humoris in uenis concocti super causa cōiuncta actu in uasis morbum faciente, nō tantum super causa accidente indicans, concoquitur. Ceterum quia positio hæc negans causam morbi continentem cōcoqui posse, in hoc conuenit cū tertia positione bilem neutram, uidelicet nec quæ causa est continens, nec quæ accidens posse concoqui asserente, paulo post recitanda & confutanda, idcirco eius confutatio impræsentiarum ab ulteriori eius impugnatione omittatur, & illum in locum differatur, ad obiecta autem positionē contrariam roborantia facilis est responsio. ad primum dic, tametsi per calorem præter naturam putrefacientem, humidum à sicco separetur, educatur, & euaporet, humidum tamen quod remanet concoquendum cum sicco magis commiscetur, & hoc fit à calore secundum naturam concoquente, si itaque solus fuisset calor putrefaciens in materia putrente, totum humidum euaporasset, & si sóla actio secundum naturam fere totum cum sicco commixtum esset, & fere nihil euaporasset. dixi fere, quoniam non potest calor quantumuis naturalis cōcoquens ab euaporatione absolui, quia tamen uterque agit, idcirco

aliorum responsio

Ad primū

idcirco partim fit euaporatio, partim humidi cũ ſicco melior commixtio, nihil itaque obſtat, quippiam concoqui, idemq; una putreſcere. uel dic & ſecundo, præter quod humidum euaporet, ipſum per calorem putrefacientem à ſicco ſeparatum, à calore naturali membrorum continentiũ concoquente, pro alia mixtionis forma generanda concoqui & cum ſicco aliter permiſceri poſſe, conſimili modo quo in uermium generatione ex carne putrida uideri contingit per concoctionem facta, ſegregata enim caliditas naturalis exiſtens conſtare facit ſegregata Ariſtotele teſte 4. meteororum textu 5. quod idem de alijs intellige. ſecundum refellitur hoc modo, humor propinquus incinerationi fere ex toto à calido præter naturam poſſeſſus non concoquitur, ſed in fumidos uapores diſſoluitur, ſed qui ex toto à calore præter naturam non eſt poſſeſſus quem Galenus 11. methodi capite 9. & 13. ſemiputridum ſeu ſemimalum uocat ſcribens in hunc modum, putridorum humorum, uidelicet ex toto putridorum intentio eſt eductio & refrigeratio, ſemiputridorum uero concoctio, concoqui poteſt, falſum igitur eſt perpetuo materiam putrentem ex toto euaporare, eandemq; non niſi per putridam fuliginem febrem accendere. nam tametſi materia una cum putrida fuligine, ut cauſa coniuncta febrem excitet, principalius tamen humor putrens eam accendit. tertium à non nullis reyci-

Solutio noſtra.

tur

tur ſcribentibus caſus ſeu accidentia communia in ſtatu eſſe fortiora quæ fiunt ui; naturæ à materia irritatæ materiam concoquentis ac commouentis ad criſim perficiendam, propria tamē morbi ſymptomata morbum conſequentia (qui in ſtatu ratione perfectæ concoctionis eo in tempore factæ nedum melior uerum & minor eſt) eſſe imminuta opus eſt, iuxta uero poſitionem noſtrā, quum in materia putrente ſimul procedat calor ſecundum naturam concoquendo, & præter naturam putrefaciendo, nedum communia accidentia uerum & propria in ſtatu uehementiora eſſe fateri oportet, materia enim in ſtatu concocta infert febrem & ſymptomata minus maligna & minus præter naturam, non tamen ea minora, quoniam plures fumi materia ad cor eleuantur, ea in ſtatu magis agitata tum à calore præter naturam magis putrefaciente nec non ſui quantitate maiori per quam calor præter naturam ualidius afficit, tum à calore ſecundum naturam magis pugnante, & concoctionem complente, per quos fumidos ac fuliginoſos uapores in maiori copia ab ea elatos cor & eius ſpiritus magis quam alijs in temporibus alterantur. quartum tollitur concedendo humidū tenue ſicco terreſtri & craſſo commixtum per cōcoctionem ad meliorem modum ſubſtantiæ redactum, & à calore naturali euictum facilius euacuari, & proinde curatio facilior redditur ac breuior. falſum itaque eſt aſ-

ſumptum

ſumptum pro ſecunda parte. quintum diluitur concedendo rem putrentem corrumpi, quoniam alteratur in uiaq́; eſt ad corruptionem, non tamen opus eſt ſecundum ſubſtantiam, ſeu formã ſubſtantialem dum putreſcit actu corrumpi niſi ex toto poſſeſſa fuerit à calore præter naturam & incineretur. ſextum exploditur, conceſſum enim eſt, materiam bilioſam, quæ tum ratione ſui, tum putredinis eſt calida, concoqui poſſe à calido ſecundum naturã uti primo agente, quod calori præter naturam contrarium eſt, quatenus ipſum eſt ſecundum naturam. illud uero (ut dictum eſt) res eſt præter naturam, & hoc modo calidum calido contrarium eſt, ipſi uero frigido calidum, tum ut calidum, tum ut ſecundum naturam exiſtit contrarium eſt. ſeptimum infringitur, quoniam etſi in febricitante calor noſter cõgenitus, quum factus eſt igneus non ſit æque temperatus, ueluti quum ſecundum naturam exiſtens, materiam benignam nutrire aptam concoquit, quoniam tamen opera uitæ exercet, in eo aliquis modus temperamenti adſit opus eſt, quo (ut à natura eſt directus) concoquere, apponere, unire, & aſſimilare ualeat. octauum reijcitur, negando concoctionem incraſſantem bilem à diſpoſitione naturali permutare, necnon eam terream reddere, ſed eam ad mediocritatem tum in conditione ſubſtantiæ, tum etiam in qualitatibus alijs conducere, ut uirtuti naturali expultri-

ci

ci facile obediat, uel ut ad naturalem dispositionem conuertatur, concedimus. nonum quod postremo obijcitur de bile intermittentem febrem constituente, à qua quum non possit decidi sedimen laudabile, quoniam ut ratio cogit extra uenas pulsa est, uidetur igitur eam concoqui non posse, hi itaque præter prædictas rationes, hac potissime moti scripserunt, non solum in intermittentibus febribus materiam (quæ causa con tinens est seu coniuncta) extra uenas pulsam con coqui non posse, sed nec eam etiam in continuis, eis proportione respondentibus putrentem, ea enim à calore præter naturam putrefaciente ut aiunt, in fumidos uapores dissoluitur, uel per sudorem, urinam, uel per aluum &c. extra pellitur, non autem concoquitur, signum autem con coctionis uel cruditatis quod in eiusmodi febribus intermittentibus & continuis, eis proportione respondentibus, medici per urinas & in eis contenta assumunt ad cruditatem uel concoctionem in earum materia indicandum super causa antecedente, quæ breui in causam coniunctam transitura est, indicat, quæ qualiscunque in concoctione uel cruditate fuerit dispositionis, consimilem dispositionem in materia, quæ mouetur & actu febrem accendit, indicat, sed huius positionis falsitas in continuis earum intermittentibus, proportione respondentibus ex dictis satis constat. si quis autem, etiam bilem, quæ causa est

coniuncta

coniunċta, non dico prædictam febrem continuá facientem in uasis maioribus à corde satis distantibus remanentem, sed bilem, intermittentem febrem facientem, concoquendam esse statuerit, non dico in intermittentem illam cuius materia iuxta sic imaginantes peccat in uasis minimis à corde ualde distantibus, & cuius materia non solum propter distantiam hanc uerum etiam propter eius in uasis minimis paucitatem, uerbi gratia in uasis digitorum, pedis uel membrorum aliorum à corde ualde distantium residens eam facit, quæ tametsi possibilis sit, raro tamen, uel nunquam contingit, hæc autem hoc iure, (& quidem improprie) intermittens abeis, dicitur quoniam non potest eius materia euaporando febrem continuare, sed ante nouæ materiæ ad locum mineræ putredinis pulsum, uel tractum postea putrentis penitus cessat, uerum bilem intelligo extra uasa pulsam, febrem, scilicet alio modo & proprie intermittentem excitantem, hanc itaque si quis inquam concoqui posse probabiliter sustinere uoluerit, de qua apud doctores maior est hæsitatio, quum eam concoqui non posse cõmuniter credatur, obiectionem hanc facile euadere poterit, concedendo materiam hoc modo intermittentem febrem facientem, scilicet extra uasa pulsam, quæ non ex toto à calore præter naturam possessa est, nec incinerationi est proxima, concoqui posse, & quod in ea febre uidelicet ne-
bula

bula uel ſedimen ex uaſis deciſum ac in urina collectum ſuper cruditate, id eſt non perfecta concoctione materiæ extra uenas actu morbum facientis, uel eius perfecta concoctione indicat. quum autem opponis, ea materia extra uaſa, uel craſſa & lenta eſt, uel tenuis, dic, eſto eam craſſam & lentam fuiſſe, à natura tamen attenuari potuiſſe, ut de materia Pleuritidis craſſa, & lenta à pleura deciſa membranam pulmonis tenuem & ſatis denſam ſubeunte contingit, dico tamen tametſi ea materia billioſa non ſit de ſe craſſæ & lentæ naturæ ſed tenuis, ad ſimilitudinem materiæ tenuis in generatione inſlammationis in ſpatia media membrorum conſimilium effuſæ & non retro pulſæ, de qua Galeni eſt ſermo. 3. art. med. 95. quia tamen, quum extra uenas ad poros membrorum conſimilium effuſa eſt, fieri poteſt, quod in eiſdem cogatur uel aſtringatur, ut ab eiſdem auelli & ſolui non poſſit, idcirco eo caſu eam per locum patientem ſiue ſcarificando, ſiue medicamine uim diſcutiendi obtinente, euacuandam eſſe ab eo præceptum eſt, nō itaque à medijs ſpatijs membrorum conſimilium recurſus ipſius bilis, uel alterius ſucci in uenas tenuitatis ratione à Galeno abſolute denegatur, uerum hoc iure, quoniam id totum quod in parte retentum retro in uaſa pelli non potuit, ibidem coactum, uel aſtrictum fuit. quod autem materia (quidquid alij dicant) ex uenis ad loca extra

uaſa

uaſa, uidelicet in ſpatia media membrorum conſimilium effuſa, in uenas remeare poſſit, teſtatus eſt Galenus 11. methodi cap. 15. de cura phlegmonis ſermonem habens, cuius materia ex uenis ad medias membrorum conſimilium uacuitates affectas, lata eſt, inquiens, reprimere expedit ab initio cum reprimentibus, quæ uim aſtringendi habeát, quæ duplici ratione idonea ſunt, tum quod robur affectis particulis inferant, unde minus fluxum excrementorum in ſe recipiant, tum quod eorum quæ in ijs contenta ſunt, tenuiſſimũ retrorſum (uidelicet ad uenas) exprimant, idẽ 13. methodi cap. 5. curam phlegmones inſtituẽs, nedum eſſe in fieri, uerum & factum eſſe habentis inquit, in phlegmone tantiſper refrigerandum quantiſper ad incrementum eius ſiſtendum inhibendumq; eſt commodum &c. ſubdit, quod uero eius quicquid in laborante membro cõtinetur, in proximas partes repellit, hoc phlegmones iam genitæ medela eſt. idem libro eodem, cap. 3. inquit, ad incipientes phlegmonas frigidis aſtringentibusq; quam his, quæ digerunt, euacuandum atque etiamnum magis ubi craſſum, quod confluit, non eſt, Galenus etiam 3. de naturalibus facultatibus cap. 13. ſcripſit, nil miri ſi etiá ab ultima corporis parte, quæ ad cutem eſt, ad ipſa uſque inteſtina & uentrem aliquid tranſlatum peruenit, quod ipſum quoque Hippocrates nos docuit, ſcilicet non ſpiritum modo aut excre

mentium

mentum, uerum etiam nutrimentum ipsum ab ultima corporis parte & summa, eo unde primum ascendit, rursus deferri, quippe minimū momentum expultricem facultatem huc uel illuc impellit, ut quæ per transuersas fibras functionem suam obeat ocissimeq; ab eo unde primū est ad eum qui contrapositus est finem, tradatur &c. subdit itaque quod offendit in uicinam sibi particulam uiolenter coactum amolitur, atque illæ rursus in eam quæ sibi proxima est, neque id fieri desistit, quoad translatio ad interna uenarum orificia finiatur, subdit paulo post, ceterum quod ex toto in totum aliquid transferatur, ac una sit omnium (sicut Hippocrates prodidit) conspiratio atque cōfluctio, mihi iam uideor clare indicasse, ex his igitur liquet nedum spiritum & nutrimentum, uerum etiam excrementum extra uenas circa cutem existens, quum ab ultima & summa corporis parte per orificia uenarum ad intestina usque deferri possit, & etiā eo unde primum ascendit rursum deferri, nil miri igitur est bilem à uenis extra uenas ad membrorum consimilium media spatia effusam, potissimum quum ea eo in loco putrens concoquatur, & ob id ibidem penitus astricta & coacta non sit, siue ea per concoctionem ad benignum reducatur ac deinde à ui propultrice in uasa pellatur unaq; cum sanguine, usus ad quos à natura deputata fuit, exerceat, siue ea quum ad

benignum

benignum reduci non ualeat, ſed inutilis remanens ad pulſum præparetur, quouis itaque modo fiat, bilem inquam putrentem acceſſionemq; committentem, quum ea à calore ſecundum etſi eius pars aliqua euaporat, concoquatur, & tametſi pars eius poſt partem putreſcat, ea tamen in uaſa retro pelli poſſe nil mali eſſe putandum eſt. hanc autem bilem idcirco concoqui uolumus concoctionem, uidelicet humidum tenue cum ſicco terreſtre commiſcente, ne incocta remanens, per putredinem pars tenuis et humida à ſicco terreſtri ſeparata ſola euaporet, ſicca intus in corpore remanente, ob quod poros obſtruendo, uel putrendo alterius morbi uehiculum fieri poſſet, ut igitur tam ſicca terreſtris, quàm humida tenuis pars ſimul educatur per alterationem humidum cum ſicco commiſcentem concoquenda eſt, quo fit ut à parte bilis præcipue cum eſt concocta ob pōdus uel eius acrimoniam uix expultrix irritata, eo unde pulſa eſt, uidelicet iu uenas facile iterum pelli poſſit, à quibus per renes & ueſicam delata ab ea fit iuxta maiorem, uel minorem eius concoctionem, nebula in urina innatans, uel ſedimen in ea ſubſidens, quæ ſuper concoctione, uel inconcoctione cauſa febris coniunctæ extra uenas putrentis indicare poteſt, nec hoc mirum uideri debet, quoniam Galenus 6. de locis affectis cap. 3. de ueſicæ affectibus ſcribens inquit, ex uomica pulmonis uel pectoris erupta,

hanc quidem (tametsi crebro non contingat) uenas ingredientem per uentrem & intestina purgari, illam uero in arteriam lenem susceptam, et inde ad cor magnamq; arteriam delatam, per renes & uesicam, atque per urinam purgari, si itaque natura, pus extra uasa cõsistens prædicta loca ingrediens pellendo purgat, nihil igitur prohibet, pari modo bilẽ ad loca extra uasa pulsam, uidelicet ad poros membrorũ consimilium secundum partem in uasa rursus depelli ac per urinã expurgari, alias in quacunque tertiana intermittente aliquam partem bilis febrem excitantis, non extra uasa pulsam in uasis putrescere fateri opus est, quod est contra dogma Galeni 2. de crisi cap. 3. & 6. Auicennæ & aliorum medicinæ auctorum scribentium materiam intermittentem febrem facientem à uenis extra uasa pelli, & ob id rigorem in ea fieri, quod deducitur, quoniam Galenus curam tertianæ exquisitæ intermittentis scribens, cuius materia biliosa putrendo eam excitans extra uasa pelli solet, potionem in qua apium uel anethum maduerit, adhibuit & non nisi, ut eadem bilis in uasis actu putrescens per urinam expurgetur, quod ex Galeno ostenditur, quoniam scripsit is libro undecimo methodi cap. 8. materias, quæ actu per putredinem corruptæ sunt per urinam expurgandos esse, nec non. per deiectiones uomitum ac sudores &c. si igitur ea, quæ per urinam expurgant

gant medicamenta materias quæ, ſunt in uaſis purgant (Galeno libro de conſtitutione artis medicæ cap. 19. & 4. de tuenda ualetudine teſte) at materia intermittentem faciens actu putrens à Galeno primo ad Glauconem capite de cura tertianæ per urinam purgatur, & quum ea antea extra uaſa, ut omnes fatentur pulſa fuerit, eamq́; purgari opus ſit, hoc autem fieri nequit, niſi ea uel retro in uenas iterum pulſa fuerit, uel ſaltem opus eſt, ut in acceſſionis initio ea in uaſis putrens remanſerit, & quum hoc poſtremum, quia omnium artis medicæ conſenſui aduerſatur ſit ualde abſurdum: ſcribentium in tertianæ initio bilem à uaſis extra uaſa ſuperſenſibilia membra depelli, quo depulſu rigore excitantur. opus igitur eſt fateri materiam actu peccantem antea extra uaſa pulſam, quæ per urinam purgatur, iterum in uaſa depulſam eſſe, neque enim dici poteſt, ſolum de ea, quæ materia eſt communis, uel quæ cauſa eſt antecedens per urinam purgari eum eo in loco intellexiſſe, quoniam is eodem capite citato inquit, putredinem in uiuis ſanari, id ſcilicet quod in ea corruptum eſt per urinam, per aluum, uomitum &c. euacuando, ut recte Galeni uerba, & eius intentionem conſideranti liquet, Verum neque materiæ communes nec ea quæ cauſa, eſt antecedens, putridæ ſunt, ſed ea quæ propria eſt morbum excitans, ut cunctis perſpicuum eſt, igitur etc. non minus quoque

credendum est non nisi ex eadem causa, eundem secundo de crisi capite tertio in febre biliosa intermittente, indicium ab urina sumpsisse, quum scribit ægroto mingente urinam subruffam, uel sub flauam & paulo post crassitudine mediocrē, uel albam nebulam, uel suspensionem optimam habentem, tertianam hanc ultra, quartū circuitum non progredi, cuius indicium nisi bilis in uenas pulsa esset, fidem concoctionis, uel inconcoctionis materiæ actu putrentis certam porrigere nobis non posset, quum ea super uenoso genere (teste Galeno primo de crisi capite septimo) indicium præstet, non autem super materiam in locis extra uenas consistentem, quod etiam confirmatur, quoniam Hippocrates secundo prædictionum cap. 6. de morbis febriculosis tam intermittentibus quàm continuis scribens inquit, urinam optimam securitatem, ac morbum fore breuem significare, non nisi quoniam ea perseuerans Galeno ibidem auctore, humorem in conceptaculis, peccantem indicat coctum esse, si igitur ex urina optima sedimen album lene æquale &c. habente, dijudicatur humor, scilicet peccans in conceptaculis coctus esse, at quum eiusmodi urina etiam in intermittentibus appareat, quod cō stat tum ex loco nunc allegato, uidelicet secundo de crisi cap. 3. ubi scribitur, si subsidentia alba, lenis, æqualis &c. primo die apparuerit tertiana hæc intermittens ultra quartum circui-
tum

tum non progreditur, tum primo de crisi capite 18. de Anaxione Pleuritide laborante, cuius febris in uigesima die intermissit, usque ad uigesimumseptimum in qua rediyt, & ob id magis intermittens quam continua dicenda est, & quia materia erat cocta præter sputum plurimum cõcoctum quod apparuit, extitit etiam in urinis subsidentia multa alba sine siti &c. & tamen in intermittente febre (ut sæpe dictum est ex sententia Galeni secundo de crisi cap. 3. & 6.) materia pellitur à uasis extra uasa, quod etiam ex rigore, solum à materia extra uasa pulsa proueniente id uerum esse perspicuum est, quippe is in biliosa apparens, rigorem, carnem pungens ac feriens, in quartana uero rigor adest contundens cum refrigeratione ad ossa usque tendente, in quotidiana uero ab initio magis adsunt refrigerationes quam rigores &c. ex eo itaque in his febribus constat materiam eas facientem à uasis extra uasa pulsam esse, & super eius coctionem, uel cruditatem per urinam in ea contentam Galenum indicium sumpsisse, ut constat primo de crisi cap. 17. & secundo eiusdem capite 3. 4. & 5. si igitur quum in eis febribus materia est concocta, et in earum urinis apparet sedimen album, lene, æquale, &c. hoc indicat humorem in conceptaculis coctum esse, at in intermittente febre, apparet (ut dictum est) sedimen eiusmodi album, lene, æquale, &c. opus est igi

tur, ut is humor qui ab eo indicatur in concepta culis existens coctus sit, & quum is humor has febres excitans antea pulsus fuerit extra uasa, uidelicet in febre intermittente, eum igitur oportet à spatijs medijs membrorum consimilium, quibus decoquitur, ad uasa pulsum esse, quo sub forma sediminis, uel in morbis biliosis & in tenuiter uiuentibus sub forma suspensionis &c. in urina exeunte dijudicatur morbum concoctum esse, pari modo quantum urina cum nebula uel suspensione in alijs morbis mingitur, ab optima declinans, tantum materiam à perfecta concoctione distantem, eam indicare putandum est, à poris membrorum extra uasa ad uenas depulsam, per quam materiæ dispositio non solum intra, sed etiam (ut dictum est) extra uasa qualis sit indicatur, ceterum hoc etsi ita sit non opus tamen est eam putrentem secundum totum in uasa retro pelli, quoniam materia febris interdum per sudorem, quandoque per uentrem, interdum per uomitum uel halitus insensibiliter, uel per urinam, uel per horum plura, uel per omnia expurgatur, & hæc probabiliter non assertiue dicta sint.

Caput

CAPVT XXI.

Probatur rationibus aliorum nullum humorem post sanguinem genitum concoqui posse, nec ut est causa antecedens nec ut coniuncta.

LII *autem unifariam duntaxat concoctionem fieri arbitrantes bilem nec ut est causa coniuncta, nec ut antecedens concoquendam esse putarunt, unifariam fieri concoctionem hoc modo intelligunt, quo uidelicet res, quæ concoquitur substantiæ familiaritate in substátiam partium alendarum ordinatur, quo fit ut sola pituita dulcis, cruda, acida, sanguisq́; crudus, uel parum uitiatus, uidelicet aquosus concoqui ualeat, cetera uero nedum flaua, uerum & atra bilis, quum illa à calore immodico, hæc uero nedum immodico, uerum adhuc plus æquo assante facta sit, in substantiam partium alendarum conuerti non possunt, pari modo ichores, salsaq́; pituita quæ per putredinem fit, nullum itaque horum concoqui ualet, uerum ut inutilia excrementa sine medio è corpore pellenda sunt, falsum itaque est, quod per nos opponendo assumebatur, materiam biliosam (quum ex calore concoquente in materiam plus iusto agente, genita sit) iterum concoqui posse,*

A — Michael Villanouanus.

ſe ad hanc eorum poſitionem roborandam, plures ab eis adducuntur rationes, prima ſumpta eſt ex Galeno quarto de tuenda ualetudine, ubi trimembrem ſtatuens diuiſionem in ea parte, in qua de morboſis agit ſymptomatibus, in primo ordine ponuntur crudi humores, ſecundo ſanguis, tertio acres & mordaces humores ſanguine poſteriores, ſubdit quorum eſt concoctio, quorum item, non poteſt eſſe, & inquit crudorum, uel ſemicrudorum eſt concoctio, quia ante ſanguinis generationem præueniunt, ſanguine uero poſteriores, uidelicet humores acres & mordaces, ut utraque bilis, ichores, & pituita ſalſa, quum concoqui non poſſint, eorum eſt eductio, & paulo ante inquit, omne enim excrementum ſiue calidum, ſiue frigidum oportet, aut pellas, aut alteres, non autem omne excrementum alterationem à natura recipit, ſiquidem non omnis cibus in cuiuſuis animantis uentre concoquitur, ſed cognatio quædam eius quod concoquitur, cum eo quod concoquit, eſſe debet, quod igitur à natura alienum eſt nulla ratione fieri poteſt, ut naturæ ſuæ gratiam accipiat, ſed educere primum eſt tentandum æque certe, ut quæ in uentre prorſus ſunt corrupta deiectione, uel uomitione pellere eſt optimum, & paulo poſt, quod ſemicoctum adhuc eſt, concoquatur, quod concoqui non poteſt pellatur, idem nono methodi, natnra humo res ad

nutriendum

nutriendum habiles ad se trahit, reliquos omnes pellit, & undecimo Methodi concoquit, quod concoqui habile est, excernit, quod excerni potest, et primo de ratione uictus commento 18. ex humoribus putridis (inquit quidquid concoqui potest, concoquatur, quod autem exustum est neque amplius concoqui potest, euacuetur, item secundo de differentijs febrium, ubi docet qualis sit in febribus concoctio, & qualiter humores isti putrescunt ueluti excrementa quæ reijciuntur inquit, nam semper utitur suis uiribus, nitens assimilare partibus nutriendis quidquid utile fieri potest, excernit autem id quod minime huiusmodi est, quod si præ crassitie copia lentore angustia meatuum, uel ob sui debilitatem nequeant huiusmodi excremētosum humorem diutius in corpore morantem pellere, necessario ille humor putrescit, nam quicunque sit humor aut concoctionem recipit & coaugmentum partibus solidis, aut diutius in corpore manens putrescit & febrem facit, sic etiam in morbo regio, atque atræ bilis passionibus euenire contingit, ex quibus planum est, quum neutra bilis, nec ichores, salsaq; pituita assimilari possint, membris solidis ut nutriant, necesse est igitur ut statim pellantur seu e corpore educantur, nō igitur, bilis cōcoquenda est, eum Galenus nullum ponat medium inter assimilationē & materiæ inutilis pulsum. secunda ratio sumitur ex dictis Galeni in libro de constitutione

stitutione

ſtitutione artis medicæ in hunc modum ſcribentis, quæ ad naturalem ſtatum redire poſſunt concoquenda, quæ uero præter naturam pellenda ſunt, & ad ſingulos deſcendens humores quoſcunque excepta pituita acida, cruda & dulci præcepit eſſe pellendos, ueluti utraque bilis, ichores, ac pituita ſalſa, pituitam autem acidam et dulcem concoquendam dixit, & quũ bilis utriuſque flauæ & atræ meminerit, euacuationem eorum quæ in primis uenis per uẽtrem fieri præcepit, non autem earum concoctionem, quæ uero in alijs uenis, ſi tenues & ſeroſæ fuerint per urinas, ſi bilioſæ per uentrem etc. quod & in ſecundo de ratione uictus commento 30. confirmauit ſcribens flauam bilem, quum fiat ex ſanguine plus æquo calefacto, atram uero ex eodem plus æquo uſto, & quum nulla harum poſſit in ſanguinem redire, ob hoc neque concoqui poteſt. Item datum fuit alijs humoribus receptaculum in corpore humano ut commode pelli poſſint, ſoli pituitæ (ut inquit Galenus 2. naturalium facultatum) denegatum fuit receptaculum, quoniam concoqui debebat, & in ſanguinem uerti, ut aſſimiletur et non pellatur, Ariſtoteles etiam quarto meteororum inter humores connumerauit in materia de digeſtione ſolum pituitam, quoniam ſola apta eſt, concoqui, nutrire, & aſſimilari, & inter tumores præter naturam (naſcentias) expreſſit quæ ſunt tumores phlegmonoſi, qui ſuppurantur

purantur, & ex ſanguine pendentes apto ſecundum partes eius, non uitiatam concoqui nutrire & aſſimilari, tertio alij humores præter naturam, ut Scyrus heriſipelas, herpes, ac ædema et cetera, quum ſunt exquiſiti iuxta dogma Galeni non concoquuntur, ut conſtat ex eorum curationibus ab ipſo traditis niſi fuerint cum ſanguinis admixtione, cuius ſignum eſt, quod neque ſuppurantur, ergo nec hi humores ſynceri in uenis concoqui debent, uel detur ratio diuerſitatis. Quarto à cauſa efficiente, natura partium ſolidarum concoctionem facit, ut aſſimilet, at hi humores ſynceri, utraque bilis flaua uidelicet & atra et cum his pituita ſalſa aſſimilari nõ poſſunt, nec ergo nutrire poterunt, ergo nec concoqui. Item ex materia concoctionis, materia eſt quæ familiare aliquod habet quod ſubſtantiæ ſimilitudine in naturæ alimentum deduci poteſt, uerum id in ſynceris his humoribus inuenire non poteris, igitur concoqui non poſſunt. Quod ſi dicas quatenus uincuntur à calido naturali membrorum ſolidorum & ſuperantur quoquomodo ſimiles fiunt, & ſi non ſubſtantia ſaltem colore, ut ob hoc facilius à natura, uel artis adminiculo pellantur, uerum inquit poſitio, ſcire oportet, à qua ex quatuor potentijs naturalibus id fiat, & qua ratione natura ſolidorum membrorum tales humores quadam tenus aſſimilet, quod ſi dicatur quoquo modo aſſimilat

craſſitie

crassitie inducta, at hoc expulsioni potius obest quam prosit, quoniam humor quanto tenuior tanto facilius pellitur, potius igitur assimilari debent, sui gratia, non expellendi causa eis concoquendo (non gratia aliarum partium) ut eis nutrimentum assimilet, uerum hi humores synceri putrescentes id membris solidis præstare non possunt, quinimo ipsis impedimento et molestiæ sunt, cogentes naturam post eorum secretionem ad eorum expulsionem agere quinto ex ordine naturæ argumentantur, natura enim primo concoquit, secundo secernit, tertio expellit, ut prima aphorismorum aphorismo illo (concocta medicari & cetera) quum ergo humores hi post concoctionem sint excreti, igitur pelli debent. non concoqui, item si concoquantur ut expellantur, uerum per te, dum concoquuntur, incrassantur, at materia quanto crassior, difficilius educitur quam tenuior, igitur materia incrassando et concoquendo maiorē hostem sibi prepararet, quod est absurdū dictu, item in morbo regio ex obstructione absurdū esset incrassare bile, immo Galenus et Aetius curant attenuãdo et incidendo, & hac uia inquit Galenus 5. de locis affectis in fine, plures se sanasse ægros, non igitur bilis ipsa concoquenda aut incrassanda est. Item ex diffinitione maturationis primo epidemiarum maturatio morbi est concoctio rerum præter naturam, quæ in substantiam concoquentis eius quod concoquitur, deductio

quædam eſt, neutra igitur bilis concoquenda eſt, quum non poſsit in partem ſubſtátiæ noſtræ (per concoctionem) deduci

CAPVT XXII.

Impugnatio prædictæ poſitionis.

CETERVM poſitionem hanc his non obſtantibus à mente Galeni alienam eſſe puto, quod oſtenditur, is enim primo de differentijs febrium capite 6. ſic ſcribit, putredo autem humorum quæ fit in uaſis, ſimilis eſt putredini inflationis abſceſſum et aliorum tuberculorum quæ duplex eſt, ex permixtione autem duorum generum alia tertia uaria ſpecie exiſtit, ſiquidem in mixtione magis & minus ſuperare & ſuperari alterum genus haud facile numerari poteſt, ſed duo genera ſunt, quorum alterum fit ſuperante natura, alterum euicta, ſuperante quidem ut per inflammationes, & per ipſa tubercula omnia, pus, in humoribus autem uenarū et arteriarū id quod ſubſidet in urina proportione puri reſpōdens, atque hæc putredo nō ſimpliciter putredo cenſetur, ſed etiá habet aliquid concoctionis, manente enim etiam concoquendi facultate uenarū, putreſcens tunc humore ad talem alterationē deducitur, ex quo conſtat, ſi pureſcens humor habet aliquid concoctionis, igitur putreſcēs

humor non tantum utilis concoquitur, etiam pa-
lo post inquit Galenus, altera autem putrefacti-
quam & concoctionem esse dicimus, semper ad
unam puris speciem terminatur, coloremq; a
consistentiam suscipit, & odorem, superante ue-
ro natura integre optimum fit pus cõspectui albi
& crassum & quaque uersum sibi simile, leue
autem tangenti ac minime fætidum etc. & item
paulo post subdit, ceterum quot in abscessibus
differentiæ sunt, tot in febribus putredine accensis
urinarũ formæ existunt, optima enim urina, quæ
ex putrido humore concoctiones ex continenti
conceptaculo suscipiente efficitur, candidum, le-
ue, æquale ac minime fœtidum sedimentum
habet, ex quibus satis constat, si putrescentes hu-
mores decisi in urina residentes concoctionem ex
uasis obtinuerunt eos continentibus, ij autem
non sunt sanguis crudus, uel aliud crudum utile,
nutrire aptum, non igitur solum utile sed &
putrescentes humores à facultate naturali uaso-
rum eos continentium (tametsi a calido præter
naturam putrescant) concoqui posse, bilis ergo
utraque quum putrescit in uenis, à calore tamen
solidorum membrorum naturali, humores ipsos
continentium concoctionem assequi poterit. Item
2. Galenus 11. methodi curatiuæ capite 20. do-
cens quibus laborantibus balneum prodest, po-
steaquam aliis quibusdam ipsum interdixerat
inquit. ἐπὶδὲ προσήκοντι τῷ νοσήματι καθ᾽ ὃν δὴ

καιρὸν ἐκδεδαπάνηται μὲν τὰ περιττὰ, πέπλεται δὲ τὰ ὠμὰ, καὶ τὰ σηπόμενα, καὶ καταπλάσμασι χαλῶσι, καὶ βαλανείοις ἀκίνδυνον χρῆσθαι. etc. quod est. in processu uero morbi quo tempore, & absumpta iam superuacua sunt & tum cruda, tum putrescentia concocta & cataplasmatis relaxátibus, & balneis intrepide utere. en quam lucide hinc colligitur, putrescentes humores nedum crudos nutrire aptos in laborátibus concoqui posse uidelicet pituitosos, et sanguinem non coctum, uerum & alios in laborantibus putrentes, quibus præcepit ante repetitionem accessionis balneum adhiberi, ex quibus planum est quum Galenus in febribus finiendis in septima, nona, undecima, uel quartadecima die doceat ac præcipiat ægros in quibus tam crudi humores, quam putridi sunt concocti, balneari, & quod hæ febres ad undecimam, uel quartádecimá usque durantes non sint continentes à sanguine pendentes, quia communiter hæ septimam non pertranscunt, nec pituitosæ, aut melancolicæ, quoniam hæ diuturnæ, nedum ultra quartamdecimam uerum et ultra 40. diem terminantur, hæ igitur accessiones à materia biliosa pendent quæ acutos (si intra uenas sit) parere potest morbos, in quartadecima die ad summum iuxta aphorismum 23. secundæ particule terminari solitos (licet etiam intra quartamdecimam uidelicet undecima, septima, & 5. iudicari possit) si uero extra uasa sit & inter-

mittens

mittens iuxta Hippocratem quarta particula aphoriſmorum aphoriſmo 59. uidelicet tertiana in 7. periodis terminatur, & iuxta Galenum in commento, ſæpius quartadecima die non expectata, in tertiadecima iudicatur, bilis igitur ipſa putreſcens concoquenda eſt, præterdictam materiam putreſcētem concoqui poſſe alias oſtenditur, tum ex tertio artis med. capie 89. ubi Galenus morbi qui fit curatiuas ponens intentiones inquit, in humoribus putreſcentibus intentio eſt alteratio, quam concoctionem uocat, & euacuatio, humor igitur qui putreſcit concoquitur. item primo de criſi capite 18. de anaxione (ſcribens Galenus) pleuritide laborante (ut etiā contra ſecundam poſitionem obijciebatur) inquit, poſt imperfectam criſim in uigeſima factam, in uigeſimaſeptima die concoqui materiam, quæ efferueſcens ac ebuliens febrem accendebat, ea igitur putreſcebat & concoquebatur, excrementum igitur febrem faciens concoquitur, rurſus in pleuritide ceſſat paſsio ut experientia oſtendit per eductionem ſputi concocti, ſed ipſum ſputum eſt id quod putridum eſt, à Phlegmone, enim exudat ut cauſa febrem excitans, quod quum in ſaniem uertatur, non refugit igitur teſte Galeno primo prædictionum commento ultimo, actionem caloris præter naturam putrefacientis, quam etiam odor fœtidus atteſtatur, necnon actionem caloris concoquentis, quam eius albedo

ſimilis

imilis quoquo modo membrorum radicalium andori ostendit, ipse igitur humor qui putrescit concoquitur, nec huic positioni suffragari potest, quod dicitur ei admixtam esse utilem materiam, uidelicet sanguinem crudum qui cõcoquebatur, & materia inutilis erat ea quæ febrem excitabat, quoniam Galenus loco citato inquit, (dum concoquuntur ij humores qui febrem faciunt) sed qui febrem faciunt humores putridi sunt non utiles, febris enim anaxionis ad trigintaquatuor dies protensa in pleuritide facta materiam phlegmonis putridam consecuta est. liquet igitur aperte nisi uerba textus peruertantur, hosmet humores qui putrescunt, conqcoqui, præterea secundo de differentijs febrium, in calce libri, de synocha febre ab humore pẽdente ob putrefactionem feruescente sermonem habens inquit, unam dũtaxat adesse accessionẽ, donec humores putrentes eam excitantes consumantur uel concoquantur, uelutrunque patiantur. unde constat iuxta Galenum putrescentes humores simul putrefieri & concoqui posse. præterea Hippocrates prima particula aphorismorum aphorismo 8. uidelicet quum morbus in suo uigore constiterit, tunc uictu tenuissimo utendum est, cuius dicti rationem reddens Galenus in commento inquit, quoniam in tempore uigoris uni noxiorum humorum concoctioni fortiter natura uacat, & non multo post, ipsos est euictura, ideo tunc exhibere

uictum non oportet, ne ad aliam nouam coctionem distrahatur, & quum humor noxius sit putridus, igitur putrido concoctio debetur, quam sententiam & in commento aphorismi 7. repetijt addens, siue ille morbus sit inflammatio, siue febris, quæ quum in statu ab humore uehementer putrido pendeat, si igitur id fit, ut uacare concoctioni morbi natura permittatur, humores igitur noxij quum sint natura putridi concoquuntur. Quod si cauillando dicas, humores hos noxios quantuncunque putridos, qui concoquuntur, non esse synceros, sed uel alimento crudo uel sanguini tenui & aquoso concoctione indigenti esse admixtos, ratione quorum non coctorum, sed crudorum humori noxio admixtorum fit concoctio. Ceterum euasio hæc non suffragatur, quoniam primo ad Glauconem capite de cura tertianæ exquisitæ à flaua bile putrente pendentis inquit, si monstrentur signa concoctionis bile stomacum infestante absinthij comam melicrato intinctam adhibere poteris etc. subdit si signa concoctionis ostendantur sæpius si patientes lauentur, nihil peccabunt, item de exhibitione uini scribens, subdit, hac febre laborantes à uino abstineant, antequam concoquatur morbus, at ubi concoqui cœperit, dandum est ab initio tenue, aquosum, et paucum etc. ex quibus apparet, quum hæc omnia præsidia adhibeantur febre tertiana exquisita laborantibus, quæ pendet

det à flaua bile putrente, quam (ut ex dictis liquet) à natura non ab arte concedit concoqui, quoniam non nisi præ apparentibus signis concoctionis à natura concoquente pendentibus, prædictum præsidium ad eius purgationem uidelicet comam absynthij melicrato intinctam præter quod ab arte quippiam medicamentum concoquens sit adhibitum exhibet, bilis igitur quæ est humor syncerus, syncerum modo alias dicto sumendo, & quæ facit morbum, non autem solum ipsum utile crudum ei admixtum concoquitur, quod si pertinax iterum persistas et contendas semper bili aliquid crudum utile admixtum esse cui adhibetur coctio, non aut bili, aduersus hoc iterum & fortius obijcitur quibusdam suppositis ex Galeno excerptis præhabitis, quorum primum est hoc maxima cognitio in febribus quibuscunque tum ex pulsibus, tum ex urinis desumitur, Galeno auctore primo ad Glauconem capite 2. secundum suppositum est, urina cruditas uel concoctio, super concoctionem uel cruditatem succorum quæ exercetur in uenoso genere in corporibus tam sanis, quàm his quæ à dispositione secundum naturam sunt semota attestatur, huius testis est Galenus primo de crisi capite 7. & 12. & partim prima aphorismorum commmento aphorismi 12. tertium suppositum est, Galenus 2. de sanitate tuenda de hora exercitationis agens, ubi etiam de urina pertractat,

 inquit

inquit quum urina ſpeciem aquæ referat, cruditatem ſanguinis in uenoſo genere indicat, ruffa, diu concoctum eſſe alimentum in uenoſo genere, ſubruffa uero quæ & pallida dicitur, ut conſtat, tum eo in loco, tum primo de criſi capite 12. ſignum eſt concoctionis ſecundæ modo peractæ. Quartum ſuppoſitum eſt, idem primo ad Glauconem capite ſeptimo, ſcribens diuerſitatem urinarum ab initio morbi mictarum, indicantium diuerſas febres in ſpecie, a dominio diuerſorum ſpecie humorum excitatas inquit, quæ in tertianæ initio urinæ minguntur ab aliis urinis in febribus alijs intermittentibus mictis diſcretæ, ſunt ruffæ uel ſubruffæ, & ubi ſubrufæ quidem apparent, & paulo poſt craſſitiei ſunt mediocris, nebulam albam, uel ſuppenſionem habentes, tertiana hæc in qua eiuſmodi minguntur urinæ: ut ſecũdo de criſi capite 3. ſcribere, quarto circuitu terminatur, rufæ uero ubi minguntur & nec in eis nebula nec ſuſpenſio in primo circuitu appareat, earum tertiana (ut conſtat eodem libro de criſi capite citato) ſeptem circuitibus perficitur, ex his igitur ſuppoſitis ſequitur, quum per quartum ſuppoſitum in tertianæ initio mictæ urinæ ſemper ſint rufæ, uel ſubrufæ, at urinæ hæ per tertium ſuppoſitum ſuper alimenti concoctione, non autem ſuper cruditate indicant, illæ quidem uidelicet rufæ (ut dictum eſt) dudum, hæ uero uidelicet ſubrufæ per-
actæ

actæ modo concoctionis sanguinis in uenoso genere præter alicuius rei crudæ admixtionem sunt indicium, & præter hoc, hæ ui primi secundi et quarti suppositi Galeno teste primo ad Glauconem capite 7. super tertiana à bile pendente in initio febris, quo in tempore cruda existens concoquitur, indicant. Si igitur ex suppositis bilem prædicto modo, & febrem biliosam ab ea pendentem urinæ ruffæ & subrufæ indicant: & præter hoc etiam concoctionem sanguinis in uenoso genere peractam, non igitur cruditatem sanguinis in uenoso genere bili admixti uel alterius utilis crudi nutrire apti hæ urinæ tolerare possunt. quod est propositum nostrum, licet hæ (ut dictũ est) quatenus super tertiana à bile pendente post alimenti concoctionem aucta, obstructa, uel causa alia à natura non contenta, nec emicta, sed putrente indicant, super eiusdem bilis putrentis cruditate, quæ concoquitur indicium præstare possint, quod etiam confirmatur, quoniam primo ad Glauconem capite 9. præcepit tertianam patienti à uino abstinere, antequam morbus cõcoquatur, at morbus concoqui non ualet nisi ratione bilis eum gignentis, uel alicuius crudi secum annexi, sed nullum crudum esse in uenoso genere præter bilem ex urinis rufis uel subrufis concoctionem sanguinis in uenoso genere indicantibus, ex Galeno ostensum est, igitur ratione bilis, quæ ipsius morbi causa est, morbus conco-

quitur, bilis igitur cruda ratione propriæ cruditatis, non autem ratione alterius cuudi ei admixti concoqui poteſt, quod ſi quis aduerſus hoc obijciat, ſi in tertiana exquiſita, in qua eiuſmodi urinæ rufæ uel ſubrufæ minguntur, (quas Arabes interdum igneas appellant) bilis per te concoquitur, quod ex Galeno etiam primo ad Glauconem capite proprio conſtare dicis, igitur in bile eſt cruditas, at ea cum alimento utili eſt mixta, igitur calor bilem concoquens, & alimentum ei admixtum concoquit, non enim calor innatus eſt, (ueluti per electionem agens quod in hoc & non in illud obiectum libere agit) ſed ueluti naturale agens, igitur in quodcunque obiectum ei præſens concoquendo agit. quoniam igitur bilis quia cruda eſt concoquitur, igitur & alimentum ei præſens quod ei admixtum eſt, quia crudum eſt concoqui debet, dic bilem putrentem quum eſt cruda, concoqui, quoniam tam etſi à calore ſupra ſanguinis concoctionem, alimentum aſſante genita ſit, & ob id ſic genita, ut ei concoctio attribui poteſt, cocta ſit: ea tamen poſtea putrens, quum à calore innato non euicta nec poſſeſſa fuerit, cruda dicetur, in quam calor, ut eam ad ſuam reſtituat naturam, uel commode pulſui præparet concoquendo agit, alimentum autem concoctum ei admixtum non alterius concoquitur, quoniam præelaboratum & antea coctum fuit, habitibus autem præ-

 ſentibus

ſentibus in materia. Ariſtotele teſte 1. de generatione textu 55. ceſſat motus, motum intelligo concoctionis, quod etſi ita ſit, à calore tamen præter naturam (ibidem ipſum ultra quam par eſt detentum, etiam ad aliam qualitatem uidelicet putrendo alterari poteſt, niſi ad loca deputata iuxta eius exigentiam incorpore, pellatur, obiectiones autem per poſitionem aduerſam in contrarium adductæ in quæſtionis calce diſſoluentur.

CAPVT XXIII.

Probatur bilem flauam nedum concoquendam uerum ab arte incraſſandam eſſe.

QVOAD *ſecundam partem uidelicet bilem flauam, febrem excitantem intermittentem uel continuam, ante purgationem concoquendam ab arte, & præter hoc etiam incraſſandam eſſe oſtendetur, primum quidem ſic, quoniam in omnibus morbis maturatione uacantibus, materiam turgentem excipio, ab arte concoctio facienda eſt, Hippocrate & Galeno auctoribus primo epidemiarum textu 44. & 45. at tertiana à bile eſt de his morbis quorum materia in initio morbi maturatione uacat, ut ſatis antea probatum eſt, bilis igitur*

ab arte concoquenda est, idem confirmat Hippocrates & Galenus 4. de ratione uictus in morbis acutis, textu & commento 45. scribentes, ubi in humoribus est cruditas, ob quam hi concoctione indigent, & ob naturæ imbecillitatem externo auxilio opus est, concoctionem per quietem, unctiones febrem humectantes, & per ea quæ leniunt ac mulcent etc. moliendam esse, at bilis tertianam faciens est de his humoribus, in quibus est cruditas, & ob naturæ imbecillitatem, ratione febris eam imbecillem reddentis, auxilio externo indiget, bilis igitur febrem faciens, ab arte concoquenda est. præterea & tertio confirmatur id ex Celso, qui lib. 3. cap. 4. scribit, etiam auctoritate ueterũ concoctionem medicamentis ante purgationem humorũ moliendam esse, bilis igitur cum sit cruda, ante eius purgationem medicamentis ab arte concoquẽda est, ipsam etiam medicamentis tum ui suæ qualitatis uidelicet frigiditatis, tum ui succi conditione suæ essentiæ incrassantis, agentibus incrassandam esse, in quo tota difficultas consistit, quia in hoc à recentioribus fere omnibus dissentimus, primo in genere, secundo in specie ostendetur, ratione quidem qualitatis in genere sic ostenditur: omne quod ualde infrigidatur, incrassatur, bilis tertianam faciens, curando ualde infrigidatur: igitur ea incrassatur. assumptum pro prima parte est Galeni 7. de compositione medicamentorũ secundum

loca

loca in calce libri, ubi ſcribit (aduerſus tenaces & craſſos humores contriſtantes) frigida medicamenta cauere opus eſſe. cuius dicti etiam rationem reddens inquit τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅσα ψύχει σφοδρῶς, φυλάττεσθαι χρή. παχύνει γὰρ ἅπαντα, καὶ συνάγει τοὺς χυμοὺς. etc. quod eſt eodem modo, quæ ualide refrigerant cauere oportet, incraſſant enim omnia, & humores contrahunt etc. habito igitur et à Galeno conceſſo hoc ſuppoſito, uidelicet, quod ualde infrigidat, incraſſat, quod igitur ualde infrigidatur, incraſſatur. ſecundam partem aſſumpti uidelicet bilem ualde infrigidari, collige ex Galeno, is enim primo ad Glauconem capite de febre tertiana exquiſita ſcripſit, tertianam infrigidandam eſſe, & humectandam eſſe, & quum bilis quæ eius eſt cauſa in idem præſidium conſpiret, quod ipſe hoc pure oſtendit, quoniam contrariorum contraria ſunt remedia; at bilis febrem excitans ſupraquam par eſt, calidior & aridior eſt, cui contrarium eſt infrigidare & humectare, bilis igitur infrigidanda & humectanda eſt. ſed non ſolum eam infrigidari, ſed etiam ualde infrigidari (ut opus eſt probare) oſtenditur, quoniam quod ualde eſt calidum, non ſolum ſecundum naturam, uerum calido præter naturam putrefaciente ualde affectum, curando ualde infrigidandum eſt, quoniam Galenus 3. de medicamentorum ſimplicium facultate, capite 11. &

tertio

tertio artis medicæ capite 86. & 89. ſcribit curam per contraria æqualia in gradu faciendam eſſe, quod igitur ualde calefactum eſt, ualde infrigidandum eſt, at bilis tenuis putrens tertianam excitans ualide calefacta eſt, quod oſtenditur, tum primo quoniam, quum ſecundum naturam uehementer calida ſit,) ut libro de inæquali intemperie capite quarto ſcribitur) quum putreſcit prompte in immẽſum calorem effertur, quod ex prima aphoriſmorum commento 14. colligitur, ob hoc enim eo in loco ſcriptum reliquit Galenus, ſenibus febres non fieri acutas, niſi fortaſſe raro, quoniam ex defectu calidi ſecundum naturam, tum ſecundum ſubſtantiam, tum ſecundum qualitatem corpus frigidum habent, et ob id in immenſum (niſi magna ex cauſa) eius caliditas efferri non poteſt, ut febris fiat acuta quod autem uehementer calidum eſt, prompte in immenſum calorem attollitur. quod etiam ex Galeno (præter alia loca) conſtat ſecundo de cauſis morborum capite 2. quum igitur bilis uehementer ſecundum naturam ſit calida ut (auctore Galeno) oſtenſum fuit, prompte igitur in immenſum calorem putreſcendo efferri neceſſe eſt, igitur curando ualde infrigidanda eſt, tum ſecundo quia à bile tenui putrente cum plurimo calore tactui occurſante efferuntur uapores acres ac mordaces tactum erodentes, ut ſecundo de criſi capite 3. & ſecundo de differentijs febrium capite

pite nono, necnon primo ad Glauconem capite quinto apparet. at id à quo, modo dicto excitantur uapores fuliginosi acres ac mordaces ualde calidum est quoniam ignea caliditate acri ac mordaci calefactum est, acre enim & mordax, caliditatem igneam attestantur, ut 4. cap. sim. med. capite 17. & 18. & 5. de sim. med. uiribus, cap. 25. constat, bilis igitur, quum per calorem præter naturam ualde sit calefacta, acris uidelicet & mordax facta, quoniam ab ea (ut dictum est) cum plurimo calore tactui obuiante, fuliginosi euaporát uapores acres ac mordaces, ualde igitur infrigidanda & proinde incrassanda est. secunda ratio, omne, febrem excitans, quod præter naturam fit tenue per contrarium remedium tollédum est, hoc enim principium seu axioma est in arte medica uidelicet curationem fieri per contraria, quod Galenus 11. methodi capite 12. ex Hippocrate desumens, nó solum in morbis, uerum & in eorum causis eo in loco uerum esse uoluit, crassum autem tenui contrariú esse, ex Aristotele 2. de generatione, tex. 8. & 10. desumitur, quod et Galenus libro de attenuante uictu cap. 1. testatur, quod et ex libro de cibis boni et mali succi capite 3. et 3. alimentorum capite 42. elicitur, at flaua bilis non solum quæ actu putrens febrem accendit, uerum & quæ (apud omnes positiones) eiusdem causa accidés uocatur, præter naturam attenuatur adeo ut
hæc

hæc eius tenuitas præter naturā præcipue in materia actu putrente, idoneam eius impediat euacuationem, igitur eius tenuitas præter naturam præter contraria curando tollenda est, assumptū pro prima parte uidelicet eam, ut est causa continens, præter naturam attenuari, adeo ut eius idoneam curationem impediat, ostēditur, (quod de ea postea idem fiet quæ causa est accidens) quoniam per calorem præter naturam putrefacientem in eam agentem, acrem ac mordacem (teste Galeno 2. de crisi capite 3.) eam reddentem (febreq; media) sitim inducentem, totumq; corpus exurentem, ab ea efferuntur uapores fuliginosi præter naturam, non solum modo dicto acres, uerum tenues, & cum plurimo calore, nedum cor, uniuersumq; corpus petentes, eiusq; operationes lædentes, uerum & manum tangentis contristantes, quod fieri non posset, nisi ea secundum naturam tenuis, à calore præter naturam (ut dictum est) attenuaretur. assumpti secunda pars ostenditur, ex Galeno primo de differentijs febrium capite 5. sic scribente, consimilis est putredo in bile à calore putrefaciente febrem excitante, qualis est putredo in stercoribus columbarum & iumentorum, quæ in agro putrescere ipse conspexit, at stercora prædicta à calore solis, instar fumi (ut inquit) quadam ex parte in sublime multam euaporationem emittebant, non parum mordacem ac dolorificam,

&

& proxime accedentibus, nares, oculosq; lædentem partesq; ea tangentes exuri uidebantur, quod autem in uapores fuliginoſos à calore extraneo, et præter naturam agente, conuertitur, præter naturã attenuatur. uapor enim (primo ſim. med. capite 8.& 4. de cauſis ſimp.cap.9.) humor eſt attenuatus, ex his igitur ſequitur, ſi conſimilis putredo eſt in bile qualis eſt in ſtercoribus columbarum & iumentorum à ſole facta iuxta Galeni dicta, & quum à calore ſolis putrefaciente ſtercus prædictum, quod putreſcebat (ut oſtenſum fuit) præter naturam attenuaretur, quoniam in uapores fuliginoſos, qui ſunt humor attenuatus conuertebatur, igitur et bilis natura tenuis, quæ à calore præter naturam agente, in fuliginoſos uapores qui ab eo efferuntur, conuertitur, qui præter quam quod ſunt acres & erodentes, ſunt etiam tenues, præter naturam attenuatur, hos autem uapores, qui ab ea efferuntur, tenues eſſe, per rationem adductam, ſatis conſtare poteſt, quoniam efferuntur a calido præter naturam in rem tenuem agente, huiuſmodi autem res tenuis eſt bilis à qua efferuntur, ab eodem attenuata, eos igitur tenues eſſe oportet, igitur per ſuum contrarium, quod craſſum eſt, incraſſanda eſt, & proinde fit, & hoc per modum corollarij dictum ſit, quod ſi eius tenuitas præter naturam, à calore præter naturam in bilem im-

preſſa

pressa non summoueatur, ut idoneam eius euacuationem impediat, tum quoniam ea ab eo sic attenuata in poris membrorum figitur, tum quoniam eadem etiam alijs humoribus magna ex parte immiscetur, & ab eis, quum nondum cocta sit secerni non potest, & ob hoc uirtuti expultrici idoneum non redditur obiectum, ut extra corpus pellatur, febrisq; ob id, uel alij morbi ab ea pendentes difficilis utique fiunt curationis, quia pars bilis putrens, quum sit mixtum quoddam ex humido aereo & aqueo necnon & sicco terrestri constans, tenuis & humida eius pars per calorem præter naturam putrefacientem ac attenuantem, necnon sui natura humidum à sicco magna ex parte separantem, (ceu in alijs putrescentibus euenit, quod etiam testatus est Aristotcles 4. meteororum textu 3) à parte eius terrestri & sicca tandem separatur, quæ quidem pars tenuior deinde euaporat, terrestri ac sicca remanente, hæc itaque quum non possit una cum parte tenui humida, quia ab ea per calorem separata est, euacuari, tam etsi ad humores crassos, alias febres excitantes relata, ualde pauca & fere nulla est, attamen durante febre & sæpe repetēte in copia augetur, quæ deinde in febre intermittente extra uasa uidelicet in poris cōsimilium membrorū ad quos est pulsa, diu remanens et non euacuata uel in continua febre in uasis detenta, alterius morbi obstruendo, uel

uel fortasse putrendo, febris uidelicet inordinate uagantis, & fortasse quartana uel alterius morbi facile potest esse causa, uel saltem eorum morborum fomentum, hæc autem incommoda euitantur per contrarium huic tenuitati præter naturam adhibitum, eius autẽ contrarium est, ad mediocritatem in modo suæ essentiæ (ut eius naturæ conuenit) esse reducere, hoc autem (ut prima parte quæsiti diffuse diximus) est incrassare, bilis igitur incrassanda est. prætea ratione Auicẽnæ 1. quarti de curatione febrium in uniuersali cap. 7. alijs eius rationibus postpositis idem probatur, quoniam bilis à natura concoquitur, quod apparet ex nebula uel sedimine quæ est pars humoris concocti, post concoctionem, et non ante in urina apparente, uerum coctio (ut antea ostensum fuit) incrassando procedit, igitur eadem bilis ubi natura ex sese sola concoquere non ualet à medico naturam recte operantem imitante (Galeno primo epidemiarum tempestate secunda cõmento 45. teste) concoquendo incrassanda est. Præterea & 4. scribit Aristoteles 4. metheororum textu iuxta Alexandrinũ 26. & 30 τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἄιτια. id est contrariorum contrariæ sunt causæ, at crassum & tenue, contrarij sunt effectus, à primis qualitatibus pendentes, Aristotele auctore 2. de generatione textu iuxta Philoponum 10. pari modo ea esse contraria præter loca paulo ante ex Galeno al

legata

legata id testantia, ex eodem etiam 11. methodi capite 12. id elici potest, consimili modo calidum et frigidum eorum contrarias esse causas, constat ex Aristotele 2. de generatione textu 7. quum igitur bilis tertianam faciens, à calido uti causa attenuetur, igitur ea (per infrigidantia ceu per causam calido contrariam) ueluti effectus eimet bili non attenuatæ, sed conditione suæ essentiæ, secundum naturam dispositæ, ut attenuatur contrarius, incrassanda est, quod autem bilis a calido attenuatur, constat ex secundo de differentijs febrium capite 10. ubi perquirente Galeno, cur in febribus aliorum humorum calor febrilis tactui æqualis occurrat, quæ uero ex pituita ortum habent febres, caloris inæqualitatem ostendunt, soluens inquit, ex tenuitate & humoris crassitie, id pituitæ accidere, in partibus inæquali difficulterq; dissolubili, quoniam in ea pituita sicut in alijs humoribus, primo ea pars expirat quæ fuerit attenuata, & quum nec pituita secundum totum, nec omni ex parte æqualiter attenuetur: idcirco inæqualis tactui occurrit caliditas. alij uero humores, quoniam non est inæqualitas modi essentiæ in eorum partibus, sed æqualiter extenuantur, quique ab eorum partibus uapor exhalans undequaque similis est, idcirco æqualis calor tactui occurrit, uidelicet in uapore ab humore per calidum attenuato, deciso. consimili ratione utitur

etiam Auicenna sub alijs uerbis (ex Aristotele 4.meteororum textu 26.& 30.decerptis) libro de uiribus cordis tractatu secundo, capite primo, uidelicet omne, quod à calido liquefit, à frigido coagulatur, id est inspissatur & incrassatur, bilis à calido liquefit, id est attenuatur, igitur à frigido inspissatur & incrassatur, ex quibus satis constat, bilem à calido attenuari, à frigido igitur incrassanda est. Quinto, & est ratio excerpta ex ui dictorum Galeni primo ad Glauconem cap.9. omne quod fit seu factum est præter naturam, (ubi ex toto, à qualitate præter naturam non est possessum) ad secundum naturam, quantum fieri potest, restituendum est: quoniam curatio (ut paulo ante dictum est ex Hippocrate secundo aphorismorum, aphorismo 22. & 5. epidemiarum sectione quinta textu 7.) fit per contrarium, quod superfluum nedum in quanto, uerum & in quali reprimat. est enim medicina adiectio & ablatio (auctoribus tum Hippocrate libro de flatibus, tum Galeno 11. methodi capite 12) at corpus humanum febre tertiana etc. febricitans, affectum est, caliditate & siccitate præter naturam, ueluti quopiam (in quali) superfluo, ratione bilis ueluti causæ putrescendo ferueſcentis, igitur hic affectus per suum contrarium summouēdus est, uidelicet infrigidando & humectando, quod superfluum in quali reprimat, ac ad secundum naturam ipsum

restituat, at nequit hic affectus à corpore summoueri, nisi eius causa subducatur. & hoc bifariam fieri contingit, euacuando & alterando, nedum uidelicet quatenus est quod in quanto, superfluum euacuando, uerum & in quali alterando eum auferre oportet. tertio enim artis med. capite 89. prius oportet causam summouere, deinde ad ægritudinem deuenire. decimo quoque methodi capite primo uituperat Galenus, febrem curantes, nulla habita, de causa solicitudine, & quum in hac febre à materia biliosa pendente (teste Galeno 1. ad Glauconem capite 9.) plus iuuet alterare, quàm euacuare. non solum igitur corpus affectum, uerum & bilis infrigidando & humectando alteranda est, sed tenue, qualis est bilis quod humectatur & infrigidatur, tum ex parte qualitatum ipsum alterantium, cum ex parte modi essentiæ substantiæ alterantis incrassatur; bilis igitur incrassanda est. ex parte quidem qualitatum alterantium, quod assumptum est ostenditur: quoniam partes bilis igneæ, et aereæ dum infrigidantur, et humectantur, siue earum aliquæ substantialiter transmutantur, siue duntaxat alterentur, ad naturam aqueam conuertútur. frigidum enim in aerem agens, Aristotele teste quarto meteororum iuxta Alexandri sectionem textu 28. ipsum ad naturam aquæ conuertens, incrassat pari modo in partes igneas agens, quum igitur partes aqueæ

igneis

igneis & aereis ſint craſſiores, ueluti aqua igne et aere craſſior eſt: partes igitur bilis, dum à frigido et humido (quorum natura aquea eſt) alterantur, incraſſantur. Præterea & ſexto ſcribit Ariſtoteles 4.meteororum, textu 25. in húc modum ἡ γὰρ πάχυνσις, ὑγροῦ μὲν ἀπιόντος, γίγνεται, τοῦ ξυροῦ δὲ συνιςαμένου.etc. quod eſt. incraſſatio enim fit, humido abeunte, ſicco autem conſiſtente. ceterum dum à partibus bilis putrentibus febrem prædictam excitantibus (quum febris curatur, & etiam partes bilis a frigido alterantur) earum humidum ab eodem frigido in eas agente abire cogitur, ſicco remanente: igitur partes bilis incraſſantur. quod autem, dum à frigido bilis alteratur, humidum recedat, oſtenditur, quoniam à frigido in eas partes bilis præter naturam calidas agente exprimitur calidum præter naturam· at dum calidum per frigidi actionem in eum agentis exprimitur, ſimul cum eo euaporat humidū ſicco remanente. quod Ariſtotele teſte, loco citato oſtenditur, ſcribente, ut prima parte huius quæſiti ſcriptum eſt, incraſſationem bifariam fieri tum a calido, tum à frigido: à calido quidem humidum educente. euaporante enim humido, incraſſatur ſiccum, & conſtat; à frigido autem calidum exprimente, cum quo euaporante humidum ſimul recedit: bilis igitur incraſſatur. At fortaſſe quiſpiam partem aduerſam defendere intendens euadet

dicens aduersus hoc, quod dictum est, uidelicet frigidum in calidum agens ac ipsum exprimens una cum humido proprio, id à subiecto educere, id uerum esse, ubi calor secundum naturam à frigido patitur, non autem quum calidum præter naturam, ceu esse calidum putrefaciens ab eodem passionem suscipit: quoniam non est opus, quum ipsum exprimendo educitur, una eius humidum educi. ceterum hæc euasio ad mentem Galeni sustineri non potest, quod ostenditur, quoniam Galenus 5. sim. medi. capite 4. de duritiæ pendente à materia præter naturam, replente, & calida, in membris consistente, sermonem habens, id non solum de frigido in calorem secundum naturam, uerum etiam, & de eodem frigido in calidum præter naturam agente humidum ab eodem una cum calido educi, uerum esse uoluit, Aristotelis quòd sententiam in hoc comprobauit. Præterea idem etiam experientia ex sensatis desumpta ostenditur: quoniã uidemus corpora ab eodem calido præter naturam putrefaciente in eorum humido factum esse, habente, caloremq; innatum corrumpente, ipsumq; euaporare faciente, quæ putrefactionem patiũtur, ut carnes, pisces, caseũ, homines tumulatos, necnon ministerio iustitiæ fune collo alligato suspensos et suffucatos etc. alia id genus, primo humida apparere, deinde sicca remanere, quod etiam Aristoteles (ut antea scriptum est) testatur

teſtatur quarto meteororum textu 3. quod alia ratione fieri non poteſt: niſi quoniam ab eorum corpore (eodem præter naturam calido agente) humidum euaporat, per quorum humidi tenuis euaporationem, pars terreſtris ſicca remanet, frigidum igitur id, calidum præter naturam exprimens, cum quo ſecundum partem, humidum euaporat & craſſum remanet, incraſſat. bilis igitur à frigido dum febris ab ea pendens curatur, incraſſatur. Præterea ſic ſcribit Ariſtotelis 3. cæli, iuxta Simplicij ſectioné textu 42. ἔτι δὲ, τὸ μὲν πυκνότητι, καὶ μανότητι τἆλλα γεννᾷν, οὐδὲν διαφέρει, ἢ λεπτότητι, καὶ παχύτητι. τὸ μὲν γὰρ λεπτὸν, μανὸν, τὸ δὲ παχὺ βούλονται εἶναι πυκνόν. etc. quod eſt. adhuc autem ſpiſſitudine quidem, & raritate alia generare nihil differt quam tenuitate & craſſitie. tenue quidem enim rarum: craſſum autem uolunt ſpiſſum eſſe. ex quibus colligitur, iuxta Simplicij expoſitionem, ſi quod uere rarum tenue eſt, quod autem denſum, ſeu ſpiſſum, craſſum eſt iuxta prædictam Ariſtoteles ſententiam: quoniam nihil differt raritate et ſpiſſitudine aliquid fieri, quàm tenuitate & craſſitie, quod igitur denſatur, incraſſatur. quod & argumento ab inductione ſumpto conſtat, ut patet de aere quum fit aqua, cuius humidum tenue denſatur & incraſſatur. quod idem intelligatur de igne ab aqua patiente, idem in mixtis, ut in oleo & ceteris id genus, cuius hu

midum aereum quod eſt tenue, quod ab aqua patitur, in aqueum craſſum conuertitur. & ob hoc ut paulo ante diximus ex ſententia Ariſtotelis 4. meteororum textu 28. expreſſe colligitur frigidum in partem aeream agens, ipſamq; in aqueam naturam conuertens eam incraſſare. ceterum bilis (quũ febris ab ea pendẽs curatur) denſatur, ea igitur incraſſatur. aſſumptum pro hac parte oſtenditur: quoniam quod infrgidatur, denſatur. hoc enim conſtat tum ex his quæ à Galeno ſcribuntur quarto de uiribus ſim. medicamentorum cap. 20. uidelicet, τὸ μὲν οὖν συνάγειν-τε, καὶ πηγνύειν τὴν ὑποβεβλημένην ὕλην, ἴδιον ἀεὶ τοῦ ψυχροῦ. quod eſt. igitur ſubiectam quidem materiam contrahere & condenſare frigidi ſemper eſt proprium: ſi igitur ſemper proprium eſt frigidi materiam ſubiectam condenſare, at bilis tertianam excitans febrem, dum ab his quæ infrigidant, febris ab ea pendens curatur, ut ex primo ad Glauconem capite 9. conſtat, ipſa infrigidatur, ac ob hoc ut ſequens eſt, denſatur: bilis igitur inſpiſſatur et incraſſatur, tum ex Ariſtotele 2. de generatione textu 8. ſcribente, frigidi naturam eſſe tam ea quæ ſunt eiuſdem, quàm alterius generis, congregare. at quod à frigido congregatur (ut antea oſtenſum fuit) denſatur & incraſſatur: bilis igitur incraſſatur, quod etiam præter Simpliciũ, expoſitores alij Ariſtotelis confirmant. ſecundo

nanque

nanque de generatione Philoponus commento iuxta eius sectionem septimo scribit Aristotelem enumerantem qualitates omnes tactiles, idcirco eo in textu omisisse rarum & densum: quoniam rarum sub tenui, & densum sub crasso ab eodem collocantur. quod igitur densatur, incrassatur, nō temere dixi, quod à frigido densatur, incrassari, quoniam si absolute proferatur uidelicet densari, est incrassari, fortasse instātiam pati posset: quoniam ut scribitur libro 5. sim. med. cap. primo & 25. aliud est densari, quàm incrassari, quod constat, quoniam huic tenue, illi uero rarum contrarium est: hoc autem ab illo aliud esse secundum rationem ut nostro deseruit praeposito, intelligo. secundum rem autem aliud esse opus non est, praecipue ut qualitates primas insequitur actiuas, de quibus est praesens noster sermo: non autem de eo absolute, loquimur, quoniam quum uirtutem informatricem committatur, quae membra secundum animi mores effingit, non opus est, quod densatur crassum esse, ceu nec quod rarum est, tenue esse. ceterum densitas haec & raritas à qualitatibus actiuis non fiunt, sed à praedicta uirtute efficienter. à qualitatibus uero, Galeno auctore secundo de temperamentis capite 6. ad id opus ut organis concurrentibus. dixi etiam ex Galeno proprium esse frigidi densare, & ex consequenti incrassare: proprium intelligo non quod conuertatur uidelicet

ſi frigidum quippiam denſat, et proinde incraſſat, ut ob hoc uerſa uice opus ſit quodcunque quod denſatur & proinde incraſſatur, à frigido denſari & incraſſari, quoniam in elementis quũ ex aqua fit terra, ea denſatur & incraſſatur. ea enim ceteris elementis denſior & craſſior eſt, & quia in utroque elemento frigiditas eſt ſumma, eius igitur denſitas & craſſities non à frigido ſed à ſicco pendet, pari modo quum ex igne fit aer, is enim igne minus rarus eſt, & ex conſequenti igni relatus quodammodo denſus & craſſus dici poteſt, & tamen denſitas hic & craſſities comparata iuxta Galeni & Auerrois poſitionem à frigido pendere non poteſt, quoniam in his elementis cognationem inter ſe habentibus qualitas ſeruatur ſymbola, uidelicet caliditas quæ utrique ſumma eſt ſymbolam qualitatem ſeruari intelligo nunc, quia eſt eius contrarij in eis elementis abſentia, quoniam ibi nulla eſt frigiditas. non igitur ea minor raritas à frigido ſed ab humido pendet, aer enim non frigidus ſed ab illis auctoribus quum ſecundum naturam fuerit diſpoſitus, ſumme calidus eſſe ſcribitur. præterea bilem incraſſari non ſolum ui qualitatis uidelicet frigiditatis (ut probatum eſt) uerum etiam iure modi eſſentiæ, iterum oſtenditur, ſcriptum nanque reliquit nobis Galenus 5. de ſim. medic. uiribus capite 25. & Oribaſius ad Iulianum libro 13. capite 5. necnon & Paulus libro ſepti-

mo

mo capite primo opus frigidi aquei esse absolute incrassare, cogere, contrahere etc. at dum febricitans à bile febrem prædictam excitante secundum naturam tenui, & etiam à calore præter naturam magis attenuata, quæ eiusdem est causa, curando, à nonnullis alimentis à Galeno descriptis nutriri præcipitur, uti sunt malua, blitum, atriplex, cucurbita etc. quorum opus est, frigidi aquei opus, ut libro de attenuante uictu capite 2. & secundo de facultatibus elementorum cap. 3. & 45. necnon & libro de facultatibus sim. medic. capite proprio constat. quod ui conditionis eius essentiæ præcipue ad bilis essentiam relatæ, est incrassare, ut constat ex locis Galeni Oribasii & Pauli modo citatis. quod etiam prima parte huius quæsiti capite de incrassatione satis ostensum est. per eorum igitur succi cum bile & sanguine bilioso admixtionem præcipue in continua febre, bile in uasis consistente, ea tali modo disponitur, ut ab eisdem aduersus eam adhibitis, præterquá quod infrigidatur, et humectatur, etiam modo essentiæ incrassatur, uerum hoc à nobis fusius ostendetur, quum probabitur in specie bilem incrassari, bilis igitur putrens, febrem etc. excitans incrassanda est. præterea idẽ ostenditur ex Paulo libro secundo, capite quinquagesimo septimo de excrementis liquidis, acribus, quæ per aluum deferuntur sermonem habente, is nanque sic scripsit καὶ εἰ μὲν δριμύτερα

φέροιτο,

φέροιτο, δεῖ τὰ προσφερόμενα εὔχυμά πως εἶναι, καὶ ἄλλως παχύτερα. τοιαῦτα δὲ ἐστὶ τὰ διὰ χόνδρου, καὶ πτισάνης ῥοφήματα. etc. quod eſt, etſi quidem acriora deferuntur boni ſucci præſertim craſſiora eſſe oportet quæ offerũtur. huiuſcemodi uero ſunt ex chondro & ptiſſana ſorbitiones. ſi igitur quod acre eſt, incraſſandum eſt per ea quæ offeruntur. at bilis febrem excitans acris et mordax eſt, quod ex locis citatis conſtat: igitur per ea quæ offeruntur, incraſſanda eſt. idem quoque probatur ex Hippocrate quarto de ratione uictus in morbis acutis, textu centeſimo duodecimo ſcribente, (qui inferiorem uentrem calidum habent etc.) ubi ab eo ægrotantibus uirtute uel plurimum non ualentibus, & febrem patientibus, in hunc modum ſcribitur, ὁ χυλὸς τῶν σιτανίων πυρῶν παχὺς, καὶ ψυχρὸς, καὶ τὸ φακῆς ἔτνος. etc. quod eſt. cremor tritici frumentacei craſſus frigiduſq; & lentis freſſum etc. exhibendus eſt necnon & plura alia id genus adhibuit medicamenta incraſſantia, non quidem ut fortaſſe aliqui putare poſſent eum principaliter ad fluxum compeſcendũ ea adhibuiſſe: quoniam aſtringentia ſola ei ſatis eſſent. uerum ut inquit Galenus commento centeſimo duodecimo, & centeſimo decimo tertio, ut humorum acrimoniam et caliditatem præter naturam quæ cauſſa eſt tenuitatis humorum febris et reliquorum affectuum, infrenent, & contemperent, atque

ut

ut eodem ſcribitur commento centeſimo decimo tertio, ut eadem humores incraſſent, & proinde reliquorum affectuum uidelicet fluxus cauſam ſummoueant, cuius cremoris opus eſt incraſſare et contemperare: quoniam triticum craſſum ſuccum generat, ut conſtat libro de ratione uictus attenuante, capite ſexto, et commento 113. citato lentis etiam freſſum ſuccum craſſum generare cõſtat ex Galeno primo alimentorum capite 18. ex his igitur ſatis perſpicuum eſt, bilem incraſſandam eſſe. Quod uero bilis quæ cauſa eſt febris antecedens à calido præter naturam attenuatur, quod à nobis ut probandum paulo ante pollicebatur, nunc ſic oſtenditur, quoniam ſubdit Galenus primo de differentijs febrium cap. 5. quod ei continuum erat, dum prima pars in ſummo eſſet uigore ſuccedebatur, & poſt efferueſcebat prima parte deferueſcẽte, et ſic per continuũ uſquequo totum putrefactũ fuit, etſi hic circuitus duobus diebus & duabus noctibus perfectus fuiſſet, exemplũ eſſet tertianæ febris, ex quibus conſtat, quum ad ſimilitudinem partis ſtercoris nondum putreſcentis, ſuccenſi tamen ac efferueſcentis, partiq; putrẽti proximi, pari modo bilis ab omnibus cauſa antecedens dicta, parti putreſcenti ut ab ea alteretur ſatis propinqua ſit, quæ & ipſa, & ſi interim nondum putreat putredine febrem accendente: à calore tamen præter naturam bilis actu putrentis quæ cauſa eſt coniun-

cta succēditur, ac ut ea quæ causa est antecedens continens causa fiat putreat, febremq; excitet, præparatur, dum itaque bilis secundum naturam tenuis ut putreat, febremq; accendat, à calore præter naturam bilis actu putrentis calefaciendo præparatur & ut in uapores fuliginosos conuertatur, ca præter naturam attenuatur, ut constat ex Galeno loco à nobis paulo ante citato uidelicet primo de differentijs febrium capite 5. & 2. eiusdem capite 10. scribente Galeno humores à calido præter naturam affectos inflari atque extenuatos efferri. causa igitur antecedēs præter naturā attenuatur. eius igitur præter naturam tenuitas per suum contrarium quod incrassando id facit tollenda est, bilis igitur non solum quæ causa est coniuncta uerum & antecedens incrassanda est.

CAPVT XXIIII.
Obiicit aduersus determinata, & dissoluit.

CETERVM aduersus prædictas rationes, et primo aduersus quartam assumentem, bilem ad suam naturam restituendam, & proinde incrassandam esse, obijcitur, quoniam bilis per concoctionem expulsioni præparatur, iuxta aphorismum concocta medicari etc.

ri &c. medicari autem iuxta Galenum in commento est, uti purgante medicamento humores ut extra corpus educantur attrahente, bilis igitur ad dispositionem secundum naturam non restituitur, quoniam quod ad secundum naturam restituta pro corporis usu in eodem reseruatur, nec purgans pharmacum pro eius purgatione ut ea è corpore educatur, adhibetur, huic dicendum est, bilem morbum facientem bifariam cõcoqui Galenum iussisse, primo quidem modo, quum ea putrescens per infrigidantia & humectantia medicamenta, tum ut alterantia, tum ut modo substantiæ eam præparantia, quæ medicamenta materiæ sunt artis medicæ incrassatur, eademque bilis à ui naturaliter alteratrice & concoctrice uti primo & principali agente ab eis medicamentis excitata, putredinem, uel malam aliam qualitatem, si qua materiæ inest, ad eandem putredinem præparantem discutiente, uersus suam reuocatur naturam, perfecteq; assimilatur, usus q; suos, ad quos secundum naturam, existens deputata fuerat, perficit, licet interdum ea concoctio & absque artis præsidio à sola natura perfici possit. & hanc concoctionem (ut prima parte huius quæsiti dictum est) scripsit Galenus 3.ar.med.capite 89. Quum inquit, concoctio est alteratio faciẽs cessare putredinem, manente substantia eadem, idem quoque intellexit undecimo methodi cap. 12. dum scribit, quũ

in

in corpore uiuenti putredo concipitur, quod tum alterare, tum utile reddere potest, quidquid putrescentium ueluti semiputrescens, semimalumq́;est, tum concoquere, uti facultatem eius quæ naturaliter concoquit excitans firmansq́;, quæ putrescentia sunt, sanabis. idem etiam eodem libro capite octauo scripsit, ita utique putredinem, quæ in uiuis est orta, sanabimus, id scilicet quod iam corruptum est, omni ratione euacuantes per urinam uidelicet, deiectiones, uomitum, ac sudores. quod reliquum moderatis motibus & refrigerante perspiratu ad exactam symetriam reducentes. quod eodem libro capite tertiodecimo aduersus putredinem humorum curationem instituens inquit, eorum uidelicet corruptorum humorum per urinam, sudores etc. curatio est excretio, refrigeratio, & uentilatio, & semiputridorum concoctio. necnon primo de ratione uictus in acutis commento 18. inquit Galenus, humorum putrentium quod ex ipsis exustum est, nec concoqui ualet: euacuetur, quod uero concoqui potest concoquatur, quod & primo ad Glauconem confirmauit, dum biliosos humores corruptos, ut ad dispositionem secundum naturam restituantur ineptos, iuxta raptum eorum ad diuersa loca, per urinam deiectiones, uomitum, sudorem, & balnea educit. quæ autem non est corrupta, nedum quæ est in uenis, ut cau

sa

a est accidens, uerum quæ causa actu morbum excitans, concoqui apta, ex toto à calore præter naturam non possessa, per infrigidantia & humectantia eam alterat, semper qualitatibus quæ sunt præter naturam inualescentibus contrarias qualitates eis opponendo, ex quibus constat, quum post exhibitionem eorum quæ per urinam, sudores, aluum, uomitum, bilem educunt, à calore præter naturam uehementi putredine affectam, corruptam, ac ad secundum naturam non reducibilem, illam bilis partem (quæ ex toto à calore præter naturam non est possessa) sed leui putredine putret quam semimalam, seu semiputrentē, paulo ante uocauit, et cuius alteratio putredinem cassare facit manēte substantia, etc. concoqui aptam per balnea, & rationem uictus adhibita, alterari præcipiat, ceu per ea quæ habent qualitates potentia infrigidantes & humectantes, his qualitatibus quæ in bile præter naturam inualescunt, contrarias: quoniam hoc uidelicet alterare, multo plus iuuat quàm quomodolibet euacuare. ex his igitur inquam liquet humores biliosos putrescētes, quos causam coniunctam uocant, qui tam & si ui expultrici non præparentur, sed alterentur, & ut putredo leuis in eis summoueatur, disponantur, & proinde modus essentiæ in eis permutetur, concoqui posse concedendum esse, concoctione uidelicet eos ad secundum naturam restituente,

quod

quod fit tum per contraria (de quibus dictum est aduersus calorem præter naturam putredinem inducentem adhibita, tum à uirtute (uti primo agente) concoctionem faciente, unaq; (ut dictum est) putredinem ei contrariam pellente, atque eos assimilante, alio modo bilem concoqui posse dicimus siue putreat, ut est causa continens, seu coniuncta, siue non, ueluti est causa, quæ antecedés dicitur, quæ tametsi non putreat, est tamen adeo praue affecta, ut uel per concoctionem ad dispositionem secundum naturam reuerti non possit, ueluti nec ea, quæ non leui, sed uehementi putredine putret, & est causa coniuncta, uerum eam (ut pulsui præparetur) concoqui oportet, quod fit uirtute alteratrice concoquente, ac eam, etsi non perfecte, saltem quodammodo uidelicet in accidentibus assimilante, de qua concoctione intellexit Hippocrates tum prima aphorismorum commento 22. concocta medicari, tum primo epidemiarum tempestate secunda textu 44. et ex Galeno commento eodé, uidelicet maturationes excrementorú, omnes undique tempestiuæ aut bonæ etc. pari modo de eadem concoctione intellexit Galenus 2. de ratione uictus in morbis acutis commento 44. ubi inquit, quum natura bilem uincit, ac suo robore permutat, concoquit, iuxta generale significatum concoctionis, tametsi corpus eam nutriri non ualet, nec ad quippiam utile, conuersi potest,

test, sed cocta, ui expultrice, extra corpus pellitur, obiectio itaq; tollitur, quod ea, de concoctione secundo modo exposita, ratio uero nostra aduersus quam obijcitur de concoctione primo modo expressa procedit. At fortasse adhuc aduersus postremam rationem adductam quispiam alius cauillabit dicens assumptum illud uidelicet quod à frigido densatur, inspissari & incrassari uerum esse de his quæ ab actu frigido densantur, qualia sunt elementa aqua uidelicet & terra quæ actu sunt frigida, ueluti quum à frigido elemento tempore hiemali, ex aere fit aqua, seu ex igne terra, non autem de eo quod fit à frigido in potentia quale est frigidum quod in ratione uictus in morbis acutis & in ratione medicamentorum, tertianam patientibus adhibetur, iuxta quem modum, quum primo ad Glauconem capite de tertiana scribitur, bilem à frigido alterari non nisi de frigido in potentia sermo est. Ceterum aduersus hunc cauillantem impugnatio cauilli obijcitur primo. Quia tertiana est morbus calidus qui plurimum æstate abundat, tertia aphorismorum 22. Hippocrate auctore, at in tempore æstiuo & morbis calidis, tum Hippocrate, tum Galeno testibus primo de ratione uictus in morbis acutis textu & commento 43. & 4. eiusdem 112. ac alias oximel ac alia præsidia (ut ibidem constat) præcipiuntur actu frigida exhiberi, tum ut humorum caliditatem,

tum acrimoniam infrenent, tum etiam ut sitim tollant, non igitur ea solum in tertiana ut frigida sunt in potentia adhibentur. secundo aduersus hoc idem quod ab eis dictum est, uidelicet proprium frigidi esse densare, & contrahere, & proinde incrassare, uerum duntaxat esse de eo quod à frigido actu non autem in potentia densatur, contrahitur etc. obijcitur, & de eo etiam quod à frigido in potentia densatur & contrahitur, quod etiam proinde incrassari dicitur, per ea quæ ex libro quarto de uiribus simp. med. colliguntur ab eo sermonem haberi ostenditur. Quippe Galenus quarto eiusdem capite sexto infert saporem acerbum, frigidum, & terreum esse, hoc medio: quoniam is linguam densat, constringit, & contrahit, & ab unico frigido (ut inquit) fit densatio, contractio, & constrictio, & tamen saporis acerbi causa est frigidus in potentia & non actu, quoniam is temperaturam ab actione, & passione qualitatum quatuor elementorum, per earum inter se actionem ruptarum, seu castigatarum pendentem consequitur, non igitur assumptum rationis fuit solum de eo quod densatur à frigido actu, quale est frigidum elementorum, sed etiam de eo quod densatur, & proinde incrassatur à frigido in potentia uerum est, quòd si propterea quæ ab eis dicta sunt, quispiam eorum pertinax, & obstinate contendendo asserat, quod à frigido densatur,

2. impugnatio aduersus eundem cauillantem.

tur, incrassari, non nisi de eo quod ab actu frigido densatur, uerum 'esse dic medicamenta frigida, quæ curando tertiana laborantibus adhibentur esse actu frigida, quoniam tametsi teste Galeno tertio de uiribus simp. med. cap. 19. Quatenus comminuuntur, motumq; adsciticium à corpore nostro accipiunt, dicantur quodammodo frigida in potentia, quatenus tamen principium infrigidandi actu à se habent, non autem à corpore nostro ueluti habent medicamenta calida, quæ præter quàm quod comminuuntur, motumq; à corpore nostro adsciticium accipiunt, etiam principium calefaciendi ab eodem assumunt, ob id igitur medicamenta hæc frigida ad corpus nostrum relata actu frigida dici possunt, non tamen eodem iure, sed penitus alias, ac alia ratione ab illa, (qua elementa actu frigida dicuntur, uidelicet aqua, & terra) hæc actu frigida sunt, quippe elementa, idcirco absolute actu frigida dicuntur, quoniam ad quodq; corpus relata, tametsi nec principium, nec modum agendi ab eo suscipiunt, ipsum tamen actu infrigidant, secus autem est de prædictis medicamentis, quoniam cuiq; collata ipsum non infrigidant, & præter hoc ea à corpore, etsi principium agendi non assumant, modum tamen agendi ab eo nanciscuntur. hæc igitur quum sint quodammodo actu talia & densant, etc. igitur incrassant.

CAPVT XXV.

Probatur in ſpecie materiam bilioſam febrem facientem etc. incraſſandam eſſe.

QVOD etiam concoctio bilis ab arte incraſſando procedat, præter ea quæ dicta ſunt in genere, ſecundo & in ſpecie ſic probatur, quibus febris ſyncope iuncta à bile tenui pendens curatur, eiſdem tertiana, at illa incraſſantibus curatur, igitur & hæc, aſſumptum pro prima parte eſt Galeni 12. methodi capite ſexto ſcribentis, ac præcipientis febrem hanc ſyncopalem patientes ex alica in aqua decocta, ouorum uitellis, cerebroq; ſuillo aſſato & ceteris nutriri, quæ & conſimilia tertianam patientibus exquiſitam, idem primo ad Glauconem capite allegato curando præcepit exhiberi, pars etiam aſſumpta ſecunda uidelicet illam, incraſſantibus curari oſtenditur, quoniam alica quæ primo ut alimentum adhibetur libro de cibis boni, & mali ſucci, capite ſecundo, craſſi, & lenti eſſe ſucci à Galeno decernitur, eodem modo ſuis cerebrum, (quorum utro febricitantes tum à flaua bile cum ſyncope iuncta, necnon & tertianam patientes nutriri præcepit) tertio de facultatibus alimentorum, capite ſexto, liquet craſſi

& lenti esse cibi, de uitello quoq; oui, quem loco paulo ante citato patientibus febrem cum syncope à bile tenui pendente, necnon & tertianam patientibus exhiberi præcepit, quarto de ratione uictus in morbis acutis commento 113. in hunc modum scripsit Galenus, oua, & chondrus crassi, & boni sunt succi, & humorum acrimoniam infrenant. quinto quoq; de sanitate tuenda de uictu senum sermonem habens inquit, senibus cauendum est, à multo farris, casei, ouorum, coclearum, bulborum, lentis, aut suillæ carnis esu, quoniam omnia crassum & lentum succum procreant. enumerat igitur oua, inter crassum, & lentum succum creantia, nec ad oui album quod emplasticum est (ut à Galeno quarto simp. medic. capite quinto scribitur, nec non à Dioscoride libro secundo capite 55.) confregere potes dicens, ouum ratione albi quod emplasticum est, crassum & lentum esse, ob id crassum & lentum creans succum ab eo damnari, sed non uitellus, quoniam 12. methodi cap. sexto, quum in cura febris syncopalis à bile pendentis eius uictum scriberet, albumq; oui, quoniam ægre concoquitur penitus damnasset, uitellumq; adhiberi præcepisset, deinde de febre eadem syncopali à flaua bile tenui pendente curatiuam intentionem, in uniuersum colligens subdit post, καὶ ὅλως ἅπαντα πρακτέον, ὑπὲρ τοῦ παχυτέραν μὲν ἐργάσασθαι τὴν ὕλην τῶν χυμῶν, πυκνῶσαι δὲ τὸ δέρμα, καὶ διακω-

λύσαι τὰς διαπνοάς. quod est. deniq; omni ratione agendum, ut ſuccorum materiam craſſiorem reddas, cutem denſes, & exhalationem inhibeas. hinc igitur conſtat, uitellum oui nedum ouis album incraſſare, quum bilem tenuem per uitellum oui, & cetera præſidia adhibita craſſiorem reddere, eius fuerit ſcopus, nec ſuffragatur quod alij dicunt uitellum oui, ratione artificij uidelicet, quum concoquitur, & induratur, ſuccum generare craſſum, quibus Galenus lib. tertio alimentorum capite 22. & lib. de cibis boni, & mali ſucci, cap. tertio: necnon ſecunda aphoriſmorum aphoriſmo 28. alludere uidetur, quoniam concuſſo ut ex prædictis locis adducitur, uitellum oui induratum incraſſare (omiſſa etiam in præſentia auctorum de eius temperatura diſſenſione quam moderate frigidam eſſe teſtatur Galenus 11. ſimp. med. capite proprio ſcribens eius eſſe materiæ, cuius eſt album, quod frigidæ eſt temperaturæ, ut ibidem conſtat, licet de partium eius temperaturæ, aliter ſenſerit Ariſtoteles, à quibus quoq; diſſenſit uel Auicenna, idem tamen cum Galeno Paulus lib. ſept. capite proprio comprobauit, necnon & Ioannes Serapion temperaturam ſimpl. pertractans capite 146.) quod & ratio teſtatur, quippe Anazarbeo Dioſcoride teſte lib. ſecundo cap. 64. ὀπτηθεῖσα σὺν κρόκῳ, καὶ ῥοδίνῳ πρὸς τὰς περὶ δακτύλιον φλεγμονὰς χρησίμη ἡ ᾠοῦ λέκυθος. quod eſt. luteum oui aſſatum

aſſatum prodeſt, additis roſaceo & croco, ad ſedis inflammationes, idem καὶ πρὸς κατακαύματα δὲ ὠμὸν παραχρῆμα ἐπιτιθέμενον, ὠφέλιμον ἐστὶ. quod eſt. ſed & crudum ſtatim impoſitum prodeſt, ſiue enim pars, ſiue totum ſuper imponatur ouum, non niſi quia frigidæ eſt naturæ ualet ad ambuſtiones, Galeno loco citato teſte. dico igitur oui luteum conditione ſubſtantiæ craſſum, & terreum eſſe, quod teſtatur Ariſtoteles tertio de generatione animalium cap. ſecundo, necnon & Auerroes in eius libri paraphraſi Ariſtotelem exponens, quod & ratione ab eis probatur, quoniam id à frigido congelatur, à calido autem funditur & humeſcit, cum igitur conditione ſubſtantiæ craſſum, & terreum ſit, quod autem huiuſmodi eſt, & nutrit craſſum præbet alimentum. uitellus igitur oui, in cura tertianæ adhibitus bilem, ac ſanguinem bilioſum incraſſat, & ex hoc conſtat, neotericos medicos ouorum lutea in febribus (quoniam tenuis, ac facile corruptibilis ſubſtantiæ ſunt) deteſtantes hallucinari, quippe tametſi (teſte Galeno 12. methodi, capite citato) carne minoris ſunt nutrimenti ut bene intuenti conſtat, quod & Auicenna prima 4. de uictu febricitantium agens inſequitur ſcribens, ouorum lutea, gallorum carne, gallinarumq; extremitatibus, necnon carne perdicum, minoris ſiue tenuioris eſſe alimenti, non tamen inter ea quæ facile putrent, ſeu cor-

rumpuntur, & tenuis sunt substantiæ ea enumerauit, nec quod ab eis dicebatur oui luteum, hac duntaxat ratione uidelicet quum concoquitur, & induratur, succum crassum generare, non autem quod sorbile uel tremulum est, quoniam illud fauces exasperatas, & guttur lenit, hoc uero præstantissimo præbet nutrimentum, recipiendum est, quoniam etsi tremulus uitellus indurato minus incrasset, præstansq; præbeat nutrimentum, inde tamen non sequitur horum quemlibet non incrassare, ut ex locis allegatis constat, & quod de indurato uitello ibidem uidelicet 12. methodi capite allegato non sit sermo, etiam aliter ostenditur, quoniam quum in febre acuta cum syncope à bile tenui pendente Galenus album oui denegasset, quoniam ægre concoquitur, uitellumq; præcepisset, & quum febris ea syncope iuncta sit cum uirtutis imbecillitate, quoniam hac ratione febricitantem illum assidue, atq; paulatim nutriri præcepit, quod si uiribus fuisset ualentibus, paulatim, & assidue eum non cibasset, at quum oui luteum induratum, ac substantia consistens (teste Galeno tertio de facultatibus alimentorum, capite 22. tardi sit transitus difficilisq; concoctionis. si igitur in febre bile à syncope iuncta Galenus eius album denegauit, & non nisi (ut ipse inquit) quoniam ægre concoquitur, igitur & eius luteum in eadem febre denegare debuisset, quoniam (ut di-

ctum

ctum est) ægre, & ipsum concoquitur, at quum in eiusmodi febre ipsum adhiberi præcipiat, non igitur ut concoctum & induratum, sed potius ut tremulum adhibuit, & hoc iure, tum ut uirtuti imbecillæ restvurando, quum (ut sic bene concoqui possit) succurrat, tum ut bilis acrimonia pro eius moderatam frigiditatem, contemperetur. frigidum enim remissum, (quoniam & quod mediocre, seu symmetron est, id facit) impense calidum infrenat, & contemperat, tum ut conditione substantiæ eius crassæ, bilis tenuis (ad mediocritatem substantiæ eam reducendo) incrassetur, bilis igitur incrassanda est, idem etiam ostenditur, & aliter, quoniam tertianam patientes præter prædicta nonnullis alijs quæ incrassant, curari præcepit, tum edulijs, tum synceris medicamentis, edulijs quidem, ut suum pedibus, quorũ natura Galeno teste tertio de facultate alimentorum capite quarto, ex carnis cutacea, neruosa, lentaq; est, uerum quod est cutaceum, & neruosum idest ligamentale, & tendonibus munitum, pituitosum est Galeno teste lib. eodem, capite secundo. sic enim uerbum id (neruosum) exponit Galenus lib. de cibis boni, & mali succi, capite tertio: partes itaq; hæ extremæ quum elixantur, auctore eodem, loco modo citato, tenaci lentore, & glutinosæ sunt, quam ob causam simile alimentum præstant, id autem, ut constat, crassum est. suum igitur pedes incrassant,

quos

quos etiam sanis cum aceto, & garro. lib. de cibis boni, & mali succi capite undecimo ad infrigidandum, & humectandum exhibuit, gallorum quoq; testiculos incrassare ostenditur Galeni testimonio lib. de boni & mali succi cibis capite tertio scribentis, testes gallinaceorum boni, & crassi esse succi, piscium etiam saxatilium alimentum, quæ omnia tertianam patientibus adhibet, tametsi lib. de attenuante uictu capite 8. scribatur, attenuanti uictui accommodari posse, tertio tamen de facultate alimentorum capite 8. scribitur, alimentum, idest sanguinem ex his genitum, nec tenuem, nec crassum, sed consistentia medium esse. hic igitur sanguis ad succum crassum relatus, tametsi (quum sit consistentia medius) attenuat, ad bilem tamen consistentia tenuem relatus, inspissare, & incrassare dici potest, per regulam sæpe, ac sæpius repetitam, medium ad utrunq; extremum relatum, alterius extremi sumit denominationem. pisces igitur saxatiles tum quia sunt exangues, quamob causam infrigidant, tum quia alimentum consistentia medium gignunt, quod in ordine ad bilem, spissum & crassum est, bilem incrassant, quod & de paruorum procellorum carne liquata intelligatur. lentore enim, & excrementis scatet, ut lib. de cibis boni & mali succi capite quarto, & de uictu attenuante capite 8. constat, idem quoq; intelligatur de infrascriptis reli-

reliquis in cura tertianæ adhibitis, quoniam modo prædictis consimili incrassant, ut præter ante dicta præcipue id constare possit, de atriplice, blito, & cucurbita, quibus tertianam patientes nutrire præcepit. illa enim (ut constat tum secundo alimentorum capite 45. tum lib. de attenuante uictu capite secundo, tum sexto de sim. med. facultatibus cap. proprio) ἄποια idest qualitatis expertia, & aquea sunt, hoc uero quod dictum est de atriplice, & blito locis modo citatis, idem ab eo de cucurbita, eodem de alimentis lib. capite tertio scriptum fuit de lactuca etiam ut constat ab eo lib. eodem, capite 40. idem intelligendum est uidelicet eam succum frigidum, & humidum possidere, quæ omnia tertiana laborantibus à bile tenui pendente, adhibuit, eiusmodi autem qualitatis & succi opus (ut antea ostensum fuit) est incrassare. bilis igitur ab his incrassatur, quod si aduersario condonaretur aliqua ex prædictis ui essentiæ succi non incrassare, tamen ab eis non tollitur ratione qualitatis eorum frigidæ id opus explere posse. malua etiam lib. secundo de alimentorum facultatibus capite 42. crassi esse succi ab eo decernitur, quam tertianam prædictam exquisitam patientibus adhibuitur, eamq; etiam humiditatem, tepidumq; calorem continere, eodem capite scribit, quod est refrigerare, non tamen perspicue, id autem nihil est, præterquam in primo abscessu per frigiditatem

giditatem à temperato recedere, quam ſcilicet maluam infrigidare, & humectare, atq; eandem aqueam eſſe, lib. de attenuante uictu capite ſecundo repetens magis expreſſit. quum igitur horum ciborum natura, tum quo ad qualitates, tum quo ad modum eſſentiæ ſapori reſpondentis, ſit aquea, & cibi eandem habent facultatem cum medicamentis, teſte Galeno primo alimentorum capite primo, cum quibus in ſapore conueniunt, facultatis autem medicamenti aquei ſaporis opus præcipue ad amarum tenue & calidum (qualis eſt bilis) relatum, auctore Galeno quinto ſimp. medicamentorum capite 25. eſt abſolute incraſſare, quoniam aqueum ad idem amarum tenue, & calidum relatum, teſte eodem, 4. ſimpl. medicamentorum capite 22. ut prima parte quæſiti dictum eſt, conditione ſubſtantiæ, eſt eo craſsius. bilis igitur ab eiſdem alimentis in eius cura (quum ea febrem inducit) adhibitis, incraſſatur, & hanc rationem puto ſatis demonſtratiuam eſſe, ſed ſtatim oppones, quoniam quæ aquea ſunt, ſuccum habent tenuem, ut ſecundo de facultate alimentorum capite ſecundo, & tertio conſtat, idcirco falſum ſupponis, hæc incraſſantia eſſe, & proinde, bilem per hæc incraſſandam eſſe, dic quæ aquea ſunt (ut ſæpe dictum eſt) ex quinto ſim. pharmacorum capite dicto incraſſare, dicuntur autem (loco citato) ſucci tenuis eſſe, ad ea quæ

ualde

ualde crassa ut terrea sunt relata, quod ex Galeno constat secundo alimentorum capite 21. quippe idem Galenus quæ conditione substantiæ sunt aquea, secundum quidem unum modum locauit eo in loco media inter astringentia, succum frigidum, & crassum habentia, & acida, succum frigidum, & tenuem obtinentia, ut superius loco citato etiam dictum est, præterea & secundo modo, eadem ut prima parte quæsiti fusius expositum est, & est sententia Galeni paulo ante adducta, ex quarto simpl. med. capite 22. citato, media situauit inter ea quæ cum prædictis fere sunt eadem ex parte una, scilicet quæ crassa, terrea, acerba, & frigida sunt, & amara ex parte alia, quæ calida, & tenuia sunt. aquea enim in tenuitatis, & crassitudinis oppositione ueluti extremorum summorum media situanda esse statuit, at quum, auctore Aristotele, quinto de physico auditu textu sexto, & decimo nono (ut prima parte abunde dictum est) medium ad quodque extremū relatum, alterius extremi sumat denominationem. ex his igitur summatim colligendo sequitur, quum aquea prædicta ad tenuia, & amara relata, eis sint crassiora, bilis autem tertianam faciens, est tenuis, & amara. per hæc igitur aquea, quæ simul sunt alimenta, & medicamenta aduersus eam adhibita, (quorum opus est incrassare) incrassatur. Ceterum aduersus dicta fortasse cauillabis

uillabis dicens, Galenum primo ad Glauconem capite nono, curam tertianæ in ratione uictus antedicta non omnibus idoneam docuisse, sed quæ tantum delitiosis adhibetur, at omnibus communem curam docens aduersus tertiana febre laborantes ab initio ad crisim, usq; ptisanæ succum exhiberi iussit, qui cibus tenuem, & non crassum gignit succum, teste auctore libelli de ptisana, Galeno ascripti, necnon & Galeno de attenuante uictu capite septimo, pari modo, & libro primo de alimentis, capite nono, & duodecimo, quod de eodem ordeo ex quo fit ptisanæ succus, Oribasius quoque ad Eustathium libro quarto, capite primo testatus est, & Paulus lib. primo, capite 78. quod & ratione ostenditur, quoniam secat, & detergit, ut constat, tum primo de ratione uictus in morbis acutis, commento 27. tum libro de ptisana allegato, at detergentia, ac secantia attenuant, & non incrassant, non igitur flaua bilis incrassanda est. Præterea aquea incrassantia (quæ tu bili tenui febrem excitanti ad eius concoctionem faciendam adhiberi præcipis) astringunt, cogunt, atque contrahunt, ac ob id uias, meatusq; obstruere uidentur, quod constat ex his quæ quinto de simp. medic. facultatibus, capite 25. scribuntur igitur à febricitantibus reijcienda sunt, deducitur sequela Galeni testimonio, primo de ratione uictus in morbis acutis, commento 18. in hunc

modum

modum ſcribentis, nemo ſiquidem aſtringentibus utitur niſi propter ſymptoma quod animi deliquium inducit, uel propter immoderatum uentris profluuium, cuius rationem reddens inquit, cogunt ſiquidem conſtringuntq; corpora, uiasq; tum diſtributionis, tum alimoniæ, tum eius quæ foris fit perſpirationis conniuere faciunt, quas recluſas, apertasq; eſſe conducit, uerum tertiana hac laborantes per ſe non concommittatur ſymptoma quippiam animi deliquium inducens, nec uentris profluuium, non igitur aſtringentia adhiberi conuenit, ſed dicendum obiecta hæc aduerſus poſitionem noſtram quicquam non cogere, primum deletur concedendo ſuccum ptiſanæ non ſolum materias pituitoſas craſſas in iecinore, uerum & in uentriculo infartas modo cholæ adhærentes incidere, & detergere, ut primo de ratione uictus in morbis acutis, commentis allegatis conſtat, quod & primo de facultatibus alimentorum capite nono, & duodecimo confirmatur, de quo etiam ibidem ſcribitur, ſi eum ſorbendum dederis, & uomere coegeris plurimum pituitæ craſſæ ab eodem deterſæ cum eo euometur, tametſi igitur hos humores detergat, & ſecet, conſimili modo, & ſi ui quadam polleat, qua eluere, detergere, ſeu repurgare in inteſtinis poſſit, non ſolum materias craſſas, & lentorem poſſidentes, uerum etiam humorem tenuem, & acrem inteſtina mordentem, uel uen-

triculum offendentem, uomitum excitando, teste Aetio libro nono, capite 29. pari modo, & si is humorem, neq; acrem, nec crassum, neq; lentum, uentriculum infestantem Galeno auctore, septimo methodi, capite undecimo, detergendo per uomitum educere possit, inde tamen non sequitur, eundem cremorem ptisanæ attenuare, nisi fortasse improprie, quatenus secat detergit, id attenuare appelles, quoniam quatenus is materiarum prædictarum continuitatem soluit, in partesq; eas separat, secare dicitur uerum, quoniam idem modus essentiæ, qui ante sectionem eis inerat, remanet, idcirco succus ptisanæ proprie attenuare non dicitur. ratio enim medicamenti uere attenuantis, si Auicennæ secundo canone, & libro de uiribus cordis, fides est præstanda, est ut essentiam rei, seu modum essentiæ in quam quidpiam agit tenuiorem reddat, quod prædicto succo in eam agenti proprie, & per se non conuenit, quum ab eo ut est medicamentum in materia cui occurrit idem modus essentiæ summoueatur necesse non sit, pari modo eundem succum detergere concedimus, quoniam quatenus eius ui nitrosa materias eas in superficie membri consistentes aufert, detergere dicitur ceu si intra corpus, magnos posset purgare uasorum meatus, Galeno auctore quinto de simpl. medic. uiribus, capite undecimo. necnon Oribasio ad Iulianum lib. 14. capite 46.

non

non ſolum detergens, uerum expurgans, & medicamentum fartu liberans diceretur, quod uetus Galeni interpres alijs utens nominibus aperiens uocat, eodem iure & ſi concedatur quod dictum eſt, ex Aetio ſcribente eundem ſuccum ptiſanæ billioſas materias eluere & repurgare, ſeu detergere, per id tamen (ut nonnulli putant) nullum ſequitur incommodum, quoniam hoc conceſſo, inde tamen (ut paulo ante dictum eſt) non ſequitur, eum prædictas materias proprie attenuare, uerum potius (ut dictum eſt) duntaxat detergendo repurgare & eluere, quippe medicamentum eluens dicitur eodem Auicenna auctore loco citato, quod ſui uirtute paſſiua uidelicet humiditate, materias, orificia pororũ occupantes ſuper his decurrens, leniens ac quodammodo detergens, eas ab eis aufert dixi (quodammodo) quoniam medicamentum proprie detergens id eſſe dicitur, quod (ut dictum eſt) ui ſua nitroſa ac tenui agente, opus ſuum operatur non ui eius paſſiua, ceu eſt medicamentum eluens, tametſi igitur ptiſana cremor materias craſſas pituitoſas &c. ſecundum eius partem nitroſam ac tenuem detergat ac incidat, necnon bilioſas modo dicto alias ac alia ratione eluat. poteſt tamen, tum ut continet partes alias plurimas conditione eſſentia aqueas, tum ut infrigidat & humectat, incraſſare, quoniã hordeum ex quo fit ſuccus ptiſanæ teſte Galeno quarto ſimp.

medica : capite tertio , iuxta aliorum appellationem (& etiam iuxta eius conſenſum) ſaporis eſt aquei , ueluti ἄγρωσις eſt eſculenta , id eſt gramen, quæ, ut conſtat ſexto de ſim. medica. facultatibus capite proprio , inſtar aquæ , ſaporis eſt aquei , at cibi eandem uim habent cum medicamentis , cum quibus in ſapore conueniunt, (ut ſepe antea dictum eſt) opus autem rei ſaporis aquei , ad rem amaram tenuem relatum , qualis eſt bilis flaua (ut primo articulo ſatis ſuperq; dictum eſt) eſt incraſſare , ſuccus igitur ptiſanæ ex hordeo confectæ , tum quatenus conditione ſubſtantiæ aqueus eſt , tum quatenus autore Galeno primo de facultatibus alimentorum capite primo, necnon octauo methodi cap. 2. infrigidat & humectat , in cura tertianæ à flaua bile pendentis adhibitus bilem præter naturam attenuatam ac ſanguinem non putreſcentem , (attamen ratione bilis putrendo ferueſcentis , cum calefacientis) præter naturam attenuatum incraſſare poteſt . nec obſtat , hordeum ipſum inter ea quæ tenuem ſuccum gignunt , ut obijcitur , à prædictis autoribus, enumerari , quoniam id uerum eſt in ordine ad humorem conditione eſſentiæ mediocrem uidelicet ſanguinem temperatum & in ſui naturali diſpoſitione conſtitutum , non autem quum à bile (ſupra quam par eſt ſuæ naturæ petice, ſecundum naturam diſpoſitæ,) præter naturam attenuata putrente ac ferueſcente , ſan-

guis

uis ei admixtus supercalesit ac tametsi non putrescat, præter naturam attenuatur, nec quod dictū est, idem uidelicet hordeū posse seccare detergere ac abluere quod improprie est attenuare & præter hoc idem incrassare posse ueluti contrarios effectus facere potens, disonum uideri debet, quoniam eidem medicamento, simul & alimento ad sensum simplici nedum diuersas quinimmo & contrarias posse simul inesse facultates sæpe testatus est Galenus, tum primo de facultatibus sim. med. capite 24. necnon tertio eiusdem capite 13. & 14. & 4. eiusdem capite 2. & 6. tum primo de facultatibus alimentorum cap. primo, quod & Oribasius ad Iulianum libro 14. capite 9. comprobauit, & præter alia constat de aceto, lacte, oleo rosaceo, aquis medicatis sponte prouenientibus, lenticula brassica, et plerisque alijs id genus, idem quoque & Auicenna sensit, is nanque prima tertij tractatu primo capite 29. proponens & enumerans, quæ materias biliosas concoquunt, seu modo eius interpretis digerunt, inquit, earum concoctionem seu digestionem fieri cum his quæ substantiam earum aggregant, & præter hoc incidunt ac aperiunt, ueluti est aqua hordei, neq; enim ulla alia ratione aggregare seu incrassare potest, nisi quatenus ex pluribus hordei partibus in aqua incoctis fit decoctū, seu eius succus exprimitur, qui tum quia infrigidans est & humectans, tum quia modo eius es-

ſentiæ aqueus eſt, incraſſare dicitur idem tamen ſuccus, ſeu decoctũ expreſſum ui quarundam aliarum partium tenuium & nitroſarum eiuſdem hordei, incidit ac aperit; quod 2. opponitur incraſſantia, quoniam aſtringunt, uias meatusq́; obſtruunt, atque occludunt, quum tamen nemo in febricitantibus utatur aſtringentibus, igitur &c. dicatur (teſte Galeno 5. ſim. med. capite 13. necnon Oribaſio ad Iulianum libro 14. cap. 54. ſecus eſſe condenſare, quod & incraſſare dici poteſt, ac uehemẽter aſtringere, frigidum enim aqueum condenſando incraſſat, non tamen ut ratio obijcit, niſi leuiter aſtringit, quod non eſt proprie aſtringere febricitantibus denegatum, nempe eiſdem teſtibus locis citatis, medicamenta quæ naturæ ſunt aqueæ, tametſi poros quoſdam tenues condenſent, contrahantq́;, quoniam tamen robur quoddam renitens & durum non habent, quod uehementer aſtringens ſibi determinat, idcirco totum inſtrumentum undequaque conſtringere, meatusq́; & oſcula uenarum, ſenſibilesq́; excretiones cohibere non ualent, quod uehementer aſtringentia quũ ſint terrena craſſarum partium, frigida & ſicca, ac uere obſtruentia faciunt, à febricitantibus reijcienda, ob id igitur illa uidelicet cõdenſantia et incraſſantia, græce πυκνωτικὰ, hæc uero proprie obſtruẽtia ac uehementer contrahentia στεγνωτικὰ. dicta ſunt, falſum itaque aſſumitur incraſſantia, proprie obſtruentia

ac uehementer astringentia esse, necnon meatus occludentia, ac transpirationem in febricitantibus de qua sit cura (ut obijciebatur) cohibere posse.

CAPVT XXVI.

Probatur ex Galeno eandem bilem incrassandam esse per syncera medicamenta.

B *Ilem uero præter hæc uel synceris medicamentis uidelicet balneis aquæ dulcis temperatæ calidis adhibitis concoquendo incrassari ostenditur; quod sana mente intellige, non quidem ut balneum materias biliosas est euacuaus, uerum ut eas alterans & concoquens incrassat. balneum enim prædictum (teste Galeno primo ad Glauconem capite 9.) humectat & potentia refrigerat, at quod hoc pacto agit, incrassat, igitur &c. quod si euadas dicens id est alterare, non autem uere incrassare aduersus hoc ex principijs à Galeno desumptis obijcitur, rationibus utendo prædictis illi & huic proposito communibus necnon & alijs proprijs, communibus quidem, quoniam partes bilis à calore præter naturã putrefaciente, fiunt tum aridiores & calidiores, tum etiam præter naturam tenuiores seipsis secundum naturam dispositis, quoniam calor is causa est ipsius febris*

quæ eſt calor naturalis mutatus in igneum, & ob id naturæ eſt calidæ & ſiccæ, Galeno auctore primo de ratione uictus in morbis acutis commen to 18. & prima aphoriſ. apho. 16. eius igitur caloris, præter naturam eſt calefacere & areſacere, eiusq; etiam eſt præter hoc attenuare, quod autem attenuat conſtat 2. de differentijs febrium capite 11. ubi ſcripſit Galenus (feruentibus in putredine humoribus à caliditate extenuatis &c.) igitur per qualitates contrarias eis, quæ in ea bile præter naturam inualeſcunt, teſte Galeno primo ad Glauconem capite de tertiana opponendum eſt, hæ autem ſunt quæ potentia infrigidando & humectando tum ariditatem & caliditatem, tum tenuitatem præter naturam tollunt. partes enim putrentes refrigerando ad ſymmetriam ſeu ad diſpoſitionem naturalem teſte Galeno 11. methodi capite 8. & 13. quantum poſſumus reſtituere intendimus, at bilis quæ (dum balneando per humectantia ac potentia infrigidantia) ad naturalem ſymmetriam reducitur, ſe ipſa antea præter naturam attenuata, quoniam calidior ac aridior fuit facta, fit craſſior, quoniam quod ex magis attenuato fit minus tenue, ad craſſam naturam accedit per regulam Ariſtotelis ſæpe ac ſæpius repetitam, uidelicet medium ad unum extremū relatum, alterius extremi ſumit denominationem. balneum igitur potentia infrigidans & humectans incraſſat, con firma-

firmatur, quoniam balneum per artem adhibitum humectans ac potentia refrigerans, partes ipsius bilis igneas & aereas dum humectando ac potentia infrigidando ad naturalem earum dispositionem restituere intendit eas uersus naturam partium aquearum reponit, at hæ uersus naturam partium aquearum reductæ aereis partibus & igneis non infrigidatis, nec aquea humiditate affectis, sunt crassiores. aer enim & ignis à frigido & humido alterati incrassantur: bilis igitur à balneo potentia infrigidante & humectante, alterata incrassatur. quod & balneum aquæ dulcis temperatæ calidum incrasset, aliter uidelicet ratione ei propria ostenditur, quoniam coctio quæ fit à natura, fit incrassando (ut antea abunde probatũ est) nedum quæ fit in re utili ut tandem nutriat, uerum & quæ in materia fit noxia, ut fiat pus, uel ei proportione respondens, auctore Galeno 5. sim. med. capite 5. quæ quidem à simili etiam extrinsecus non solum fomentis, uerum & balneo & cæteris id genus præsidijs (ut libro primo de morbis uulgaribus tempestate 2. commento 44. constat,) iuuatur, quod de balneo Aristoteles quoque 4. meteororum textu 7. confirmat quod autem coctione iuuat concoquit, quod ex Galeno (alijs postpositis locis) primo epidemiarum tempestate 2. commento 44. & 45. satis constat sic scribente, εἰ γὰρ ἀξιοῖ τὰ καλῶς ὑπὸ τῆς φύσεως γινόμενα μεμεῖσθαι τὸν ἰατρὸν, οἱ

πεπασμοὶ δὲ ἔργον αὐτῆς ἐςὶν, δῆλον, ὅτι καὶ τάχος κρίσεως, καὶ ἀσφάλειαν, καὶ ὑγείαν δηλώσουσι, καὶ ἡμεῖς δὲ συνεργοῦντες αὐτοῖς ἐργασόμεθα πεπασμούς. quod est. etenim si præclara naturæ opera uult medicum imitari, concoctiones autem naturæ opus sunt, clarum est eas celeritatem iudicij & securitatem & sanitatem significaturas, tum uero nos ijs auxiliando concoctionem effecturos, balneum igitur per artem adhibitum non solum modo dicto alterat, uerum quatenus actu moderate calidum, naturam concoquentem (quæ ut antea fusius ostensum est, incrassando concoctionem facit) iuuat, concoquit, & proinde incrassare, dicitur. præterea uel aduersus sic euadere nitentes, est expressus Galeni locus 3. de ratione uictus in morbis acutis commento 72. scribentis, balneum, euacuato corpore, concoctionem bilis causam facientis iuuare, quod & primo ad Glauconem capite citato, de tertianam patientibus comprobare uidetur scribens, qui balneis admodum delectantur, si uel bis in die lauari promiseris, non aberrabis, subdit paulo post, si uero etiam concoctionis signa ostendantur, tunc etiam si sæpius laueris, nihil deliqueris, quod Paulus libro secundo, capite 19. Aetius libro 5. capite 79. Oribasius etiam ad Eustathium libro 6. capite 10. comprobarunt, quum igitur balneum ante concoctionem bis in die exhibeatur, in tertiana à bile tenui pendente, ueluti & ipsum
in

in causo ab eadem excitato exhibetur, at in eo ipsum exhibetur, ut concoctionem, quæ fit incrassando, iuuet, igitur eadem causa in tertiana ab eadem tenui bile excitata ipsum præcepisse putandum est, uidelicet ut concoctionem (quæ fit à natura) toto corpore per aluum urinam, sudorem &c. putridis materijs euacuato, incrassando iuuet, quod & Oribasius ad Iulianum libro 10. cap. primo (scribens in partibus affectis corpore antea euacuato, balneum oblatum concoctionem iuuare) comprobauit: in uniuersum igitur colligendo balneum aquæ dulcis moderate calidum per artem corpori febre tertiana (iuxta modum dictum) laboranti, adhibitum, bifariam considerari potest, uel ut in eo uis est humectandi & potentia refrigerandi, & quoniam potentia infrigidando & humectando (ut sæpe dictum est) bilem tenuem uersus mediocritatem, ut eius naturæ conuenit, tum in sua essentia, tum in eius qualitatibus reducit, quæ cum seipsa attenuata, ut sic crassior fiat, idcirco incrassat, incrassationem intelligo quæ fit qualitate uidelicet à frigido calorem temperante, non à calido in eam agendo commiscente, pariq; modo concoquit concoctione ab arte, scilicet infrigidando facta, uidelicet qua materia æquatur, attemperatur, ac (ut dictum est) naturæ uere concoquenti. aliquantulum incrassando præparatur, & præter hoc uirtutem concoctricem plurimum ad calo-
rem

rem præter naturam lapſam; per eaſdem qualitates æquat ac temperat, quatenus uero balneũ ſua qualitate actuali uidelicet moderata caliditate, corporis temperaturæ per ipſum humectando ac potentia infrigidando æquatæ; cui actu adhibetur, actu eſt ſimile, & naturam tum alteratricem concoquentem, tum etiam expultricem uim expellentem quoquo modo iuuat, hanc quidem ſui moderata caliditate poros ac meatus patefaciente, per quos nedum pars bilis inutilis, uerum & cætera excrementa euacuationi apta, ab eadem ui expultrice facilius excernuntur, illam uero uidelicet alteratricem concoctionem facientem iuuat, ratione ſimilitudinis calorem in quanto augentis, à quo calore extrinſeco calori innato ſimili (ut antea dictum eſt) concoctio iuuatur, uere incraſſat, & hoc quidem uerum præcipue eſt, quum hæc concoctio fit à natura balneo per artem adhibito adiuta, quæ uidelicet fit per humidi tenuis cum ſicco craſſo mixtionem, quippe ab ipſomet Galeno 2. epidemiarum tempeſtate ſecunda, commento. 44. & 45. ut antea dictum eſt, ſcribitur, nos naturam concoctionem facientem adiuuantes eandem coctionem efficere, & cum natura incraſſando eam faciat, idcirco eodem modo balneum per nos adhibitum concoquit & incraſſat, non itaque hoc 2. modo ex accidenti & æque improprie concoquit & incraſſat, ut primo modo, uerum quia de hoc diffuſe,

fuse, ac satis superq; primo articulo dictum est, idcirco prætermitto.

CAPVT XXVII.
Aduersus dicta obiectio, & dissolutio.

CAETERVM aduersus dicta, uidelicet balneum temperate calidum concoquere et incrassare, obijcitur, quoniam ex concessis balneum febricitanti non adhibetur, nisi corpore euacuato, uel auctore Galeno (præter alias allegata) xi. methodi capite 9. & 2. at corpus euacuari non potest, nisi materia concocta, iuxta aphoris. 22. primæ particulæ concocta medicari. si igitur materia concocta est, non igitur ad eiusdem concoctionem & incrassationem balneum adhiberi potuit, quod confirmatur autoritate Galeni eodem, libro capite 9. sic scribentis, cum fiducia his quæ habitum corporis rarefaciunt medicamentis utimur uel in balneo lauamus, quum notas concoctionis cernimus, si igitur balneum adhibetur signis concoctionis in materia apparentibus, non igitur adhibetur ad concoquendum. præterea balneum cruditate in primis uenis existente non adhibetur Galeno autore xi. methodi capite 20. at si balneum adhibetur ad concoctionem materiei, adest uenarum cruditas, igitur exhiberi non debet. deinde balneum

Primum. Secundũ. Tertium. Quartum

neum temperatum Galeno auctore. 11. methodi capite modo citato totum corpus euacuat, tum quod est fuliginosum digerit, humoresq; fundit & liquat, uiasq; patefacit, non igitur concoquit & incrassat, quoniam hæc (ut constat) inuicem pugnant. Ad hæc obiecta seriatim dicatur, primum itaque dissoluitur concedendo ante exhibitionem balnei, putrida teste Galeno 11. methodi capite 8. & 9. per aluum sudores, urinas, (& etiam ubi suapte natura nonnunquam impetum ad os uentriculi capessant per uomitum) expurganda esse, cum his uidelicet quæ non ualde calefaciendo & exiccando, prædictas euacuationes perficiant, ueluti ptisanæ cremor, aqua mulsa, oximel, appomel, & radix apij in aqua incocta, nostra autem tempestate cum mana, cassia, & consimilibus id genus euacuatio præcipue per aluum expleri consueuit necnon cum aqua lactis, succo uel aqua in qua rosæ maduerint, uel cum fumiterræ aut senæ decocto &c. Et si aluus ex his non deijciatur, ex aqua mulsa cum oleo clystere educenda est, falsum itaque est, quæ euacuantur concocta sint opus esse, quoniam putrida, quæ iam corrupta sunt, uel proxima ut in corruptionem uertantur, quum concoctioni sint inepta, præter quod concoquantur, euacuari possunt, Galeno auctore 11. methodi capite prædicto 8. et etiam 9. quod autem opponitur ex aphoris. concocta medicari, dic id uerum esse, de his quæ putrescunt,

trescunt, & non corrupta, nec corruptioni proxima: sed concoctioni apta sunt. Secundum tollitur, quod & si materia concocta, cum maiori fiducia, & sæpius ægrum in balneo lauamus, febricitantem tamen causo & tertiana à materia tenui & non concocta (qualis est flaua bilis, non autem crassa, neque glutinosa, corpore tamen euacuato iuxta dictum modum & sine tumore, teste Galeno 3. de ratione uictus in morbis acutis commento 62.) balneare possumus. Tertium reijcitur, quod stante cruditate humorum crassorum in primis uenis, non est balneandum, secus esset, si putridis purgatis, tenues humores redundarent non cocti. Quartum refellitur cōcedendo, balneum prædictum sui actuali caliditate, (auctore Galeno xi. methodi capite 20.) uias patefacere, & poros aperire, materiasq; euacuationi aptas in ambitu totius residentes euacuare, & fumidos uapores educere, uimq; concoctricem iuuare, toto tamen corpore à putridis ueluti superuacuis euacuato, neque humores tenues fundit, neque liquat, nec ad imbecillius membrum quodcunque sit, trahit etiam si phlegmone, obstructio aut putredo id obsederit dummodo maxima non adsit febris ut xi. methodi cap. 20. liquet, non temere dixi febre non existente maxima, quia si ea adesset, secus esset. uerum billosas materias non coctas concoctioni aptas, non solum extra uasa putrentes, uerum etiam intra,

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

ut in

ut in ardente febre, & maxima bile per totum corpus ferente, uel ab utilibus non separatas humectans siccitatemq; earum ualidam deponens, potentiaq; refrigerans, temperat, infrenat, & concoquendo incrassat, corpore ut dictum est à prædictis præeuacuato & sine tumore phlegmones uel heresipelatos laborante ut tertio de ratione uictus in morbis acutis commento 62. præallegato constat. quod si aduersus dicta opponas, putrida per enumerata præsidia, saltem per clystere adductum euacuari non posse, quoniam in causo materia peccat in uasis ad quas clystere ex aqua & mulsa peruenire non potest, quoniam 13. methodi capite xi. œnema uix ad tenue intestinum pertingit, non igitur à uenis educere potest. nec suffragatur quod fortasse dici posset, uidelicet tametsi non œnematis substantia saltem eius uis attractrix ad materias in uasis pertingere potest, quoniam in mulsa & oleo oliuæ, ex quibus Galenus. xi. methodi cap. 9. œnema ad hunc scopum confecit, nulla eis ab autore aliquo, cuius extat memoria, scribitur inesse uis attrahendi, quum igitur putrida quæ corrupta sunt, per hæc purgari non possint, neque igitur patientes febrem à bile tenui, ante eius concoctionem, possunt balneari: dic œnema ad uenas in mesereo sitas, ad intestina terminatas pertingere posse, & quoniam in mulsa ratione mellis, Galeno teste libro de cibis boni & mali succi capite

pite 9. & 4. de tuenda ualetudine, uis quædam est acris & mordax, pari modo in oleo, eodem teste 2. de facultatibus sim. med. cap. 17. à qua uis expultrix uenarum ad intestina terminatarum irritata materias putridas in eis collectas ad intestina, & inde extra corpus pellere potest, idcirco clystere prædicto per uentrem putrida pelli possunt, & ex his, quæ dicta sunt, apparet, falsum esse, solum communes materias in initio febris euacuari posse. quod neoterici Auicennæ interpretes scribunt, quinimo præter has, & materias proprias quæ putridas febres excitarunt præter quod concoquantur, per medicamenta imbecilla, dico imbecilla non autem uehemẽter attrahentia (ne crudarum materiarum in corpore remanentium coctio per ualida medicamenta agitantia, si ea adhiberentur, impediatur) per urinas, deiectiones, sudorem, uomitum &c. eas attrahentia, euacuandas esse testatur Galenus xi. methodi capite 8. & 9. necnon Oribasius ad Eustathium, libro 6. capite 8. Paulus quoque libro 2. capite 17. & Aetius, libro 5. capite 75. idem attestantur. Cæterum aduersus ea quæ determinata sunt, uidelicet bilem tertianam excitantem &c. per frigida & humida, incrassandam esse, obijcitur, quoniam omne quod putrescit calidum est & humidum, calidum quidem, quoniam putrefactio (Aristotele teste 4. meteororum textu 4.) est corruptio

Aduersus Gentilem & alios neotericos.

Obiectiones de recenti ad nos transmissæ. Plusquam cõmentator,

propriæ

propriæ ac innatæ caliditatis, in unoquoque humido ab aliena caliditate, humidum uero quoniam quum ipsum calido innato secundum naturam præualet ei dominans, & non ab eo obtentum subiectum putredinis efficitur. ob id enim Galenus, tum 8. methodi capite 7. tum primo de differentijs febrium capite 3. scripsit, corpora maxime parata ad putredinem, esse calida & humida, scilicet in quibus humiditas præualet caliditati, quum igitur à medicamento frigido & humido adhibito calidum secundum naturam ei contrarium adhuc magis uincatur, unaq; à medicamento humido, humidum corporis ad putredinem parati magis excitet calidoq; magis præualeat, calido itaque secundum naturam à frigido medicamento imminuto, humido in corpore ægrotantis eius calido secundum naturam præualente, quum id à medicamento humido adhibito adhuc magis auctum sit, tanto maioris adhuc putredinis subiectum reddetur, at quum cura fiat per contrarium (ut sæpe dictum est) febris igitur à bile putrente non his quæ humectant, quia hæc putredinem augent, sed his quæ exsiccant & infrigidant, curanda est, confirmatur. nam Boreas uentus, quoniam est frigidus & siccus, putredinem curat, & ab ea præseruat. Auster uero econtra: quoniam humidus & calidus est, sui humiditate corporis humiditatem augente ac ob id caliditatem corporis uincente,

ac quodam

ac quodammodo eam suffocante, putredinem inducit, & auget. non igitur per frigida & humida curando bilis alteranda est, sed per frigida & sicca. Præterea Galeno auctor. xi. methodi capite 9. 10. & 12. causa febris est humorum multitudo, crassities, uel uisciditas, obstructio, transpirationis detentio, putredo & febris, quorum quodq; per suum contrarium tollendum est, uerum quum nequeat febris perfecte curari nisi causa quæ methodo resolutiua ultimo inuenta est prius tollatur: omnia autem quæ prædictas causas tollere possunt, Galeno teste, libro eodem capite decimo, præter putredinem, & febrem curantia, opus est esse calida, attenuantia, dissecantia deobstruentia, non autem incrassantia. non igitur bilis tertianam faciens per infrigidantia, & humectantia incrassanda est, quoniam quæ infrigidare, & humectare possunt, quum causas febris prædictas, uidelicet crassitiem, earum lentorem, ac obstructionem, si adhibeantnr augeant potius putredinem, & febrrem augebunt, quia tollant. Tertio, quæ eueniunt, & opus artis, & naturæ consequuntur ex accidenti, & non per se ea non intenduntur ab arte, neque in scientia, Aristotele auctore secundo de physico auditu, uerum materiam biliosam incrassare, est de his quæ ex accidenti eueniunt, & non per se consequuntur opus naturæ, & medici tertianam curantis, quoniam non nisi quatenus, ut materia

Homobonus Cremonensis, & alii recentiores.

Fuchsius.

expedite euacuetur, eam concoquere opus est, quam concoctionem ars, & natura consequi non possunt, nisi per uiam sequelæ, & ex accidenti materia incrassetur: non igitur incrassatio, ut quippiam per se intentum ab arte consideranda, neque in eadem exprimenda est. quod etiam confirmatur, quoniam Galenus scribens methodum curandi tertianam, inquit, eam fieri per contraria, qualitates opponendo contrarias, his quæ sunt præter naturam, at ea contraria quæ opponuntur tertianæ. Galenus scribit esse humectantia, & potentia infrigidantia, uidelicet, quod calefactum, & exsicatum est, infrigidando, & humectando, nulla penitus habita de incrassatione mentione ab eo loco proprio, uidelicet, primo ad Glauconem capite de cura tertiana exquisitæ, nec alibi non igitur Galeno scopus fuit, bilem tertianam incrassare. præterea, & quarto aduersus

Neoterici determinata à nobis antea, obijcitur quoniam bilem tum ab arte, tum à natura incrassare concedis, hoc autem in arte dissonum esse uidetur, quoniam sic utroque modo incrassata ad exuberantem, & immodicam crassitiem uias, ac meatus obstruentem, eá deduces, ut ob id pharmaco extra corpus educi non possit, uel saltem cum torminibus, uertigine, fastidio, animi deliquio, malo pulsu, & uirium dissolutione, aduersus quem modum purgandi reclamat Hippocrates scribens secunda particula aphorismorum, aphorismo nono

opus

opus est, corpora ubi quis uult purgare, fluxa facere, necnon & Galenus, tum in eius commento, tum in commento aphorismi 24. prima particula uidelicet, in acutis passionibus raro, etc. & libro quoniam, & qualiter purgare oporteat, uerum quum non possint corpora fluxa fieri, nisi per reserationem meatuum, & nisi humores in eisdem consistentes, si crassi sint attenuentur. bilis autem sic incrassata, non est attenuata, ea igitur purgari non ualebit. præterea & quinto bilem non esse incrassandam ostenditur, quoniam crassities non solum attractioni medicamenti purgantis, uerum & pulsioni naturæ obsistit. quod ex hoc constat, quoniam ea quæ per sudorem & urinam euacuantur, nisi attenuata fuerint per has uias educi non possunt, non igitur bilis incrassanda est, sed potius attenuanda erat. Ad hæc obiecta dicendum est, ad primum quidem dicitur, tametsi quodputrescit, sit calidum, & humidum sibimet non putrenti collatum, & quatenus tale per infrigidantia, & siccantia putredinem tollentia curandum esset, ceu Boreas putredinem tollit, & ab ea præseruat, inde tamen non sequitur, bilem simpliciter per infrigidantia, & siccantia concoquendo ab arte præparandam esse, quoniam multo plus promouet indicando causa putredinis ad humectandum, quàm actualis putredo ad desiccandum, quod ostenditur quum enim febris tertiana pendere soleat (Galeno aucto-

Fuchsius in aphorismis

re, ſecundo de criſi capite tertio, ſecundoq; de differentijs febrium, capite primo, & tertio, ac primo ad Glauconem, capite proprio) à cauſis calefacientibus, ac exſiccantibus, exempli gratia, labore, exercitatione, uel deuſtione, uigilijs, ira, meroribus, intenſisq; cogitationibus, cibi parcitate, & maxime calidi, medicamentis etiam pari modo calidis, etc. necnon in corpore temperatura bilioſo, locoq; & aere calidis, & ſiccis, tempore anni æſtiuo, calidaq;, & ſicca conſtitutione etc. à quibus bilis acris, & mordax, horrida, naturæq; inobediens facta eſt, & quum non minus quoque contingat, etiam uim alteratricem ab eiſdem cauſis à naturali temperie plurimum diſtare, ac proinde eam bilem continere, ac à putredine tueri, concoquere, ac aſſimilare non poſſe, quoniam omnis qualitas ſupra quam par eſt aucta, propriæ uirtutis actum deijcit, auctore Galeno ſexto de ſymptomatum cauſis, capite primo. quacunque igitur ex cauſa de prædictis omnibus, pluribus, uel aliquibus enarratis bilem ſupercalefacientibus, ſolitoq; aridiorem, acrem, ac rodentem, & ob hoc etiam eam putredini opportunam reddentibus, ea à calore proprio non obtenta, ſed ab alieno præoccupata putreſcat, ab ea fit (ut dictum eſt) febris tertiana, cui etiam accidere poteſt, ut alteratrix uis (uti paulo ante dictum eſt) ob eaſdem cauſas à naturali plurimum diſtet: ea igitur per ſublationem cauſæ putredinis curanda

curanda est. quum igitur eius causa fuerit mala temperies supra modum calida, & arida præscriptis causis inducta tum bilem, tum uim membrorum solidorum alteratricem à propria temperie summouens, eandemq; alteratricem uim imbecillam reddens: per ea igitur quæ infrigidant, & humectant causam putredinis summouentia, uidelicet, caliditatem superabundantem, ac siccitatem exuberantem ipsi bili impressam à propria natura eam trahentem, & ob hoc à proprio calore eam conseruante destituta putrescit, necnon eandem intemperiem, quæ uim alteratricem lædit, eam alterando, ac castigando tollentia; atque ad mediocritatem temperaturæ ei debitæ reducentia, alteranda est, per quæ uis alteratrix excitata, & ualidior facta, putredinem in materia consistentem pellere ualet, non itaque per infrigidantia, & siccantia (ut argumentando opponitur) per artem adhibita, concoquendo bilis alteranda est. Secundum refellitur, negando causam febris perpetuo esse multitudinem, crassitiem, uel uisciditatem, obstructionem, transpirationis detentionem etc. licet id magna ex parte eueniant, nec quod adducitur ex Galeno undecimo methodi, capitibus allegatis id conuincit, quoniam id non proponitur ut perpetuo uerum sit, sed per modum exempli: non enim per modum canonis, seu decreti hoc ab eo inductam fuit, sed uti docens methodum curandi eum prædictæ causæ

febrem excitant, quod patet, quia capite quinto, inquit, (ponatur cum prædictis redundantiam in toto corpore esse, etc.) docere intendens, quid tunc faciendum est, cum omnia prædicta euenerint, quod si secus euenerit, ut tenuitas humorum fuerit in causa non attenuandum, nec secandum, sed per suum contrarium iuxta eius præceptum incrassandum est, quod etiam ex hoc constat. Quippe eodem auctore, libro de inæquali intemperie, capite septimo scribitur, non solum qua inculcata, seu obstructa sunt, & persperatu prohibita putrescere, uerum & multa alia quæ putredini opportuna sunt, putrescere possunt, uerbigratia, ubi materia inutilis pulsu indiget, scilicet ut extra corpus educet, quæ idcirco in corpore remanere contingit, quoniam uirtus expultrix imbecilla eam pellere non ualet. ea igitur non pulsa diutius in corpore remanens, Galeno auctore, secundo de differentijs febrium, capite quinto putrescat necesse est, etsi non sit obstructa, nec inculcata quod constat, ex Galeno loco citato, asserente imbecillitatem uis expultricis posse esse causam putredinis aliam in causis alijs in obiectione adductis putredinem inducentibus, ueluti & in multitudine quoad uires ubi humores eodem auctore, primo de differentijs febrium, capite tertio, non bene continentur, neque concoquuntur, ui concoctrice inualida existente. ij enim præter quod obstruantur diutius in corpore remanentes pu-

putrescunt, ut constat etiam de succis, in loco lati spatij contentis, uidelicet in uentriculo intestinis, & ceteris id genus locis, quos diutius remanentes nisi pellantur, tametsi non obstruantur putrescere experimur. Tertium reijcitur negando incrassationem esse de his, quæ ex accidenti, & non per se eueniunt, & ex accidenti consequuntur opus artis, & naturæ, quod autem non ex accidenti, sed opus non solum naturæ, sed et artis per se consequatur, ostenditur, quoniã quod in quamcunque humorem tenuem agens semper ab initio ad finem usque, præter quamquod infrigidat: etiam condensat, & contrahit per se et non ex accidenti id agit Gal. auctore tum tertio de temperamentis capite quinto tum primo de uiribus sim. medica. capite secundo & tertio, docente ex hoc discrimen inter per se agentia, & ex accidenti sumi debere, sed frigidum agens in bilem, succum tenuem semper ab initio ad finem usque, præterquam quod infrigidat (ut paulo ante ostensum est, dum alterando partes aereas, & igneas ipsius bilis uersus naturam partium aquearũ transmutat, quæ igneis, et aereis sunt crassiores) etiã absolute condensat, et contrahit, ut ex Gal. sententia constat 4. sim. medic. cap. 2. scribentis, proprium frigidi semper esse densare, contrahere etc. quod autem propriũ est alicui per se, et non ex accidenti, ei competit, ut ex logicis principijs patet, uerum, quũ id quod densat, & contrahit, ut antea probatum est, per se

incrassat: bilis igitur etsi non primo, per se tamen & non ex accidenti ab eodem frigido incrassat. obiectionis confirmatio capite 27. ad sextam obiectionem respondendo dissoluetur. Quartum excluditur, quoniam bilem putrentem bifariam peccare dicimus, tum quia ea à calido extraneo putrefaciente, calidum secundum naturam uincente, possidetur, modoq; essentiæ ei debito destituitur, quia nimis attenuatur, & cum hoc humidum à sicco separatur. tum quia eadem bilis à calore eodem præter naturam uicta, & possessa, et non præparata eius purgationi rebellis redditur. frigidum igitur febrem curando, etiam aduersus bilem adhibitum eam alterans, æquans, & temperans, calorisq; præter naturam acrimoniam deponens facit ut bilis quæ à calido præter naturam attenuatur, & cum hoc eius humidum à sicco separatur, non attenuetur, nec ex toto separetur, sed potius aliquantulum incrassando, uersus mediocritatem substantiæ reducatur, ac eius partes humidæ cum siccis quodammodo uniantur. ceterum quoniã ad euacuationem putridi humoris præter hæc exigitur, ut humor putrens calori innato obediat, calorq; innatus ei dominetur, de ratione autem caloris naturalis in humorem agentis est assimilare, quod is facere nequit nisi humidum, quod (teste Aristotele quarto Meteororum textu septimo) materia est concoctionis cum sicco, ut putrido humori conuenit, perfecte misceatur,

tur,

tur, per cuius tum cum ſicco mixtionem, tum quia eius tenuis pars euaporat, craſſiori parte remanente, ſit ut ipſum duntaxat mediocriter incraſſetur, quum itaque bilis dum aſſimilatur, ac ad diſpoſitionem, qua pulſui extra corpus poſt concoctionem obediat peruenit, ad mediocrem craſſitiem, ut naturæ humorum conuenit, deducatur, non igitur ad exuberantem craſſitiem meatus, uiasq; obſtruentem, euacuationem penitus impedientem, nec ad eam, quæ cum torminibus, uertigine, animi deliquio etc. fit, ut opponebatur, euacuationem faciendam producitur. Quintum reijcitur quod tametſi nonnulli, tum ob hoc, tum ob rationes alias in initio huius quæſiti adductas, conuicti, nullo pacto ex uſu eſſe bilis incraſſationem ſcripſerunt, & quum aduerſus eos Ariſtoteles obijcitur, ſcribens quarto Meteororum concoctionem incraſſando procedere, bilis autem concoquenda eſt, igitur incraſſanda eſt, hoc euadere putantes dicunt ea quæ à calido concoquuntur, euaporante humido, aliqualiter craſſeſcere ſubdunt; non tamen ea de cauſa inferendum eſt, tenuitatem euacuationi reſiſtere, atq; ex uſu eſſe craſſitiem, uerum potius ad expeditam euacuationem requiri concoctionem, quæ nimirum craſſitiem quampiam effugere nequit, ueruntamen aduerſus hæc dicentes obijcitur. Primo quoniam in his cum eorum alias dictis eſt pugna manifeſta, quoniam bilem nunc ante purgationem concoqui Fuchſius. Fuchſius in parado. & aphor.

aſſe-

asserunt, alias uero turgentem esse, & sine concoctione medicamento solum eam ueluti manu ad uias excretionum dirigente, ac trahente educi autumabant. Secundo quoniam quum bilem concoqui admittant, ob quod (ut ipsi fatentur) incrassatur: ex usu igitur est crassities non tenuitas, quod si tenuitas ex usu esset, bilis igitur non esset concoquenda, quum per concoctionem crassitiem sibi asciscat. crassum enim, & tenue contraria sunt, ut antea ostensum est. per horum igitur unius positionem, alterum destrui necesse est, præterea falsum etiam assumunt, & aduersus id uidelicet tenuitatem ex usu esse, est Galenus (ut alias diximus) primo de morbis uulgaribus, tempestate prima commento 25. scribens ex mente Hippocratis, omnes tenues humores crudos esse, & ut concoquantur robustam desiderare naturam. idem confirmatur ex Aristotele etiam, quarto Meteororum textu iuxta Alexandrum, decimo de concoctione essentiæ crudorum humorum scribente, ubi inquit, quapropter subtiles humores de eorum numero sunt, quæ oma sunt idest cruda, quæ autem concocta sunt, non tenuia, sed constantia esse. id etiam euidens est ex his quæ antea per nos scripta sunt, ubi probatum est ante purgationem humores nisi turgeant, concoquendos esse, quod non fit nisi incrassando. tenuitas igitur non est ex usu, nec etiam quod dicunt, quæ concoquuntur, idcirco duntaxat aliqua-

liter crassescere, quoniam ab eis per calidum, quod concoquit euaporat humidum, uerum est, quinimo præter hoc, id quod concoquitur, potissime incrassatur, quoniam humidum, quod Aristoteles appellat materiam, seu subiectum concoctionis (à calido) cum sicco crasso miscetur, & ob id, inquit, aquam solam humidorum, scilicet sine sicco, cui admisceatur non incrassari, nec esse crudam, nec concoqui posse: dico igitur, ea quæ euacuantur per sudorem, & urinam, si eorum materia supra quam est, crassa, & uiscida sit, attenuanda, & secanda esse, sin autem tenuis, & à calore præter naturam, supra quam par est, sit attenuata, in sua specie incrassanda esse, & ut sic per eos meatus, tum per sudorem, tum per urinam educi posse. quod autem crassities non obstet tractioni medicamenti purgantis, nec pulsui naturæ, sed bene tenuitas, postea in tertia parte quæsiti, ubi rationes eiusdem principales, soluentur, fusius explicabitur.

CAPVT XXVIII.

Probatur præter bilem, alios tenues humores, præter quod febrem faciant incraſſandos eſſe.

POSTREMVM *diſcutiendum eſt probare non ſolum bilem, uerum & alios humores tenues, præter quod putreſcant, febremq́; excitent, quum lædunt, pro cura morborum, quos committunt, ab arte incraſſandos eſſe. quod primo oſtenditur de bile, ſecundo de alijs, de bile quidem, quippe Trallianus, libro primo, capite ſextodecimo, de cura cephalalgia à bile pendentis, ſcribens, inquit, bilis ut ſuperuacanea medicamentorum præſidijs euacuanda eſt. uerum ne id citra rationem moliamur, corpus infuſione antea, uel cibis, uel lauacris temperatis, uel unctionibus, uel acopis denique pluribus humectandum eſt. humor nanque officium faceſcens, dicta ratione diſpoſitus, coctus, & tanquam ſubactus, ac domitus minori negocio ab euacuante medicamento profligitur, & exhauritur, quum itaque bilis putrendo ferueſcens dictis præſidijs (in actiuis) temperatis cocta, & domita, ac attemperata, facilius euacuetur: temperatum autem medium eſt, quod ad bilem à calore putrendo attenuatam relatum alterius extremi*

remi sumit denominationem, id autem fieri non
otest, nisi quia ad eandem relatum alteran-
o infrigidat, & ob hoc eam incrassat. bilis igitur
ncrassatur, quæ eadem præsidia dolorem capitis
bile patienti, Galenus quoque secundo de com-
ositione medicamentorum secundum loca &
ræter hæc aquæ potum ueluti infrigidantis hu-
nectantis ac attemperantis ac proinde incrassan-
tis curando exhiberi præcepit. præterea & se-
cundo idem testatur Galenus duodecimo methodi
capite septimo de cura doloris colici agens à bile,
à toto ad intestina fluente pendentis ubi alicam
granis mali punici immissis pro eius affectus cura
adhibuit: alicam autem aqua incoctam incrassa-
re paulo ante, ex mente Galeni ostensum est, igi-
tur etc. præterea idem, eodem libro, capite octa-
uo, de cura doloris colici, ab eadem bili tenui
pendente, inquit de narcoticis sermonem habens,
κατὰ τοῦτο γοῦν οὐ μόνον ὡς αἰσθήσεως ναρκωτικὰ
χρήσιμα καθέστηκεν, ἀλλὰ καὶ ὡς συνιστάντα, καὶ
παχύνοντα τὴν τῶν ὑγρῶν λεπτότητα, καὶ προσέτι
καὶ θερμότητα σφοδρὰν ὑπάρχουσαν ἐμψύχοντα.
quod est. Qua ratione non solum ut torporem in-
ducentia salutaria sunt, sed ut humorum tenui-
tatem cogentia, atque incrassantia, & præter
hoc caliditatem uehementem inexistentem infri-
gidantia. porro & secundo de alijs succis, tenui-
bus peccantibus (præter bilem tenuem) idem
probatur, quippe sermonem habens Aetius li-
bro

bro nono capite 29. aduerſus affectiones ab eis pendentes ſcripſit, quum facta euacuatione, tenuis humor remanens infeſtat, doloremq́; infert, non ſolum quod ſenſum ſtupefacit, ſed & quæ humores tenues inſpiſſant, caloremq́; refrigerant, maxime opitulantur aduerſus fluxionem tenuem ac acrem ad aſperam arteriam fluentem, ſeptimo quoque de compoſitione medicamentorum, ſecundum loca, non ſecus parauit Galenus pro medela diachodion non ex melle, ſed ex ſappa, quod hepſema uocant, ut medicamentum frigidum ad materiam tenuem inſpiſſandam. Aetius quoque eundem affectum patientibus libro octauo capite 54. antidoton ex papaueris capitibus compoſitum, ut tenues humores inſpiſſans, ac infrigidans, quum medicamentum ſit frigidum, exhiberi iuſſit, præterea auctor, quarti libri de ratione uictus in morbis acutis textu 113. curat corpora in quorum uentre ſuperabundant humores acres, ob eorum quæ ingeſta ſunt acrimoniam geniti, à quibus fit inuſtio per ea, quæ ſunt boni ſucci, et incraſſant, eorumq́; acrimoniam infrenant, quæ omnia actu frigida exhibet, quod & Galenus in commento expreſſit ſcribens. τὰ δὲ ὠὰ, καὶ ἡ σεμίδαλις, καὶ ὁ χόνδρος παχύχυμα, καὶ εὔχυμα, καὶ ἐπικρατικά *etc. ſubdit paulo poſt.* ταῦτα δὲ πάντα δίδωσι ψυχρὰ διὰ τὴν δριμύτητα, καὶ θερμότητα τῶν τὸ πάθος ἐργαζομένων χυμῶν. *quod eſt. Oua autem et ſimilia, et chondrus craſſi ſunt ſucci, et*

boni,

boni, & humorum acrimoniam infrenant, paucis interpositis subdit, omnia autem hæc frigida exhibet propter humorum, qui affectũ procreant, tum acrimoniam, tum caliditatem. quum igitur cura fiat per contrarium, tenue autem (ut sæpe antea dictum est) crasso contrarium est, per hæc igitur quæ incrassant, humores tenues incrassantur, non solum in his qui patiuntur inustionem ab humoribus prædictis cum febre, ut antea capite 23. dictum est, uerum & in illis, qui id patiuntur citra febrem, quoniam ubi in corpore fuerint prædicti humores acres, quorũ inaicium fuit per secessum acrium deiectio, cremorem tritici frumentacei, & plura alia id genus adhibuit medicamenta, ut constat libro prædicto textu 112. cuius cremoris opus est incrassare, quoniam triticum crassum succum generat, ut constat libro de ratione uictus attenuante capite sexto, ex his itaque constat in genere, necnon & in specie, tenuem humorem incrassandum esse, expedita itaque huius quæsiti secunda parte præcipua tum tenuem humorem in genere, tum & flauam bilem in specie febrem excitantem etc. utrunque esse incrassandum probante.

CA-

CAPVT XXIX.

Soluuntur rationes capite XXI. adducte probantes humores post sanguinem genitos concoqui non posse.

AD TERTIAM *partem quæsiti accedentes, rationes in contrarium probantes dissoluemus, primo itaque rationes bilem syncera concoqui non posse probantes, hoc præcipue fundamento innixas, quoniam ea cruda non est, sed à calore supra sanguinis generationem genita denuo concoqui non potest, dissoluentur. secundo, rationes in initio quæstionis adductæ, eam nullo pacto concoquendam esse suadentes, quoniam ea turgens est, explodentur. Prima itaque ratio tum ex quarto de tuenda ualetudine, tum ex nono methodi sumpta, probans humores citra sanguinem concoquendos esse, acres uero, ac mordaces supra sanguinem ueluti utraque est bilis, salsa pituita, ac icores, statim extra corpus educendos esse, dissoluitur, concedendo id totum uerum esse, quoniam de ea coctione quæ totius substantiæ familiaritate partes nutrientes in substantiam nutriendi conuertuntur, ibidem Galeni est sermo, idcirco tum acria, ac mordacia excrementa, & ad nutriendum inutilia, ut bilis tum flaua, tum nigra, quibus sanguis*

Solutio rationũ Villanouani.

guis purgatur, teste eodem secundo naturalium facultatum capite ultimo, quum superfluunt, & non putrent sine medio propter alios naturæ usus pelluntur, illa à uenis ad eam quæ iecinori subest uesicam, hæc uero ad lienem transmittitur? deinde illa ad intestina, hæc uero ad uentrem demandatur, serosæ uero humiditates, ad uesicam, omnia autem hæc tandem (nisi obstructio obstiterit, quæ si obstet per contraria tollenda est, glutinosum incidendo, crassum attenuando) extra corpus pelluntur, pari modo ad id quod ex alijs Galeni locis opponitur tum undecimo methodi, tum secundo de differentijs febrium, ac alias dicatur concedendo excrementa supradicta si ex causa aliqua de prædictis ad loca pulsui deputata ut extra corpus educantur, non pellantur, putrescere, uerum putrescentia, nisi ex toto à calore præter naturam possessa, ac corrupta fuerint, ac ob id concoctioni suscipiendæ inepta antequam uehementi pharmaco agitante, ac à remotis trahente propulsentur, iuxta regulas ab Hippocrate datas, tum primo epidemiarum tempestate secunda textu 44. uidelicet maturationes excrementorum tempestiuæ undique aut bonæ etc. tum prima aphorismorum textu 22. uidelicet, concocta medicari, & mouere non cruda etc. concoquenda fore uiasq; , ac meatus aperiendos esse. secunda ratio eodem modo dissoluitur, concedendo hæc quæ enumerata sunt, uidelicet ichores,

salsam pituitam, ac utranque bilem, quum non putrescant nec febrem faciant, nec in substantiam corporis alendi per concoctionem conuerti sint apta, secundum quem modum libro de constitutione artis medicæ loco allegato, de concoctione Galeni est sermo, euacuanda esse. Ceterum quæ ex his tenuia sunt, quoniam iam antea à natura in sanguinis generatione, ut eorum naturæ pro pulsu conuenit, satis sunt concocta absque aliqua concoctione statim extra corpus pellenda esse, concedimus, quæ uero ex his crassa, & lenta sunt, ut atra bilis, & pituita prædicta, nonnullæq; aliæ eiusdem species, has quidem ante euacuationem concoctione arte facta secandas esse, illas uero attenuandas, iuxta Hippocratis, & Galeni decretum, uidelicet, (corpora ubi quis uult purgare oportet fluxa facere) fatendum est, quod semel præceptum, & ceu axioma in arte suppositum alijs in locis repetere opus non fuit, acidam uero, ac dulcem pituitam quum non sint concoctæ concoctione, ut in substantiam corporis nutriendi conuertantur, & nutriant, concoquendas esse, & ob hoc eis datum non fuit receptaculum determinatum, in quo recipiantur, ueluti alijs excrementis nutritioni ineptis, ac extra corpus propulsandis, quale bili, & serositati urinali est uesica, atra uero bili lien concessum est, nec quod dicitur Aristotelem quarto Metheororum, solum pituitæ meminisse, ut quæ alios inter humo-

res in substantiam partium alendarum converti possit, & inter tumores, præter naturam nascentias, ut qui soli sint tumores phlegmonosi à sanguine pendentes apto secundum eius partem non uitiatam concoqui, ac nutrire uerum est quod uerba Aristotelis loco citato ostendunt, hæc autem sunt, ἔστι δὲ ἡ φυμάτων, καὶ φλέγματος, καὶ τῶν τοιούτων πέπανσις, ἡ ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ θερμοῦ, τοῦ ἐνόντος ψυχροῦ πέψις. ἀδυνάτον γὰρ ὁρίζειν μὴ κρατοῦν. *quod est. Est autem nascentium, & phlegmatis, & talium pepansis, à naturali calido in existentis humidi dgestio, impossibile est enim terminare non obtinens, ubi constat ibidem præter nascentias, & phlegmata addidisse hoc uerbum* καὶ τῶν τοιούτων, *& talium, talia autem sunt, non nisi ea quæ supra enumerauerat, uidelicet quum humidum tale, & tantum, aut optesin passum, aut hepsesin, aut putrefactum, aut aliqualiter calefactum. tunc enim, inquit, utile & digestum finem esse digestionis, quæ tendebat in subiectam formam: uerbi gratia, mustum (ut sæpe alias dictum est) digestum esse dicitur, teste Alexandro ibidem exponente, quum factum fuerit uinum, & quæ in nascentijs quum fuerit factum pus, uel ulcus, & lacryma, idest catarrus, teste eodem quum lemæ, uel lippitudo in oculis factæ fuerint, subdit Aristoteles urinas excrementa, & omnes superfluitates digesta dici, quum caliditatem proprium humidum obtinere insinuabunt, & de*

pepansi sermonem complens, inquit, καὶ τὰ μὲν εἰς αὐτὴν φύσις ἄγει κατὰ τοῦτο, τὰ δὲ ἐκβάλλει. *quod est. Et hæc quidem secundum hoc in ipsam natura ducit, hæc autem eijcit, ubi Alexander inquit, horum quidem iam ad formam transmutatorum pepansin patientium hæc quidem ad naturalem formam transmutantur, quæ forma finis est ipsius pepansis secundum naturam, hæc uero eijciuntur, ac secluduntur ab eo quod secundum naturam se habet, ueluti phlegma, lippitudo, pus superfluum etc. ex quibus apparet, quum phlegma, pus, & reliqua superflua secludantur ab eo quod secundum naturam, quæ tamen pepansin patiuntur, eum non de pituita in substantiam partium alendarum conuertibili intellexisse, sed inutili, nec concoctionem solum in his esse quæ nutrire sunt apta, quod autem tertio opponitur scirrum heresipelata, œdema etc. non concoqui quum ab humoribus fiant synceris, igitur nec humores hi in uenis synceri concoquuntur, dicatur, sequelam non constare, quoniam coctio (Galeno auctore primo epidemiarum, prima tempestate, commento 46.) fit à natura membrorum solidorum quæ est eius temperatura constans ex calido, frigido, & humido, etc. calore tamen naturali eam iuuante, calorem autem naturalem concoctionem iuuantem uocat Galenus quinto simpl. medic. capite 8. iuxta aphorismum decimumquartum primæ particu-*

læ,

læ, qui crescunt plurimum habent innatum calorem, uidelicet, substantiam sanguineam, & aeream, una cum spiritu innato, quum itaq; humores hi sinceri, tumores prædictos facientes ad cutem pulsi, mensura caloris prædicti innati careant. neque enim eis in locis copia est spiritus, sanguineæq; substantiæ, cum qua plurimum spiritus commorantur quæ concoctionem iuuat, ueluti in uenis, & locis intrinsecis comperitur, hinc est quod intus remanentes humores hi sinceri concoqui possunt, non autem extra pulsi, quod si obijcias Galenum tum primo de crisi, tum primo de differentijs febrium, capite sexto, comparantem concoctionem humorum in uasis putrescentium, concoctioni humorum in partibus exteris tumores præter naturam excitantium, at in tumoribus præter naturam, ut scirro, ædemate etc. teste eodem, ac Paulo, eorum curam præcipientibus, humores prædictos tumores committentes non concoquuntur, igitur nec in uenis, dic Galenum non comparasse concoctionem humorum in uenis putrescentium, ad ædema, scirrum etc. exquisitos, sed ad tubercula, abscessus, & ceteras inflammationes, quibus sanguinis, & cum eo spirituum copia commixta est, qui omnes succi putrescentes à calore membrorum solidorum continentium una, & à calore prædicto innato concoquuntur. Quod quarto opponitur à causa efficiente, uidelicet naturam solidorum membrorum

agere, ut assimilet, at utraque bilis, ac pituita salsa assimilari non possunt, igitur etc. dicatur sanguinem, & humores citra sanguinem crudos, uel semicrudos, non solum in accidentibus colore, & modo substantiæ etc. assimilari posse, uerum & substantia ipsa, quoniam in substantiam partium nutriendarum conuerti possunt, humores autem prædicti supra sanguinem, ut utraque bilis, ac salsa pituita quum putrescunt, natura solidorum membrorum agente duntaxat in acciden tibus eisdem assimilari ualent. Ad id quod quinto opponitur ex materia concoctionis, quæ familiare in se habet, quod substantiæ similitudine in naturæ alimentum deduci potest, sinceri autem humores familiare aliquid in se non habent, quo similitudine substantiæ, in substantiam membrorum deduci possit, igitur etc. dic in his quæ similitudinem in substantia non habent cum eo quod alitur, ut nutrire queant quum putrescunt, & concoquuntur, similitudinem in accidentibus per concoctionem à membris solidis factam eis sufficere, uidelicet in colore, crassitie etc. per quæ accidentia, à calore solidorum membrorum eis impressa, ij uicti ac domiti esse cognoscuntur, quod uirtute fit alteratrice, & quod dicitur crassities ab ea inducta potius expulsioni obest quàm prodest, quoniam quanto tenuior humor, tanto facilius educitur, dic tametsi ui solius pharmaci trahentis facilius tenuis humor quàm crassus extra

tra corpus educatur, quoniam tamen eductio materiæ peccantis, teſte Galeno, primo aphoriſmorum, aphoriſmo uigeſimo ſecundo, & libro quando, & qualiter purgare oporteat, non fit (natura de ſe imbecillius agente) niſi tum pharmaco attrahente, tum uirtute expultrice, materiam concoctam pellente, uis autem expultrix in corpore à naturali diſpoſitione non multum diſtante, teſte Galeno tertio de decretorijs diebus, capite octauo, quum ad expellendum non inſurgat ex ordine naturalium facultatum inter ſe niſi humores à ui alteratrice antea ſint euicti, ac concocti, poſtea à bonis ſuccis ſecreti, expultriciq; ui obedientes facti, bilis autem concocta, & ob concoctionem ui expultrici obediens facta, craſſior eſt quàm cruda, ut tum ex Ariſtotele quarto Meteororum, tum ex Galeno locis antea citatis atis oſtenſum fuit, idcirco facilius craſſus quàm tenuis purgando educitur. Ad ſextum quod ex ordine naturæ ſumitur, concedo naturam in uenis humores concoquere, poſtea utiles aptos nutrire ab inutilibus ſecernere, & tertio inutiles ad loca expulſionum, uel ad uenarum orificia, ut commodius expellantur, tranſmittere: & quum ſint concocti, niſi putreſcant, alia concoctione opus non eſſe, & quod dicitur quum ſint incraſſati maiorem hoſtem natura ſibi præparauit, quoniam craſſior tenui difficilius educitur: ceterum de hoc abunde antea dictum eſt, uidelicet materiam

ex ordine facultatum in corpore (ut dictum est) à naturali dispositione non multum semoto attractam, ac detentam, putrentem, ac febrem excitantem, non pelli, nisi ea à uirtute alteratrice prius concoquatur, ac post ab utili secreta, per qualitatem ex concoctione impressam facilius ui expultrici obediat, quam, quum bilis cruda, & tenuis non obtineat, idcirco nec cum conferentia, nec cum tolerantia purgari potest, & quod dictum est, continue fit, natura recte operante, at non multum præter naturam disposita, uerum ubi ratione dispositionum præter naturam in corpore existentium natura ante materiæ concoctionem, & utilis ab inutili secretionem irritata fuerit, ut materias noxias una cum benignis (uel ut in uomitu, diarea, tussi, febribus in earum initio, & cum materiæ cruditate, ac plerisque alijs id genus fieri solet) extra corpus pellere cogatur, quum id fiat sine conferentia, & tolerantiæ casus hi sunt præter naturam in corpore plurimum à naturali dispositione semotis, Galeno auctore quarta aphorismorum, aphorismo 22, & eodem libro, aphorismo secundo, quem modum purgandi medicus insequi non debet, quum nec natura recte disposita eum tentet, et quod opponitur in morbo regio absurdum esset incrassare, quum idem Galenus quinto de locis affectis curat ipsum cum attenuantibus, ac incidentibus, quibus plures sanauit, similiter Aetius. Dicatur, in mor-

bo

bo regio ex obstructione, quum humores non putrescant, sat esse eos cum attenuantibus, ac incidentibus præparare, & meatus aperire, postea pharmaco bilem educere, uirtutemq; uesicæ fellis expultricem, si imbecilla sit iuuare, seu roborare, pari modo de alijs excrementorum receptaculis, quæ autem in ambitu totius est, balneis, unctionibus, uel frictionibus discutere, uel euacuare. ultimum quod opponitur ex definitione maturationis morbi desumptum, ubi scribitur eam esse concoctionem rei præter naturam, quæ in substantiam concoquentis deducitur, ad hoc ut rationis magis pateat dissolutio, primo uerba Gal. græca adducenda sunt, quoniã et interpres non uidetur huius seriei partẽ primam bene uertisse, hæc autẽ sunt. πέψις γάρτις ἐςὶ τῶν παρὰ φύσιν, ὁ πεπασμὸς τȣ̃ νοσήματος. αὕτη δὲ ἡ πέψις εἰς τὴν τοῦ πέπλοντος οὐσίαν, ἀγωγήτις ἐςὶ τοῦ πεπτομένου. κατὰ φύσιν μὲν οὖν ἔχοντος τοῦ σώματος, ὅταν καὶ τὸ πεπτόμενον οἰκείαν ἔχῃ φύσιν τῷ πέπλοντι, μεταβολὴ καὶ ἀλλοίωσις ἁπάσης τῆς πεπλομένης οὐσίας, ἢ τοῦ πλείσου μέρους αὐτῆς γίνεται, βραχυτάτου περιττεύοντος ἡμῖν ἡμιπέπλου. παρὰ φύσιν δὲ διακειμένων, ὅπερ ἐςὶν, ἀλλοτρίων ὑπαρχόντων τῇ τοῦ μεταβάλλοντός τε καὶ ἀλλοιοῦντος φύσει, τὸ μὲν ἐξομοιούμενον ὀλίγον γίνεται, τὸ δ' ἡμίπεπλον περίττωμα πολύ. quòd est. maturatio morbi est quædam concoctio eorum quæ sunt præter naturam. ubi uerbum hoc græcum παρὰ φύσιν. quod præter natu-

naturam uertendum fuerat, ab interprete, secundum naturam uersum est. hæc uero concoctio in concoquentis substantiam, deductio quædam est eius quod concoquitur, ubi igitur corpus bene se habet cumq; ei quod concoquitur naturæ intercedit familiaritas cum concoquente, mutatio fit & alteratio totius concoquendæ materiæ, aut maximæ partis eius, minimumq; superat semicocti, at uero quando præter naturam affecta sunt quod accidit ubi sunt à natura mutantis, & alterantis aliena, id quod assimilatur paucum est, semicoctum uero excrementum multum etc. ex his igitur liquet, si maturatio morbi est concoctio eorũ quæ sunt præter naturã, non igitur tantum quod utile est concoquitur, sed & quod inutile est. argumentum igitur partis aduersæ magis oppositum, quàm propositum probat, nec parti aduersæ suffragatur. quod dicit Gal. in comm. prædicto, uidelicet quando res præter naturam affecta est, quod accidit ubi à natura immutantis, & alterantis est aliena, id quod assimilatur paucum est, semicoctum uero excrementum multum, ex quibus eliciunt in coctione rei præter naturam solum utile ei commixtum in substantiam aliti conuertendum, concoqui, ex his inquam, quoniam Galenus dicit paucum assimilari, uidelicet, quod utile est, at solum id concoquitur quod assimilatur, igitur solum utile concoquitur. inutile uero excrementum ueluti non coctum remanere, inquit,

quit, quod ipſe ſemicoctum appellat, huic dicatur, rem præter naturam affectam morbum excitantem in malitia ſecundum eius partes differre ſecundum magis, & minus, quum igitur res præter naturam affecta eſt, & à natura alterantis, ſeu aſsimilantis aliena, quod eius exquiſitæ aſsimilatur duntaxat in accidentibus colore, uidelicet craſsitie, & lenitate magna ex parte paucum eſt, reliquum uero plurimum uti etærogeneum, & adhuc magis præter naturam, & ceu magis à natura concoquentis alienum, non ſolum non in ſubſtantia, uerum nec in accidentibus exquiſitæ aſsimilari poteſt, uerum uel diſcutitur, & per poros corporis inſenſibiliter educitur, uel ut corruptum per uias excrementorum per aluum, urinam, uel ſudorem etc. expurgatur, hanc autem expoſitionem nobis indicauit Galenus quum ſcribit. αὕτη δὲ ἡ πέψις, εἰς τὴν τοῦ πέποντος οὐσίαν ἀγωγή τις. *id eſt. Hæc autem concoctio, ſcilicet rei præter naturam in ſubſtantiam concoquentis eſt deductio quædam, ubi dictio hæc* τὶς, *id eſt, quædam, addita huic dictioni,* ἀγωγὴ, *id eſt, deductio quædam, quidpiam minuens indicat, per hoc intendens, ut deductio eius pauci quod concoquitur, in concoquentis ſubſtantiam, quum ſit rei præter naturam concoctio, quia eſt cauſæ morbi maturatio, ut hoc loco inquit Galenus, quæ res præter naturam quum in ſubſtantiam, ſecundum formam aliti conuerti non poſsit ſaltem*

in concoquentis substantiam secundum accidentia deducatur, quod si quispiam contendat dicens deductionem hanc illius pauci in substantiam secundum formam aliti penitus fieri debere, non autem solum secundum accidentia, plurimi uero superfluentis deductionem in concoquentis substantiam duntaxat secundum accidentia fieri, per hoc enim ipsum à concoctione illius pauci quod est res secundum naturam, & utile aptum in concoquentis substantiam conuerti, tametsi ei admixtum sit, discriminatur, quod ipsum, res est præter naturam, ceterum hoc ei concesso, adhuc aduersus positionem hanc, aduersarius nihil proficere potest. etenim aduersus eum dicam, quum omnia in nobis (teste Galeno, sexto de usu partium, capite sextodecimo, ex Hippocratis mente) mixta sint, nihilq; plane sit sincerum, esto igitur, excrementis morbum constituentibus admixtum esse utile, quod concoquitur, & deinde ab inutili secernitur, nihil tamen prohibet excrementa, quæ post eorum coctionem factam ab utili secernuntur, & postea è corpore euacuantur, ipsa quoque una cum utili simul concoqui iuxta concoctionis generale significatum, quod est (teste Galeno, secundo de ratione uictus in morbis acutis, commento 44.) quando natura sui robore ea euicerit, & permutauerit, & iuxta ea quæ scribuntur à Galeno in commento aphorismi, concocta medicari, scribente eos, scilicet humores qui

sunt

ſunt aliqua parte firmati, neque alio auxilio mouere opus eſſe, neque medicari ante concoctionem, medicari autem, eſt uti medicamento purgante, ut ipſe inquit, tunc enim & naturam ipſam habemus, euacuationi adminiculantem, uidetur ſiquidem & ipſa poſt concoctiones, humores diſcernere, & ſuperfluitates expellere, quo in tempore fiunt iudicationes etc. quod etiam idem teſtatus eſt primo de criſi, capite ſeptimo ſcribens cuiuſque partis in corpore ſuperfluitatem, eam quæ illi ineſt diſpoſitionem oſtendere, ſi concoctam, ſalubrem; ſi crudam, ægram. & hoc modo intelligi poteſt Galenus loco citato, in obiectione ex definitione maturationis morbi deſumpta, uidelicet quum inquit, at ubi præter naturam affecta ſunt, quod accidit ubi ſunt à natura immutantis, & alterantis aliena, quod aſſimilatur paucum eſt, ſemicoctum uero excrementum multum etc. quod intelligo uerum eſſe, ubi utile concoquendum cum inutili concoquendo admixtum eſt, quoniam, ut dictum eſt, omnia (intellige tu id uerum eſſe magna ex parte) in nobis mixta ſunt, ſecus autem eſſet, ſi ſeorſum excrementum concoqueretur, utili antea concocto, ſemicoctum uero excrementum uocat iuxta hanc expoſitionem Galenus, quod ad utile, & benignum reduci non poteſt, ſed ceu inutile, ſuo tamen modo à natura concoctionem adeptum extra corpus propulſatur.

CA-

CAPVT XXX.

Soluuntur rationes in quæstionis initio adductæ.

Solutio rationum Fuchsii.

a D RATIONES *etiam aliorum in initio quæstionis adductas respondetur, prima itaque ratio adducta, uidelicet quanto humor est tenuior, eo facilius educitur, quoniam est naturæ, & medicamento magis obediens, tametsi ex dictis ad quintam obiectionem positionis prioris abunde pateat solutio, quia tamen omnes hoc argumento, ut Achille utuntur, idcirco solutionem datam adhuc magis dilucidabo, & roborabo, dico igitur secus esse operari circa humorem non putridum, & putridum, febrem excitantem, quoniam si humor fuerit non putridus coctus, ac ab alijs secretus, hoc modo uerum est absolute, tenuem crasso facilius educi, quum eius educationi nihil penitus obstet, quod ostenditur, quoniam non ex parte humoris, quum tenuis crasso magis educationi obediat, nec ex parte ordinis uirtutum, quum materia ui alteratrice antea sit concocta, & ab alijs secreta, uiq; expultrici obediens facta, uis igitur expultrix ceteris paribus facilius tenuē quàm crassum expellit, si tamen humor tenuis fuerit putridus febrem excitans, dic tametsi indicatione sumpta*

ab eſſentia humoris tenuitate peccantis, (ubi ab aliјs ſecretus, & non circunfluens fuerit, nec in parte, ſeu in poris membrorum fixus, ſi tamen id euenire poſſit) ui medicamenti, ſuccus tenuis craſſo facilius educeretur attamen ratione cruditatis, eius ab utili non ſecreti, ſed potius ei commixti, quum (auctore Galeno primo aphoriſmorum, aphoriſmo ſecundo, necnon prima epidemiarum tempeſtate ſecunda, commento 45.) medicus ſit naturæ recte operantis imitator, natura autem recte operans, teſte eodem prima, & quarta aphoriſmorum, aphoriſmo 22. prius concoquit, deinde utile ab inutili ſecernit, poſt expellit, igitur & medicus in materia putrida febrem excitante prius naturæ concoctionem, materiam morbi concoquentis iuuabit, ac ea deinde ab utili ſecreta (natura imbecillius agente) pharmaco trahente, uirtuteq́; expultrice ad expellendum adminiculante, purgabit, ut ex utroque, uidelicet natura expellente, & medicamento attrahente, Galeno teſte prima aphoriſmorum, aphoriſmo 22. & libro quando & qualiter purgare oporteat, purgatio perficiatur, at quoniam (ut ſæpe dictum eſt) quum materia eſt concocta, craſſior eſt cruda, falſum igitur eſt, in materia putrida febrem excitante, natura recte operante, & medicamento attrahente, tenuem humorem abſolute facilius quàm craſſum educi, quum id ex parte ordinis facultatum naturalium, non aſſequatur,

quatur, & hoc etiam intellexit Auerroes septimo colliget, capite nono, quum scribit, tametsi medicinæ laxatiuæ tenues humores, crassis facilius trahant, non tamen id fit ex naturæ opere, cui quodammodo et Auicenna alludere uidetur prima quarti, quum scripsit, aduersus Rasim, intentionem in digerendo, seu concoquendo humores non semper esse eos subtiliare, sed substantiam eorum ante euacuationem æquare, uidelicet si tenuis fuerit moderate incrassare, sicuti facit natura, licet possit crassum attenuando, uiscidumq; incidendo etiam æquare, æquationem hic intellige non propriam, & ueram concoctionem, sed (eam ut alias dictum est) quæ à medico facienda est: non autem concoctionem quæ fit à natura, quoniam ea concoquendo, ut sæpe dictum est, semper incrassat, licet & ipsa sine artis adminiculo humores ad concoctionem præparans ab ipsa faciendam iuxta materiæ dispositionem interdum attenuet, & secet etc. id tamen, ut sæpius dixi, concoquere non est, & ad id quod secundo, ex 14. methodi desumitur, uidelicet in herpete à bile tenui pendente faciliorem esse eius euacuationem, quàm crassæ pituitæ, pari modo, quod tertio opponitur ex Hippocrate primo de natura humana, post euacuationem cognati humoris ui pharmaci prius tenuem, quàm crassum educi· quod etiam Galenus tertio de uiribus simp. medicam. capite uigesimo sexto, comprobauit. dic id

uerùm

uerum esse, quoniam humor (de quo ibi est sermo) ut ei conuenit, à natura satis coctus fuit, & quia non putret, nec febrem excitat, idcirco tenuior facilius ui pharmaci trahetur, quàm crassus, & quod quarto adducitur ex quarta aphorismorum aphorismo decimo conceditur, in materia turgente eadem die purgandum, ne materia in membro principali figatur, uel uirtus deijciatur etc. nec id nostro opponitur instituto, quoniam decisio nostra est de materia in uenis, uel extra uenas posita non turgente, sed consistente quam ante euacuationem uolumus incrassare, turgenti uero satis est ante purgationem uiarum patefactio. Quod quinto opponitur inchoantibus morbis esse euacuandum, quoniam circa initia, & fines omnia imbecilliora, dicatur, si de medicamento uehementi, & à remotis purgante, intelligatur, id uerum esse, materia turgente, uijs etiam paratis, & non aliter: ad id, quod sexto opponitur ex aphorismo nono secunda particula, uidelicet, corpora ubi quis uult purgare oportet fluxa facere, ubi materiam, tum lentorem, tum crassitiem participantem, inquit, concoquendam esse, hanc quidem attenuando, illam uero incidendo, nulla penitus de incrassatione habita mentione, quinimo & ob id librum de attenuante uictu scribit se edidisse ut crassi tenuentur humores, non igitur incrassandi sunt: dicatur tenue, & crassum (teste Galeno libro de cibis boni, &

malí ſucci capite tertio) eſſe extrema, inter quæ medium eſt ſymetron, quod medium eſt exceſſuum, uidelicet tenuitatis, & craſſitiei, craſſum igitur ſupra æqualitatem ſecundum naturam tenuandum eſt, ut ad æqualitatem perducatur, eodem modo tenue incraſſandum, & ſecundum huic conſimilem modum, idem Galenus ſcripſit quarto de ratione uictus in morbis acutis commento quinquageſimo primo Hippocratem interpretans, ſcribentem urinas craſſiores, ac pallidiores, meliores, tenuiores, ac magis nigras deteriores, urinam tum craſſam, tum tenuem eſſe, præter naturam, quoniam quæ ſecundum naturam eſt neque craſſa, neque tenuis eſt, idem puta de humoribus à quibus hæ deciduntur, & (quorum hæ ſunt indicia) febrem excitantibus, librum igitur edidit Galenus de attenuante uictu, propter eos qui craſſo utuntur uictu, ut humores craſſi ad æqualitatem reducantur, & ob hoc in calce commenti noni ſecundæ particulæ ſcripſit, ſi in corpore lenti, & craſſi (uidelicet ſupra quam deceat) fuerint, humores attenuandos, ac ſecandos eſſe, innuens, ut ad æqualitatem reducantur, ſubintelligenſq; ibi pari modo (ſi plus iuſto tenues ſint) incraſſando, ad æqualitatem reducendos eſſe, nec opus fuit eo in loco id exprimere tum quando ſæpius delinquunt uictu craſſo ſupra quàm par eſt homines quàm tenui, Galeno teſte ſexta particula aphoriſmorum, aphoriſmo uige-

gigesimo octauo, idcirco hoc non sæpe eueniens ex illo crebro eueniente, ab eo expresso, (quoniam quæ in arte, magna ex parte contingunt magis quàm quæ non crebro exprimi consueuere) subintelligendum esse uoluit, tum quia oppositorum est eadem disciplina, quum igitur crassum tenui oppositum sit, & cum scripserit undecimo methodi capite tertiodecimo, idem crassum per id, quod tenuat, ceu per contrarium attenuandum esse, sequitur igitur, quum cura fiat per contrarium, ut subintelligendum sit, tenue incrassandum esse, tum præcipue, quia hoc satis alias expresserat, uidelicet undecimo methodi capite duodecimo, quum inquit, si quid plus minus ue iusto tenue, crassum calidum, uel frigidum fuerit, per suum contrarium tollendum est, at tenuis plus æquo, est bilis quum putret, & tertianam facit febrem, igitur per suum contarium, quod est crassum, tollenda est. quorumcunque enim tum morborum, tum causarum, & eorum quæ sunt præter naturam curationem, ibidem uult per contraria fieri, concoctaq; prius (ut alias scripsit) medicanda esse, & quum concoctio (ut ostensum fuit) fiat incrassando, bilis igitur ante purgationem incrassanda est. Quod si obijcias, Galenum primo ad Glauconem capite de cura tertianæ, à bile flaua pendentis, scribentem methodum curandi eam per intentiones curatiuas, de bile incrassanda non meminisse, uidetur igitur bilis non Obiectio. Respōsio

non esse incrassanda, dic ipsum, libellum illum summatim, & ceu compendium quoddam scripsisse, quod ipse, capite primo eiusdem libri, fatetur, & idcirco breuitatis causa eum solum indicationes à quibus sumuntur primæ, & principales intentiones curatiuæ, uidelicet bilem tenuem supra quam par est aridiorem, ac calidiorem factam infrigidandam, & humectandam esse, quas aliæ consequuntur, uidelicet eam incrassandam esse expresisse, hanc etiam incrassationem (ut dictum est) faciendam esse. Auicennam intellexisse prima quarti ab Hippocrate, & Galeno haudquaquam dissentientem, nemini dubium est, quum scripsit, intentionem in digerendo esse, æquationem, uidelicet tenue inrcassando, quod si obijciatur ex Galeno, libro, quando, & qualiter purgare oporteat, scribente, tenues humores ab initio purgabis, in crassis uero, & lentis concoctionem expectabis, non igitur bilis, quum sit tenuis in morbis incrassanda, & concoquenda est, præterea & secundo idem prima aphorismorum, aphorismo 24. scribit, humores purgatione aptos esse, quum crasi existentes, tenues facti sunt, quum igitur bilis ab initio nullo negotio, sed suapte natura tenuis sit, ab initio igitur purganda est, non incrassanda, alioquin crasitie adepta, purgationi inepta reddetur. Ad primum quod opponitur ex libro, quando & qualiter purgare oporteat, die primo tenues, & serosos

serosos humores, si turgeant, siue uerbis utendo interpretis, si concitati fuerint, uijs reseratis, ab initio purgandos esse, & hoc libro eodem, uidelicet quando, & qualiter purgare oporteat, bene consideranti Galenus intellexisse uidetur. uerum concesso non solum ibidem de turgentibus sermonem esse, sed de tenuibus absolute, quoniam non omnes tenues sunt turgentes, ad obiectionem dic, morbi initium tribus modis dici, ut idem Galenus late explanauit, tum primo de crisi capite sexto, & septimo, tum prima aphorismorum aphorismo duodecimo, cuius unus modus est, spatium temporis ut plurimum, usque ad tertium diem extensum. in hoc igitur significatu, tenues humores, quum intra hoc spatium concocti fuerint, purgari possint, non autem in significatu alio, uidelicet pro uno de temporibus morbi uniuersalis, in quo morbus crudus est, contra augmentum statum, ac declinationem distincto, crassi uero, & lenti quum tum ratione eorum temperaturæ, tum modi substantiæ uirtuti alteratrici concoquenti magis resistant. ac ob hoc tam breui temporis spatio concoqui non possint, nec facile, & sine molestia educi, idcirco in eis ut cum conferentia, & tolerantia educantur, scripsit, non ab initio, idest, intra spatium id scilicet, usque ad tertium diem extensum, sed post secundum tempus; perpetuo tamen ante eorum euacuationem, concoctionem expectandam esse

præcepit, ut quæ non breui, ſed longo temporis ſpatio indigeat, actione enim uehementiori, ac maiori temporis ſpatio, ut commode concoquantur indigent tenues uero iure tenuitatis leuiori concoctione, ac minori temporis ſpatio, ut concoquantur, opus habent, hoc igitur temporis ſpatio quum iam ſint concocti, ut eis conuenit ſecunda, uel tertia die purgari poſſunt, hac igitur de cauſa de eis ſcripſit, ab initio euacuabis, morbi initium (ut dictum eſt) ſumendo, non autem in lentis, & craſſis, & hanc in morbis diutinis, concoctionis expectationem, ante euacuationem euenire contingit, potiſſimum temporibus Galeni, & tempeſtate noſtra. homines enim otio dediti, ac plenioribus cibis repleti, plurimum pituitæ generant, propter quod in craſſitiem, ac tenácitatem humorum, uaſorumq; obſtructiones ab eis pendentes incurrunt, & ob hoc ſcripſit Paulus libro ſecundo capite decimo nono, tertianam hodie raſro cum rigore fieri concuſſiuo qualis à bile ſolet fieri exquiſita, uidelicet, propter pituitæ ex ocio, & plenioribus cibis in hominibus multiplicatæ cum bile admixtionem, ſecundum tollitur, quòd loco eo hi humores tenues dicuntur, qui ex craſſis facti ſunt æquales. medium enim uni extremo relatum, alterius (ut ſæpe dictum eſt) ſumit denominationem. ſic enim locus aphoriſmi uigeſimi quarti primæ particulæ interpretandus eſt. ceterum fortaſſe obijcies, quoniam aphoriſmo uigeſimo

gesimo quarto primæ particulæ, & libro quando & qualiter purgare oporteat, scripsit Galenus ab initio morbi raro purgandum esse, tum quia raro materia turget, tum esto, eam turgere, quoniam non datur occasio corpus purgandi, nisi quis occasionem arripiat, melicratum propinandi, in quo decoctum sit aliquid hyssopi, thymi, uel pulegij etc. uim habens humores extenuandi: materia igitur turgente, si in ea fieri posset præparatio, quum eam cum his, quæ extenuant fieri præcipiat, quanto, magis in alijs humoribus tenuibus non turgentibus: quo nanque igitur modo, ad mentem Galeni eam incrassare concedis? Huic dicendum, tam etsi mulsa cum hyssopo, thymo etc. decocta uim habeat humores extenuandi quum tamen ea corpori materia turgente laboranti, loco allegato, ab eodem propinatur, non hac ratione, ut turgens materia secetur, uel extenuetur, uerum ut corpus ab obstructione meatuum reseretur, uel ex primarum uenarum cruditatibus, uidelicet, si quæ in eis sunt materiæ crudæ attenuatione, ac incisione indigentes attenuentur, & incidantur ut commento nono secundæ particulæ scripsit Galenus, per quæ imparatum corpus, purgationi paratum, seu fluidum fiat: hac igitur de causa in corpore materiam turgentem, febrem excitantem, patiente ratione obstructionis, uel cruditatis materiæ, in primis uasis, uidelicet mesaricis residentis ex accidenti ei annexæ cum extenuan-

tibus, ac incidentibus procedendum esse præcepit Galenus, quod in calce commenti noni prædicti, idem Galenns satis expressit, & ob hoc, quia raro corpus paratum est, ob id in materia turgente purgationes raro fieri inquit. Quod aut septimo opponitur biliosos, ac tenues humores in uentriculo infartos, nullo apparatu præcedente per picram, uel mulsam, cui absinthium est incoctum, Galenus purgat: tenaces uero, ac crassos humores ante purgationem incidendo præparari iussit, non igitur ad mentem eius bilis incrassanda est, huic dicendum secus esse materiam in uenis febrem excitantem, quam natura interdum unam cum arte concoquendo incrassare, ac assimilare nititur, ut eam unico cretico pulsu expellat, cuius concoctionis indicium ex urina desumitur, et eam, quæ non est in uenis, nec febrem excitat, neque eam concoqui ut assimiletur, opus est, quod si concoquatur, & febrem excitet, ad unam tamen creticam expulsionem non seruatur. huius secundi exemplum ostenditur in pleuritide, cuius materia tametsi putret, febremq; excitat, & concoquitur, ea tamen non simul una cretica expulsione, uerum paulatim expellitur, nec eius coctio, uel cruditas per urinam, uerum per sputum indicatur, pari modo materia, quæ non in uenis, sed in neruis est, uel cerebro conuulsionem, uel resolutionem, tremorem, soporem, uel letargum etc. id genus faciens, quæ & ipsa ad creticam

Dissolutio rationum Manardi.

e xpul-

expulsionem non præparatur, sed paulatim discutitur, nec eius concoctio, uel cruditas per urinam ueluti, nec coctio, uel cruditas eius, quæ paulo ante dicta, sed per excreta per nares, uel alios meatus dinoscitur. idem quoque dicatur, de materia in tunicis uentriculi infarta, quæ non putret, satisq; suo modo cocta est, nec unica expulsione (ut in crisi fieri solet) à natura expellitur, sed paulatim, quare ueluti, nec in alijs per urinam signum aliquod tale concoctionis expectandum est. nunquam enim tale apparere aptum est, quoniam urina indicium est affectuum iecoris, & generis uenosi, primo de crisi capite nono, & secundo prædictionum capite sexto, non affectuum in febriculorum cerebri, pectoris, uel pulmonis, teste eodem Galeno, loco prædictionum citato, uidelicet capite de urina, pari modo, eadem urina eius materiæ quæ in tunicis uentriculi (ut dictum est) infarta est, indicium esse non potest. ex his igitur ad obiectum plana est dissolutio concedendo biliosam materiam in tunicis uentriculi infartam, quum non putret, nec febrem excitat, & ob hoc supra quam decet, non est attenuata, licet sit infarta, nec supra quam par est, incrassata est, sed ut suæ naturæ conuenit, à natura satis est præparata, non incrassandam. minus uero concoquendo assimilandam esse, quum itaque hæc, modo substantiæ, purgationi ab arte faciendæ, à natura in eius generatione antea,
(ut

(ut opus est) satis fuerit præparata, ob id Galenus septimo methodi loco citato absque præparatione statim purgante pharmaco eam educendam esse præcepit, dixi, quum non putret, nec febrem excitat, quoniam quum ea in uentriculi tunicis inflammationem excitat, putrens, ac febrem excitans, fueritq; inflammatio hæc cruda, uidelicet in eius initio, tum quoniam (iuxta ea quæ quarto de ratione uictus in morbis acutis textu, & commento uigesimo tertio, scribentur ab Hippocrate, & Galeno) ab inflammata parte nihil adimitur, quum ea non cedat, obsequaturq;, quæ cruda est affectio, uerum potius quæ morbo aduersa, & sana sunt purgantia medicamenta absumunt, & contabefaciunt, corporeq; ad imbecillitatem ducto, morbus superior euadit, tum ne ad locum inflammatum, per medicamentum ab initio adhibitum, noua trahatur materia, & proinde phlegmone augeatur, uel saltem ne per id medicamentum ceu corpus frangens, coctio eius impediatur ante purgationem, inflammationis coctio, (teste Galeno octauo de compositione medicamentorum secundum loca) expectanda est, in materia uero tenaci, & crassa tunicis uentriculi affixa, quum modo substantiæ instar cholæ membris adhæreat, & ob hoc purgationi sit inepta, ipsa quoque quum non putret, nec febrem excitat, sola quæ fit ab arte, uidelicet meatus reserando, ma-

teriam incidendo, ac attenuando, in uniuersum itaque corpus fluidum faciendo, ante eius euacuationem concoctio expectanda est, quæ præter quod aliqua assimilatio à natura ulterius fiat, purgationi à medico tentãdæ sufficiens erit. Ad id, quod postremo opponitur ex libro quando, & qualiter purgare oporteat, ubi scribitur tenues, & serosos humores ab initio purgabis, in crassis uero, & uiscidis concoctionem expectabis, tenuis igitur humor, & præcipuæ flaua bilis, quæ suapte natura est tenuis, ab initio est purgandus, & haudquaque incrassandus est, ad hoc tametsi ut ex dictis constat rationis satis pateat dissolutio, quia tamen hæc obiectio fuit postrema in ordine earum, quæ capite primo obiectæ sunt, & quia recentiores omnes etiam hac, ut Achille alio utuntur non piguit, eius solutionem magis dilucidando repetere. concessum enim est tenues humores si non putrent, nec febrem excitant, quoniam in eorum generatione, ut eis conuenit, satis concocti sunt ante morbi initium uijs apertis purgari posse, pari modo in initio morbi cum hi febrem excitant, & turgent, uijs apertis, nec cruditate in primis uasis existente concessum est eos purgari posse. quod si febrem excitantes non turgeant ab initio, id est intra spatium trium dierum etiam purgari posse. quoniam eo tempore, tum à natura, tum ab arte satis præparati, seu cocti esse possunt, quoniam ob eorum tenuitatem facile

Postrema ratio Manardi dissoluitur.

conco-

concoctioni obediunt , quod tempus initij morbi ut plurimum, usquc ad tertium diem extensum est, & hoc modo summendo morbi initium, seu principium, tenues (uidelicet sic euacuantur in initio fit, eorum euacuatio in illo principio quod est unum de principijs morbi significatum à Galeno primo de crisi capite septimo expressum, scilicet ad tres dies magna ex parte extensum, secundum quod initij morbi significatu, id dictum, quod obijcitur ex Galeno libro, quando, & qualiter purgare oporteat, intelligendum est, quod etiam à nobis antea concessum est. Attamen si initium morbi dicat mensuram, uel dispositionem in qua morbi est cruditas, ut sic humores hi tenues in morbi initio purgari non possunt, quoniam materia tenuis, quum purgatur, eam concoctam esse uolumus, non aut crudam, quod fit incrassando nisi obstructio, uel primarum uenarum ex succis lentis, & crassis cruditas obstiterit attenuantia, ac seccantia indicans, contra quæ attenuando, & seccando procedimus, quod si tenuitas bilis una cum crassorum, & lentorum succorum cruditate peccet, cura composita procedetur plus indicanti magis insistendo, & æqualiter indicantibus, æqualiter per eorum tamen contraria semper curando. ceterum quia de hac materia abunde antea dictum est, non solum quantum ad hoc uerum, & quantum ad totum de concoctione materiæ tenuis febrem excitantis negotium,

gotium, hæc in præsentia sufficiant, & ad prædictarum febrium à biliosa materia non solum tenui, sed etiam crassa: excitatarum curationem per intentiones curatiuas deueniendum est: uerum quia morbus causam habens, perfecte curari nequit, nisi eius causa auferatur. hanc autem morbi causam Arabes sub trimembri membro reponunt, uidelicet sub procatarmaca, absistente, & coniuncta mutuo interse distinctis Neoterici uero nonnulli causas coniunctas in morbis ex toto auferunt, idcirco antequam harum febrium à prædicta materia efficienter pendentium curam aggrediamur, prius uidendum est, an detur in morbis iuxta Hippocratem, & Galenum causa coniuncta, quam Neoterici continentem uocant, ab absistente, & procatarmaca destinctam?

EIVSDEM IACOBI PACINI

quæsitum num in morbis, iuxta Hippocratem, & Galenum causa continens concedatur.

CAPVT PRIMVM.

Probat rationibus Fuchsii, & Leoniceni in morbis causam continentem concedendam non esse.

Leonicenus, & Fuchsius.

N VNQVID *in Hippocratis, ac Galeni doctrina concedenda sit in morbis causa continens, quam coniunctam Arabes uocant, hoc autem fieri posse non uidetur, ex definitione communiter assignata de ea. ea enim est qua posita, & sublata ponitur, & aufertur morbus, quam definitionem tum auctor libri definitionum, tum auctor libri, cui titulus est introductio, seu medicus insequitur: ponit autem exemplum ille, scilicet libri definitionum, auctor ut Calculus in uessica: exemplum uero addidit hic scilicet libri, introductio auctor, ut spiculum, & telum. At in morbis id esse non potest, quoniam*

niam iuxta Galeni doctrinam tertio art. med. capite 89. iuxta Leoniceni seriem, in omni intemperie materiali curanda, primo causam esse summouendam, demum ad eam, quæ facta est ægritudinem deueniendum esse præceptum est. Non igitur causa sublata summouetur morbus. Secundo quoniam ea maxime in febribus putridis, ut Auic. Galenus tertio art. med. & ceteri, esset putredo ipsa, quæ de proximo febrem efficit, at putredo continens causa esse non potest, quoniam tum octauo, capite primo, tum undecimo methodo, capite decimo scribit Galenus post putredinem sublatam ad febrem, quæ facta est curando accedendum esse, item causa non differret à morbo. Deducitur quoniam posita, ac sublata essentia morbi, ponitur, ac summouetur ipso morbus, quoniam ea à morbo non differt, & causa continens est eiusmodi per positionem: sic igitur idem esset morbus, & causa morbi. Præterea nusquam Galenus, ut passim eius libros legenti constat de hac continenti causa meminisse uidetur. nam tertio art. med. capite 89. de morbo qui fit, curam insinuans, quoad eius partem factam per contrarium ait demulcendam esse. quo ad eius partem futuram prohibere, ne fiat, suadet. Subditq;, prohibetur autem eius pars futura sublata ea dispositione, à qua fieri nata est: ea autem causa antecedens nuncupatur, futurus autem morbus, ne ab ea dispositione fiat, quæ i

corporen

corpore est, prohibendus est, causam uidelicet euacuando, uel corrigendo, qui factus est, sublato per suum contrarium eo affectu, à quo actio uitiatur, quam & ipsam essentiam morbi dicimus, curatur, idem quoque uidelicet nullam aliam dari causam morbi præter absistentem, & procatarcticam, tum primo, & secundo meth. tum & de symptomatum differentijs, necnon & de morborum causis aperte ostenditur, quoniam solum eas ibidem enumerat, non autem continentes. Item res facta, permanens, & stabilis non habet causam, morbus est res facta, etc. igitur causam non habet, quare neque continentem. Assumptum pro prima parte constat tum ex Galeno tertio ar. med. loco prius allegato, tum ex aphorismo secundæ particulæ, uidelicet quicunque morbi ex repletione fiunt euacuatio sanat. ubi habet factum morbum per solam contrarij appositionem curari, qui autem fit præter contrarij adhibitionem, prius causam subtrahere præcepit, futurus uero per solam causæ ablationem, non igitur causam habet, quoniam si haberet docens uniuersas morborum intentiones curatiuas sicut in ceteris, pari modo in facto etiam causæ subtractionem præcepisset, quod autem morbus sit res facta, constat ex primo de differentijs symptomatum, ubi distinguens inter morbum, & pathos, inquit, pathos est in fieri, & alterari: morbus uero est res facta constans, &

permanens. his igitur nonnulli moti nullam penitus causam continentem in morbis esse scripserunt; in contrario tamen nostra tempestate fuerunt nonnulli, qui in morbis instrumentarijs causas continentes dari autumarunt. si ea sic finiretur, ut antea definita fuit, scilicet qua posita, & sublata, ponitur, ac summouetur morbus, quoniam crassities, tenacitas, seu humoris copia, causa est obstructionis continens, quoniam eidem ratio causæ continentis adaptatur. nam ea posita, & sublata, ponitur, ac summouetur obstructio quæ morbus est. Quod idem de lapide in uesica, & de tuberculo in naribus oborto asserunt, quatenus obstruunt, & iuxta hanc definitionem inquiunt non negasset eam Galenus ueluti, nec Auicenna, tametsi ille continentem, hic uero coniunctam appellarit. at in mala intemperie materiali ea non datur, quoniam ut rationes in initio quæstionis adductæ probant, sublata causa in morbo qui fit, quod de morbo factum est, restat curandum, nec morbus omnino perit, ea igitur non datur: si tamen continens ea intelligatur secundum quem modum Galenum eam intellexisse arbitrantur, eam in nullo morbo dari inquiunt, quoniam sic finienda uenit, causa continens ea est, qua posita, & sublata ponitur, & aufertur morbus, & à nulla alia causa pendere potest. At quoniam in morbis instrumentarijs obstructio, siue uenarum sanguinem fluere probibens,

1. positio. Fuchsius.
2. positio Curtius.

siue

siue narium, siue uesicæ ex qua fit impotentia urinandi, quum ab alia causa pendere possit, quàm à crassitie, tenacitate, seu humorum copia, idcirco harum quæpiam causa continens nuncupanda non est, quod si obijciatur, Galenus scripsit primo libro de causis pulsuum, capite primo, in pulsibus causam dari continentem respondent in pulsibus id euenire, quoniam eorum generatio à uirtute usu, & instrumento pendet, & à nulla alia causa præter hanc eorum generatio pendere potest. eodem utique modo sanitas causa est continens bonarum operationum, quoniam hæ ab ipsa fiunt, & à nulla alia causa fieri possunt, quod si obijcias textum eundem Galeni nedum in pulsibus uerum in cunctis alijs loquentem, & continentem causam dari præcipientem. Præterea cur non datur in morbis sicut in sanitate primum soliti sunt effugere dicentes dictum Galeni nedum in pulsibus, uerum in cunctis alijs, uerum esse de cunctis à natura intentis, & per hoc secundum, etiam euadere credunt, dicentes, quòd sanitatem esse à natura intentam, idcirco ea causa est bonarum operationum continens, morbus uero quum sit quid præter naturæ intentum, & res causalis (ab infinitis enim causis pendere potest) idcirco in eis causa continens esse non potest, harum positionum destructio ex nostram positionem roborantibus postea patebit. uerum quantum ad id quod ponunt sanitatem iuxta se-

cundam positionem, causam esse continentem perfectionis operationum, non autem morbum esse læsionis earũ causam continentem obijcitur, quoniam secundo art. med. ait Galenus, genera lapsuum eadem esse cum his quæ sanitatem complent, igitur à quibus causis pendet sanitas in genere, pendet & morbus, sicut igitur sanitas causa continens est bonarum operationum, sic & morbus læsionis actionum. Præterea sicut ex debita in simplicibus contemperantia calidi, frigidi, humidi, & sicci in eis comperta pendet simplicium sanitas, & ex his cum debita coæqualitate in instrumentarijs, unaq; cum utriusque unitate, ueluti ex causa adæquata totius pendet sanitas, sic ex intemperantia in simplìcibus, uel uitiata unitate, uel commensuratione in organicis læsa, uel ab omnibus simul læsis in toto resultat ægritudo, quod idem & tertio de rebus non naturalibus scripsit Galenus tertio art. med. in hunc modum scribens. omnia igitur nunc dicta genera materiæ quædam sunt salubrium causarum, at usu opportuno adhibito causæ fiunt conseruatrices, atque salubres, sed ubi à modo deliquerint insalubres redduntur: unde liquet nullam harum rerum exterarum aut salubrem, aut insalubrem existimari oportere, at casdem potius quandoque quidem salubres, quandoque uero insalubres in eo quod aliquid esse; hæc Galenus, ex quibus constat si à quibus causis pendet sanitas, ab eisdem in

Aduersus Curtii positionem, uel alterius quicũque fuerit cuius positio nobis transmissa fuit.

genere

genere pendet & morbus, quare si sanitas causa est continens bonarum operationum, & morbus erit malarum actionum causa continens. Dixi, in genere, quoniam ars est de operabilibus in uniuersali, licet actiones sint suppositorum, id est à singularibus, & circa singularia, de quibus ars non considerat quum utile principalem sit artis, & scientiæ, ut primo Metaphysic. & 2. Post. ac sexto Ethicorum ab Aristotele habetur. quod expresse de morbo Galenus tertio de morbis uulgaribus scripsit commento secundo, primæ particulæ, quum inquit, tremorem manuum, ut symptoma in initio morbi, una cum uirium imbecillitate affectum plenitudinis consequi, ut causam continentem morbosam, ut exacte ibidem perlegenti, ac consideranti patere potest. Idem quoque Galenus de optima secta aduersus empericos disputans, inquit, curando non solum in symptomatum syndrome obseruationem attendi, uerum & locum patientem, quandoque uero & causam prægressam à qua affectus pendet, obseruari opus esse, uti in dentium stupore, quod etsi a serræ seccantis stridore, uomitu, acerbis, uel acetosis, ac ceteris id genus causis pendere possit, non tamen portulacæ præsidio utemur priusquam causam rimati sumus, & subdit aduersus quæ præsidia adhiberi debent, & inquit, τὰ παραλαμβανόμενα ἐπὶ τῶν τοιούτων οὐκ ἐναντιοῦται ταῖς προκαταρκτικαῖς αἰτίαις, οὐ γάρ ἐστι ἀλλὰ

ταῖς συνεκτικαῖς. id est, quæ in his uero assumuntur antegressis causis minime aduersantur, neque enim aliqua adest, sed ipsis continentibus. ex quibus Galeni uerbis colligitur quum stupor, & tremor sint symptomata morbos consequentia hoc quidem ceu symptoma affectum plenitudinis consequens iunctum cum uirium imbecillitate in morbi initio: illud uero affectum dentium morbosum, quos appellat eorum causas esse continentes: igitur morbus erit causa continens, & tamen affectus morbosus dentium, quem per præsidia uult curari, affectui non causis procatarcticis adhibenda, etsi à multis in specie, non tamen interminatis, seu in infinitis, ut ab arte considerantur, pendere potest causis, uti ex loco citato colligi potest: morbus igitur læsionis actionum causa est continens, non minus quàm sanitas eas perficiens, quod uero à sophistis aduersus utranque pratem, uidelicet neutrum horum causam esse continentem obijcitur, quoniam quum quis dormit uel in umbra, uel in otio degit, uel discumbit, sanus est, quum tamen eius consuetæ actiones non perficiantur, quoniam hæ tunc non fiunt, parimodo ligatis manibus, ac pedibus, necnon oculis, ambulandi opus, ac uidendi impeditur, necnon opus comprehendendi quod manibus attribuitur, horum inquam opera impedita sunt, quum tamen corpora hæc non sint ægra, sed sana, parimodo si in humoribus in uenis existentibus

tibus adesset mala qualitas, per quam uena ab eius nutritione, uel succorum concoctione impediretur, nulla in uena qualitate mala impressa, uitiata esset actio, uidelicet nutritio, uel concoctio. eodem modo de spiritu uitali præter naturam affecto ad membra transmisso membrorum actiones debitas prohibente, nulla tamen mala in membris qualitate impressa: eorum itaque esset effatu digna læsio, & tamen nec in membris, nec in toto esset morbus, quum nulla sit per casum in corpus qualitas mala impressa. est autem morbus affectus in animantis corpore functionem primo offendens, secundo de natura humana, commento secundo, quum igitur nec perfectio actionum sanitatem insequatur, quoniam hæ pro tunc non fiunt, læsioq; actionum ab alia causa pendere possit, & actu pendeat, quàm à morbo, ex his conuincitur sicuti sanitas bonarum actionum non est causa continens, sic nec morbus læsionis actionum erit causa continens, his puto ex Galeno respondendum esse, qui sicuti sanitas (ut tertio de differentia sympt. capite primo constat) est constitutio secundum naturam intrinseca, ac idonea, à qua primo, & per se operationes bonæ proueniunt, seu per potentiam suam prouenire possunt, quoniam primo de differentijs morborum capite primo scripsit Galenus, sanitatem non per actionem, uerum per potentiam finiendam esse, & ob hoc ad primum diceretur homi-

nem in uerba, uel ocio degentem, uel dormientem, uel discumbentem (etsi is actu sua munia non operetur) sanum esse, quoniam per potentiam suam operari potest, sic morbus est constitutio præter naturam intrinseca: à qua primo, & per se actionum læsio prodit, uel ex natura sua talis prouenire potest, & per hoc ad secundum si ligatis manibus, pedibus, & oculis actiones offendantur, & non ægrotet, id per accidens, & non per se, uidelicet ex natura morbi intrinseca euenire dicitur, sed à causa extrinseca de qua ars non considerat, quum circa modum summouendi eiusmodi ligaturam non uersetur, igitur ab ea in actionibus impeditus, sicut à quauis alia procatarctica causa, ut ab ea pendet, quisquis impeditus fuerit, æger haudquaquam denominabitur, quoniam igitur eorum constitutiones intrinsecæ perseuerant, illius ut actiones lædantur, huius uero uidelicet sanitatis, ut impedimento sublato per suam potentiam ueluti per causam perficiantur, idcirco horum respectu, tum à morbo, tum à sanitate ratio causæ continentis non tollitur, & quod dicitur de qualitate praua in humoribus praue affectis inexistente actiones uenæ uitiante quæ tamen in membro impressa non est, & parimodo quod opponunt de spiritu ad membra transmisso præternaturaliter affecto, ex quo membra à solitis suis actionibus impediuntur nullo prauo affectu in membris impresso, ut per hæc nedum

quod

quod propoſitum fuit, ſtabiliant, uerum etiam non quemlibet morbum affectionem præter naturam eſſe, in animantis corpore probare contendunt Forliuienſis, & alij, dicatur eos falſum ſupponere, uidelicet prauum affectum in humoribus, uel ſpiritibus exiſtentem membri actiones uitiare poſſe, præter quod ille affectus in membro imprimatur, ſtatim enim mala intemperies membro communicatur, neque enim naturalia membra per ſolam temperiem membri innatam eſſentiam intimumq; eorum calorem (ut primo de locis affectis capite ſeptimo habetur) diu, ut permanentem, ſeu perdurantem, diu ſeruare poſſunt, quo concoquere, nutrire, ac cetera uirtutis tum naturalis, tum uitalis opera facere ualeant, ſed uenis, ac arterijs nutrimentum, ac calorem deferentibus, ut eorum temperatura, & eſſentia ſeruetur indigentia ob id à natura eis conceſſa ſunt: affectus igitur in humoribus prauus, aut ſpiritibus adueniens uenam, aut quoduis aliud membrum à ſolitis ſuis actionibus prohibens, malam in eo temperiem imprimit, per quàm ab eiſdem impeditur, & hoc præcipue uerum eſt, Galeno teſte loco citato, in morbo per proprietatem, neque enim de morbo per conſenſum eſt hic ſermo animati membri actiones lædente, præter quod ipſum afficiatur animatum uoco, ſenſu, & motu prædictum, neque quod dicunt morbum ab infinitis cauſis pendere poſſe, & caſualem eſſe

admittendum eſt, nempe tametſi ſanitas, temperies eſt, & ueluti medium à quo pluribus modis ad ægritudinem peruenitur, in ſpecie tamen, cauſæ per quas à ſanitate receditur, de quibus ars conſiderat, non ſunt infinitæ, ſed determinatæ, licet ſingularia, de quibus tamen non eſt (ut ante dictum eſt) ars, poſſint eſſe infinita. caſus etiam in rebus eſt, ſecundo de phyſico auditu, textu 51. 52. & 57. quæ raro eueniunt, & quæ præter intentum ſunt. at morbi de horum numero non ſunt qui raro accidant, quoniam teſte Hippocrate, tum tertia aphoriſmorum aphoriſmis 21. 22. 23. & 24. tum primo de natura humana, textu 33. 34. 35. & 36. tum Galeno ſecundo de criſi capite nono, hieme morbi abundant pituitoſi: æſtate uero plurimum abundant tertianæ, alij uero alijs in temporibus, non igitur raro eueniunt, & eſto, morbos ex principali naturæ intento non eſſe, ſicut in animalium productione non eſt à natura primo intenta femina mari collata, à natura tamen intenditur, ſic morbi, etſi non ſimpliciter, ſeu primo ſaltem, ſecundum quid, & ſecundo intenti ſunt, quoniam natura de poſſibilibus, quod melius eſt intendit: melior autem morbus eſt interitu, & ob id natura morbum præeligit, quàm interitum.

CAPVT II.

Dilucidatur nos quid sit causa continens antecedens, & quot modis etc.

SED HIS (uti ad rem nostram non pertinentibus) omissis, ad primum nostrum ab initio institutum quaesitum reuertamur. pro eius igitur quaesiti dilucidatione, treis articulos constituemus. primo, termini exponentur. secundo, quaesiti ueritas determinabitur, & rationibus roborabitur. tertio, obseruantia in contrarium adducta dissoluentur, dico igitur quo ad primum de mente ipsius Galeni, libro aduersus Iulianum inscripto, plurimum esse discrimen inter causam antecedentem, & continentem: antecedentem autem bifariam significari apud eum comperio. neque enim eo in libro in eo significatu causam accidentem esse putat Galenus, quo idem interdum alias existimauit, uidelicet, tum secundo methodi, ac primo, capite octauo, tum libro de morborum causis capite secundo, tum quarto de ratione uictus in morbis acutis, commento quinto, ac alias morborum causas in genere bifariam diuidens in internas, uidelicet & externas has procatarcticas: istas uero (quoniam morbum antecedunt) quem siue sine medio, siue cum medio (corporeae existentes) efficiunt: anteceden-

tes

tes nominat, quod eſt accidentis cauſæ primum ſignificatum: quoniam hoc pacto, & continentes nonnullæ ſub hoc diuiſionis membro collocantur. etenim, & hæ cum internæ fuerint morbum antecedunt, ſiue præcedunt: quod uel ex Galeno, tum de putredine, quam undecimo methodi, capite nono. Antecedentem cauſam uocat, quæ ut oſtendetur cauſa eſt febris continens, tum ut ex ſecundo aphoriſmorum, aphoriſmo uigeſimo ſecundo ſcribitur de plenitudine, ſeu redundantia (quàm undecimo methodi, capite eodem, antecedentem cauſam uocat) quæ tamen (ut ab eodem loco aphoriſmorum citato conſtare poteſt, quoniam ea poſita, & ſublata ponitur, & ſummouetur morbus) cauſa morbi, qui fit continens eſt uerum eo in libro antecedentem in alio, & ſecundo ſignificatu, uocat Galenus, quæ non ſolum interna, uerum & externa exiſtens, ut libro aduerſus Iulianum conſtat. morbum cui ortum præſtitit adauget quoad ſibi ſimile quicquam perſiſtens egerit. quod intelligo perinde, ac ſi fixum, ſeu independens, & ſtabile eſſe habuerit ueluti acre medicamentum corrodens, ſeu putrefactorium quod extrinſecum exiſtens, ubi per aliquod temporis ſpatium cutem exulcerare ualeat, ſi diu ibidem perſiſtat carnem, & adhuc diutius perſiſtens, et uſq; ad oſſa ſibi ſubiecta perueniens ea exulceret, cauſa antecedens nominatur, qua ſublata morbus remanet factus pari mo-

do

do si causa esset interna, ut si ex plenitudine uenarum actu agente quippiam factum fuerit, uidelicet earum ruptura, uel mala temperatura fixa, quoniam ex sublatione plenitudinis per eius euacuationem, uidelicet per sanguinis missionem facta, uenæ ruptura, uel mala temperies facta, & fixa, (quæ morbus est factus) remanet, causa antecedens nominatur, eadem tamen plenitudo dum actu agit, iuxta Arabes Auicennam insequentes secunda primi, capite de causis, non antecedens, sed quum sine medio agit causa morbi coniuncta diceretur, at ea tametsi iuxta eos causa coniuncta est, iuxta tamen Galenum eam continentem esse non opus est, & hoc ubi ad eius sublationem factum non summouetur, neque enim si omnis continens (de qua paulo post erit sermo) sit coniuncta, supposita utriusque apud suos auctores definitione: sequitur hanc mutuo conuerti, uidelicet omnem coniunctam causam esse continentem: dico tamen præter hæc, etiam quempiam humorem uitiatum, non solum iuxta Auicennam, & alios eiusdem sectæ auctores, uerumetiam iuxta Galenum, ut constat secundo artis medicæ, capite 82. & libro de constitutione art. med. capite 19. alia tamen ac alia ratione unius affectus causam posse, esse coniunctam, alterius uero antecedentem, uerbi gratia, quatenus prædictus humor uitiatus quicunque fuerit causa est, ut dolor capitis, necnon in corpore tumor

appa-

appareat, uigiliæ, color corporis uitiatus, uomitus, alui ſubductio, appetitus deiectio, ineptitudo ad motum, ſternutamenta, flatus, ructus præter ſolitum etc. actiones tamen conſuetas non impediens, neutræ diſpoſitionis cauſa eſt coniuncta. quatenus uero breui (ſed tamen non de præſenti) actionibus, ſecundum uitam conſuetis incommodabit, uel quoniam non proxime, ſed cauſa alia intermedia proxime agente, id agit, cauſa morbi antecedens, iuxta primam cauſæ antecedentis ſignificatum, pauloante à nobis ex Galeno expoſitum nominatur, ueluti iuxta eoſdem, ſi ex ualidiori obſtructione corpore non difflato, uel uirtute corporis non ſuſtinente, ſed ab humore magis uitiato magis euicta, eadem materia putreſcat, operationibusq; conſuetis incommodet, non neutræ diſpoſitionis, ſed morbi cauſa coniuncta, & ut paulopoſt patebit, iuxta Galenum continens dici poteſt, cauſam uero continentem ipſius morbi, à Galeno comperio bifariam dici. eſſentia enim morbi à qua primo actio uitiatur, affectus quidam eſt in animantis corpore, qui morbi continens cauſa dicitur, ueluti cauſa rei formalis à morbo, cuius eſt cauſa re non differens, ſecundum quem modum Galeni, ſecundo de natura humana, commento ſecundo, conceſſit ex repletione, ueluti ex cauſa efficiente morbos generari, ipſam tamen repletionem non eſſe cauſam morbi continentem, inquit non abſolute, ſed

cauſam

causam quam formalem uocamus: quod his uerbis græcis scriptis Galenus monstrauit. οὐ ταυτὸν ἐστι φάναι συνεκτικὸν αἴτιον νόσων εἶναι πλησμονήν τε καὶ κένωσιν, ἕκαστόν τε καὶ τῶν ἐφεξῆς εἰρημένων, τὸ γίγνεσθαί τι διὰ πλησμονὴν, ἤ τι τῶν ἄλλων. ἀληθὲς μὲν γὰρ τὸ γίγνεσθαι τινὰ νοσήματα διὰ πλησμονὴν, ἢ ὑπὸ πλησμονῆς. & paulo post subdit. οὐκ ἀληθὲς δὲ συνεκτικὸν αἴτιον εἶναι νοσήματος, πλησμονήν. ἡ μὲν γὰρ νόσος αὐτὴ διάθεσίς τις ἐστὶν ἐν ζώου σώματι, πρώτως βλάπτουσα τὴν ἐνέργειαν, subdit paulo post. πλησμονὴ δὲ πρώτως μὲν ἐνέργειαν οὐ βλάπτει. subdit deinde. διὰ μέσης δέ τινος ἑτέρας διαθέσεως, ἥν τινα διάθεσιν. etc. quod est. non est idem debere repletionem, & euacuationem, singulaq; deinceps dicta causam esse morborum continentem, & aliquid ex repletione, seu ob repletionem fieri, uel ex aliquo alio. etenim uerum est quosdam morbos fieri ex repletione, uel à repletione (expone tu ueluti à causa efficiente) subdit, at uerum non est repletionem, morbi causam esse continentem (intellige tu formalem non autem efficientem, alias suis contradiceret dictis, quoniam eius contrarium ab eo colligere libro aduersus Iulianum inscripto, & secunda aphorismorum, aphorismo uigesimo secundo, ac alias, ut postea patebit. deinde inquit) nam morbus ipse affectus quidam est in animantis corpore, primo actionem lædens (subdit paulopost) at repletio primo quidem actionem non offendit

offendit (ſubdit deinde) uerum altero quodam intercedente affectu, quem affectum etc. hanc autem diſtinctionem cauſæ continentis in formalem, & efficientem (de qua efficiente paulo poſt dicetur) ex ſententia Galeni hinc inde collectam ponere coacti fuimus, quoniam niſi poneretur cauſa hæc continens formalis, ratio Galeni qua innititur loco modo citato ad probandũ repletionem non eſſe cauſam morbi continentem falſum aſſumeret, uel ſaltem propoſitum non concluderet, quod deducitur. erat enim ratio eius, (ſi ad formam ſyllogiſticam reducatur) hæc cauſa continens eſt diſpoſitio, ſeu affectus, qui primo actiones lædit, repletio autem non eſt affectus primo actiones lædens, igitur ea non eſt, illud quod eſt cauſa continens. Ceterum ſuper huius aſſumpti prima parte, quia innititur ab aduerſario peteretur, ſub quo intellectu à Galeno proferatur propoſitio hæc, uidelicet cauſa continens eſt, illa diſpoſitio, quæ eſt primo lædens actiones, uel quia eſt duntaxat, & primo cauſa continens læſionis actionum, ut ſenſus uerborum expreſſe ſonat, uel quia primo cauſa eſt continens morbi, & quæ per hunc lædit actiones, non enim idem eſt quippiam eſſe, uel non eſſe cauſam continentem primo lædentem actiones, & eſſe, & non eſſe cauſam primam morbi, ſcilicet continentem, ut cuique notum eſt, ſi primo modo, conceſſa ſecunda parte rationis aſſumptæ una cum prima, & eo

quod

quod ex his ſequitur, conceſſo uidelicet, repletio non eſt illud quod eſt cauſa continens, quia ut dictum eſt, primo actiones non lædit, inde tamen propoſitum, quod Galenus in prima parte commenti adducti aſſumpſit, ut legenti conſtat, & intendebat monſtrare non probatur, uidelicet repletio non eſt cauſa morbi continens, ſed duntaxat hoc, uidelicet repletio non eſt illud quod eſt cauſa continens, ſcilicet læſionis actionum, quod cum cuique ſit per ſe notum, nec in dubium uertebatur, non eſt propoſitum quod ab eo intendebatur: ſi uero prima pars rationis aſſumptæ ſecundo modo intelligatur, uidelicet non de cauſa, continente pro actiones lædente, ſed de cauſa morbi continente, per quem uti per mediū cauſa prædicta lædit actiones, patet eius intellectum eſſe. illa diſpoſitio eſt cauſa morbi continens, quæ primo lædit actiones at conſtat, ſub hoc intellectu propoſitionem falſam eſſe. quoniam nulla eſt diſpoſitio, quæ ſit cauſa morbi continens, quæ primo lædat actiones, præter morbi cauſam, quam nos uocamus formalem, ſed quælibet alia (intercedente morbo) lædit, ſi igitur intelligatur iuxta modum à nobis expoſitum, uidelicet dari cauſam morbi continentem formalem, in nullum incurremus incommodum, quippe ea non eſt aliud quàm affectus, qui eſt morbi eſſentia à morbo re non differens, ſecundum quem modum bona temperatura, & bona commenſuratio in natura

instrumentaria cum debita unitate causa est continens formalis sanitatis, malaq; temperies, uel mala in natura instrumentaria commensuratio, uel soluta continuitas, uel omnia simul sunt causa continens morbi formalis, quæ idcirco morbi formalis causa denominatur, quia idem est, quod morbus explicatus, qui membrum, uel corpus totum informat, idem enim est, hoc esse ægrum, & huic inesse essentiam ægritudinis per definitionem explicatam, ceu causam formalem. pari enim modo quod est causa formalis albi, causa etiam formalis est albedinis, quæ est eius essentia per definitionem explicata. παρώνυμον enim, id est, denominatiuum, & principale idem significant, ut ex Aristotele libro Categoriarum notum est, & ut sic ratio Galeni intellecta, neque assumit falsum, et propositum concludit: ratio igitur hæc est; omne quod est causa morbi continens, scilicet formalis, est dispositio, seu affectus primo efficienter lædens actiones, subsume propositionem hanc ad formam syllogisticam rationem reducendo, morbus secundum rem est affectus ille primo efficienter lædens actiones, igitur is est id, quod est causa morbi continens, scilicet formalis, quæ nihil est præter eius essentiam. nec modus hic argumentandi ex affirmatiuis in secunda figura arguendus est, quoniam in terminis est paribus. mutuo enim inter se conuertuntur morbus, & dispositio

primo

primo efficienter actiones lædens, idcirco terminis transpositis, & propositionibus mutatis ad primamq; figuram syllogisticam redactis, ratio syllogistica ualida est. repletio autem non est dispositio, quæ primo actionem lædat, sed morbo mediante lædit, nempe repletio non est ille affectus, qui est morbi essentia, idcirco conclusio uera est, uidelicet repletio non est id, quod est causa morbi continens, uidelicet formalis, quod est propositum, quod quærebatur: datur igitur de mente Galeni causa continens morbi formalis. alio modo causam aliquam dicimus esse continentem, scilicet in genere causæ efficientis, non dico in genere, ut ea etiam ad actiones, & earum læsiones refertur, de qua postea erit sermo, sed ut duntaxat primo ad morbum refertur, & ea est, qua posita, ac sublata, primo ponitur, ac aufertur morbus, & de hac est questio nostra, ueluti si ex sublatione plenitudinis morbus tollatur, nihilq; ipsius factum relinquatur, ea causa continens nuncupatur (quæ solum esse in rebus habet, quæ fiunt, dum fiunt, & hæc causa entium esse non potest, quæ absoluta entia sint) hæc Galenus libro aduersus Iulianum inscripto, quod dictum sane intelligendum est: quoniam esse rei, quæ fit, dum fit, bifariam intelligi potest, uel ut res successiua, cuius partes simul esse non possunt: uerum parte priori desinente, posterior succedit, uti partes diastoles, & systoteles temporis, mo-

tus, actionis, passionis, locutionis, & reliquorum id genus, ut secundo methodi capite tertio constat, & hæc entia uere duntaxat esse in fieri habent, dum fiunt, & sub nullo horum morbus comprehendi potest, quoniam morbi partes simul permanere possunt, esse stabile, ac permanens habentes: uerum actio pathos etc. sub his collocantur, quoniam eorum partes simul consistere non possunt, & hoc est inter pathos, & morbum discrimen. alio modo esse rei quæ fit, dum fit, intelligi potest, esse ab alio ueluti à causa continue agente, uel conseruante dependens, cuius partes productæ simul consistere possunt, quoniam res est permanens, & si causa ipsum non foueat, uel conseruet, tendit in non esse, ut lux, seu lumen in aere à corpore luminoso pendens, quod ex sublatione causæ recedit. pari modo esse morbi, qui fit à sui causa agente pendens, & quia opus continue agentis, teste Galeno secunda aphorismorum, 22. & 3. art. med. capite 88. est compositum ex facto, & futuro, quod sæpe ad causæ sublationem destruitur, ut paulopost ostendetur: morbus igitur qui fit, uerbi gratia febris putrida quum actiones consuetas lædit, cuius recessus per calorem à temperato oportet ad minus, in tertio sit ordine, quatenus partes caloris tertij gradus permanentes obtinet cordi, ac uniuerso corpori impressas, à quibus simul iunctis primo actio uitiatur morbus denominatur, quatenus uero

uero eius causa, uerbi gratia, putrido humore continue in corpus nostrum agente, uel conseruante, prædictus consequitur morbus, cuius iam pars una facta est: alia de proximo futura, ut pauloante ex testimonio Galeni loco allegato præ diximus, morbus in fieri denominatur, subdit (dum fit) id est, qui ab agente, dum actu agit pendet, uerum quoniam quod eius factum est, sublata causa, non habet esse independens permanens, ac perdurans, ceu habet factum morbi inde pendentis, sed summouetur, & recedit hoc iure ens ab eo absolutum non dicitur, ceterum quoniam in titulo quæsiti de ipso morbo habita est mentio idcirco de eo ut nostro deseruit proposito aliquid explanabimus, morbus igitur ut nostro seruit proposito, tum tertio art. med. capite 88. tum secundo aphorismorum 22. necnon octauo methodi capite primo in eum qui fit, futurum, & factum partiri solet, qui quum teste Galeno primo de differentijs symptomatum capite primo, tum primo de tuenda ualetudine, tum secundo art. med. capite 82. necnon primo de differentijs morborum capite primo, affectus sit, seu constitutio prǽter naturam consuetas primo lædens actiones. futurum enim morbum quoad eius quid est, idcirco prætereo, quoniam quum affectus quidam sit eas haudquaquam impediens sub neutra dispositione eum potius, quàm sub morbo collocandum esse existimo, quum igitur tum

ille inquam morbus ut genus, tum hic, cuius esse est id quod fit, ut species cuius una pars est facta, reliqua de proximo futura, tum ex dictis, tum ex dicendis facile nosci possint. idcirco in præsentiarum ab eorum ulteriori explanatione supersedeo. factus uero morbus quum multipliciter audiri possit, cuius multiplex significatum materiam obscuram, ac difficilem reddit, idcirco sua significata explananda sunt: factum igitur in genere sub quo & factus comprehenditur morbus iuxta nostrum institutum id dicitur primo, quod in esse productum est, siue id res sit permanens, siue res duntaxat esse in fluxu habens, quomodo instans in tempore, mutatum esse in motu, necnon caliditas ab igne in manu impressa, uel in corde ab ira, exercitio, uino, & ceteris id genus, ex quorum sublatione, quoniam non est fixa, ipsa caliditas summouetur: & de hoc genere est quandoque febrilis caliditas, uidelicet quum est morbus qui fit, cordi, ac uniuerso corpori impressa, quoniam quandoque humore putrido à natura, uel arte perfecte euacuato cessat febris, quæ quid factum est, quum sit morbus, uti tertio de differentia symptomatum constat capite primo: factum uero in secundo significatu idem est quod fixum, à causa, speciali dependentia esse independens habens, iuxta modum Galeni octauo methodi capite primo, & ultimo, ueluti est factum hecticæ, & secundum aliquos ipsius diariæ: quoniam eæ,
quum

quum ſint habentes eſſe, & non fiant, idcirco factum eſſe habent independens. neque enim cauſis morbum efficientibus ſublatis, factum id ſummouetur, ueluti nec corroſum ulcus in carne ab acri medicamento; differt tamen id factum in hectica, & diaria ſecundum maiorem eius durationem, & minorem, quoniam hecticæ factum eſt in habitu, & difficile ſolubile eſt, idcirco in ἕξει: illius uero factum in σχέσει, id eſt, facile ſolubile eſt, eius tamen differentia alia etiam ex parte ſubiecti extat præter differentiam eius ab eo ſumptam ex parte formæ, ita quod bifariam factum hecticæ differt à facto diariæ. primo, quod factum hoc eſt, ueluti affectus, quem uetus interpres diſpoſitionem in habitudine uocat, qui differt ab illo, ceu ab habitu. ſecundo uero ex parte ſubiecti, quod eſt, quoniam huius ſubiectum tenuis eſt ſubſtantiæ, uidelicet quum fuerit in ſpiritibus, (ſecus autem ſi fuerit in membris ſolidis) idcirco hoc, uere facile ſolubile eſt, ratione uidelicet ſubiecti, quod eſt ſpiritus, illud uero, quia eius ſubiectum craſſæ eſt ſubſtantiæ, uidelicet membrum, ideo difficile ſolubile, quod faciliori modo, ſi ſpiritus ponantur animati, quam inanimati uerum eſſe poteſt. At qui fortaſſe iterum aduerſus determinata, quiſpiam obijciet, quoniam non uidetur quippiam factum ipſius morbi ex ſublatione cauſæ morbum facientis ſummoueri poſſe, quoniam Galenus in initio commenti uige-

ſimi ſecundi ſecundæ particulæ aphoriſmorum ſcripſit, hæc uerba: Non ſi quid factum ex repletione, neque ipſa non amplius exiſtente, ſi quid remanſerit, curat euacuatio ex quibus uerbis conſtat, nec factum morbi, quod tu uocas dependens, & eſſe ab agente habens, nec independens, ſi quid remanſerit, euacuatione curari, huic dicatur Galenum, ut obiecto opponit, id non senſiſſe. uerba enim in exemplaribus græcis uulgatis, ſeu ſub typo excuſis ſunt hæc. ὀυκ ἔτι γινόμενον ὑπὸ πλησμονῆς, ὀυδὲ ὀυκ ἔτ' οὔσης αὐτῆς, εἴτι μένοι, τοῦτο ἰάσεται κένωσις. Quæ uerba à Leoniceno uertuntur, ut obijciendo ſcribitur, uidelicet non ſi quid factum ex repletione, neque ipſa non amplius exiſtente, ſi quid remanſerit, curat euacuatio, ſuper quibus conſiderandum, quoniam negacio hæc (non ſi quid factum eſt etc.) uel ſolum tranſit ſuper uerbum (uidelicet curat) ipſum negando, & erit ſenſus, euacuatio non curat ſi quid factum eſt, & hoc eſſe falſum conſtat ex locis poſtea allegandis tum ab Hippocrate, tum à Galeno deſumptis, quoniam bile expurgata ſoluitur febris, quæ eſt quid factum, quoniam (ut dictum eſt) teſte Galeno tertio de differentia ſymptomatum capite primo, & ſecundo methodi capite tertio, morbus, ceu & ſanitas ipſa eſt quippiam factum conſtans, & permanens, uel negatio illa (non ſi quid factum eſt) ad uerbum non tranſit, ſed duntaxat negat illud, (non ſi quid

factum

factum est) & propositio erit affirmatiua, cuius sensus est, euacuatio curat (non si quid factum est) quod nonnulli Leoniceno addicti exponunt, idest, quod fit, euacuatio curat. sed dicendum, tametsi quod dicitur, possit esse uerum; attamen præter id, quòd hæc non est phrasis Galeno consueta, etiam rationi & Galeni uerbis hæc expositio non consonat, quod ostenditur, rationi quidem, quoniam sicut fas non est, ut liquet apud Aristotelem libro Priorum resolutionum, apudq; bonos alios auctores, ex negatiua inferre affirmatiuam, pari modo non licet per non factum, quod est dictum negatum interpretari fieri, nec ipsum inferre, quod est uerbum affirmatum: præterea nec Galeni uerbis quadrat, quoniam uerbum hoc à Galeno scriptum, uidelicet γινόμενον, participium est, à γίνομαι, uerbo anomalo deriuatum, quod instantis temporis est, igitur ab eo per fieri interpretari, seu uerti debuit, non per factum esse, quod & Laurentianus animaduertisse uidetur, quum γινόμενον per id quod conficitur, non per id quod factum est, interpretetur, tametsi eius conuersio hoc in loco satis obscura fuerit, ut græco exemplari conferrendo uideri potest. ob id igitur uetustiores codices magis probo, negationem toti seriei orationis præponentes, quæ fortasse primorum scriptorum, uel impressorum in curia omissa est, ut sic legatur. οὐ δὲ τὸ οὐκ ἔτι γινόμενον ὑπὸ πλησμονῆς, οὐδὲ οὐκ ἐλ' οὔσης αὐτῆς, ἔτι Fuchsius.

μένοι, τοῦτο ἰάσεται κένωσις. quod est. neque quo nondum adhuc fit ex repletione, seu satietate, intellige tu presente, neque ipsa non amplius existente si quid remanserit, curat euacuatio, & hæc sententia plana, & uera est: hác nostram lectionem etiam uerba Galeni in commento sequentia confirmant, uidelicet ἀλλ' ὅσα, ἃ καὶ αὐτὸν γίνεται χρόνον, ἐπιχειροῦμεν ἰᾶσθαι, κενώσεως χρῄζει. quod est. sed quæcunque eo ipso quo fiunt tempore curare aggredimur euacuatione indigentia etc. quum enim scripsisset Galenus, neque id quod nondum fit, nec quod remanet post euacuationem ab eadem curari, subdit, ac si quispiam ab eo peteret, quæ igitur ab ipsa euacuatione curantur, ac ueluti respondens, inquit, quæcunque eo quo fiunt tempore euacuatione indigentia curare aggredimur, ex quibus constat Galenum non inficiari factum, quod est pars morbi qui fit, ad causæ sublationem summoueri.

CAPVT III.

Probat aduersus neotericos causam continentem in morbis negantes, eam in eis comperi etc.

QVANTVM *ad secundum articulum pro ueritatis quæsiti determinatione, dico de mente Hippocratis, & Galeni causam in morbis dari continentem nedum in instrumentarijs morbis, uerum & in simplicibus, definitionemq; de ea communiter datam, uidelicet qua posita, ac sublata, ponitur, ac summouetur morbus, ueram esse, quam Galenus primo de locis affectis expressit, dum inquit, id esse axioma, quod quo tangente afficimur, & quo separato quiescit affectus, id causam esse, in confesso est apud omnes homines, & paulo post, nonnunquam à causa quapiam oritur affectus, sed ita oritur, ut separata causa haudquaquam permanentem habeat dispositionem, quod nulli alij attribui potest, nisi causæ continenti, & ponens exemplum inquit, ut constat de uitreo humore intestina afficiente, ac dolores inferente, quo posito, ac sublato, ponitur, & cessat dolor, huius etiam quæstionis dissolutionem Galenus aperte in eodem libro qui ad Iulianum inscribitur aperuit, ubi aduersus eundem, ac Asclepiadem dispu-*

disputat, num repletio causa sit morbi continens, ibidemq; aduersus Neotericos medicos inuehitur, & inquit, nec nomen, nec rem causæ continentis eos percepisse, hoc quoque nomen à stoicis desumptum esse, iunioribus tamen (etsi earum uniuersum genus non recte suscipiant) eos tamen insequens causas nonnullas inquit, sic nominari permisisse, ut libro alio de causis contentiuis (qui hactenus præter librum de causis pulsuum contentiuis, si quis alius ab eo editus fuerit, desideratur) se uberrime scripsisse retulit. quod autem humorum plenitudo non sit morbi causa continens, deducunt, tum quoniam ab initio morbi, ea sublata, morbus cessaret, at nos in dies eum augescere cernimus tum quoniam morbus quicunque breuis, facilisq; esset solutionis nullus, itaque diutinus esset, deducitur, quoniam illico facta euacuatione æger ab omnibus uindicaretur incommodis, cuius tamen contrarium experientia monstrat, uidelicet complures diutinos esse, plenitudinem igitur hi causam ponunt antecedentem, ueluti acre medicamentum, seu putrefactorium, quod ab initio in cute ulcus faciens, postea in carne ad ossa usque perueniens ipsum adauget, usquequo aliquod factum simile derelinquat: huiusmodi igitur naturæ, quum sint causæ antecedentes, fieri nequit, ut factus morbus tollatur, dum eæ remanent: oportet igitur eas tollere, nec tamen earum euacuationem, morbum

ſoluere poſſe, inquiunt, uerum laborantibus utilem eſſe, non quòd ea morbos ſoluat: uerum quia eos augere non permittat, ob id petit Aſclepiades curationem a medicis perfici, non morbos, quos plenitudo faciebat ſoluentibus, ſed ne augeantur prohibentibus, aduerſus quos Galenus ſe opponens inquit, quum plenitudo duplex ſit, quoad uires, & quo ad uaſorum capacitatem, & hæc rurſus duplex, uel uniuerſum occupans corpus, uel duntaxat partem unam, uel plures, pari modo in repletione ad uires ex euacuatione contingit uires diſſolui, uel non. nam etſi uerum ſit in repletione quo ad uaſa, uniuerſum corpus replente, facta euacuatione, ab initio ceſſare morbum plethoricum, non tamen ea, quæ partem duntaxat unam, uel plures, quoniam non ſemper ita cito eiuſmodi plenitudo euacuari poteſt, pariter de repletione quo ad uires ſi ab humorum corruptione incohetur, uidelicet ſi prauus in corpore ſit ſanguis, quum ſimul eum copioſe euacuare nequeamus, ne uires cadant. nec etiam in eius locum ſtatim bonum infundere poterimus, quoniam non parum periculi, dum alimentum corpori idoneum offertur, ne à corrupto ibidem remanente ſanguine, qui ex idoneis cibis genitus eſt, ſanguis corrumpatur, quare eorum obiectioni expedita, ac facilis erit diſſolutio, nam neque facilis erit, ac ueluti e quopiam utre, aut ex dolio inanito, quin ex his quoque, ſi quicquid praui

ui humoris continebatur, euacuauerimus, non statim tamen bonum infundimus humorem, nisi prius deterso, ac eloto uase, sic igitur esto etiam facile esset uitiatum sanguinem ex corpore humano detrahere, pro hoc tamen ex causa antedicta probum statim eius membris infundere non est facile. Præterea si de aliorum humorum, bilis, uidelicet utriusque pituitæ, serosorumq; excrementorum corruptione obiectio opponat, esto etiam his sine febre redundantibus facilem sæpenumero esse eorum euacuationem, si tamen cum eis prius acuta inuadat febris erit sane per quàm ardua euacuatio quum non possit purgans pharmacum citra periculum usui esse, quoniam cum euacuatione uires interdum dissoluuntur, non itaque morbus quicunque ab initio facta euacuatione cessat, nec quilibet breuis, facilisq; est solutionis, id autem existimare eis contingit, quoniam non norunt hi eiusmodi affectiones, uel si cognoscunt, non illico eas discernere sciunt quoniam in artis operibus non sunt uersati, & aduersus id quod dicunt, uidelicet plenitudinis euacuationem morbos non soluere, uerum ne augeantur duntaxat prohibere, inquit, at nos sæpe ipsis artis operibus ostendimus ex utriusque plenitudinis inanitione illico homines sanitati restitutos, utranque autem dicimus, & eam nimirum quæ ad capacitatem uasorum attinet, quam & plethoram uocãt, ac eam quæ uiribus æstimatur,

tur, ubi uidelicet uires ex euacnatione non dissol-
uantur. ostendimus præterea affectus pro funda-
mento habere plenitudinem, quam si quis eua-
cuet, membrum statim in naturalem suum sta-
tum redeat, necnon qui aqua inter cutem tenen-
tur operibus ostendi medicamento aquam educen
te expurgatos, quibus illico uenter detumuit, non
minus morbo regio oppressos exhibito pharmaco
quod bilem expurget, illico ab eo affectu liberos
reddidi, hæc Galenus, ex quibus constat in artis
operibus uersato, & ut inquit ipse se operibus sæ-
pe ostendisse affectiones noscentem, ac eas distin-
guere scientem, & si non semper magna tamen
ex parte, facta ab eo materiæ morbum facientis
euacuatione, uel eius purgatione uiribus non dis-
solutis morbum illico summoueri, ueluti ea posi-
ta ipse quoque ponitur. Idem quoque nono me-
thodi de libero febrem continentem patiente,
quam sola quo ad animo delinqueretur sanguinis
missione curasse scripsit, nulloq; alio adhibito
præsidio sudores, uomitum, ac alui subducatio-
nem consequentes protinus febrem extinxerunt,
sic ut uidentes per iocum omnes inclamarent eum
febrem iugulasse. Præterea tertiodecimo metho-
di scriptum nobis reliquit se non nullos, quibus o-
culi phlegmone tentari cœperant, sola per aluum
purgatione una die sanatos reddidisse, & in de
opt. secta, ab initio morbi facta euacuatione, re-
liqua morbi tempora, augmentum, uigorem etc.
suc-

ſucceſſiua, ſeu mutilata fuiſſe primo quoque de compoſitione medicamentorum, ſecundum loca, inquit, ſola euacuatione alopeciam, atque ophiaſin, quæ quidem ambæ ſunt morbidæ diſpoſitionis, affectus unus, ſola figura differentes, quarum ſymptoma pilorum uitium eſt, nullo locali adhibito præſidio curaſſem, cuius libri interpres non uetus, ſed ex recentioribus hoc loco in ſua uerſione

Ioan. Andernacus

hæc uerba ſic interpretans ἐγὼ, ἴσε, καὶ τὰς ἤδη γεγονυίας ἀλωπεκίας ἰασάμην ἐνίοτε καθάρσει μόνῃ. *quod eſt, ego itaque, ut nouiſtis, iam confirmatas alopecias aliquando ſola purgatione ſanaui, lapſus eſt, quod enim græce legitur,* γεγονυία, *factum, non confirmatum legi debuit, quam ſententiam tum lib. de purgat. med. facult. tum de facile parabilibus, ac alias ſæpe confirmat, ſola uidelicet purgatione uarijs morbis affectos ſæpius curaſſe. pari modo Hippocrates pre alijs in eandem prorupit ſententiam. quarta enim aphoriſmorum aphoriſmo 58. ſcripſit.* ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ, ῥίγεος ἐπιγενομένου, λύσις. *quod eſt, qui à febre ardente tenetur, rigore ſuperueniente ſolutio. ubi Galenus in commento,* καθαιρομένης οὖν τῆς καῦσον ἐργαζομένης χολῆς, ἡ λύσις τῶ πυρετῷ. *quod eſt, bile igitur, ex qua febris ardens habuit ortum, expurgata, ſoluitur febris. quod & de tertiana exquiſita intermittente ſcripſit Galenus tum ſecundo de differentijs febrium capite tertio, tum quarta aphoriſmorum commento 59. docens tertianam*

tianam exquiſitam, quæ ex flaua bile per corpora ſenſibilia delata cum rigore inuadit per uomitum bilis, uel ſudorem, uel uentris excretionem, uel horum omnibus ſolui. prima quoque aphoriſmorum commento 23. Galenus, inquit ἔντε γὰρ τοῖς θερμοτάτοις πυρετοῖς, ἡ μέχρι λειποθυμίας φλεβοτομία κατάψυξίντε παραχρῆμα τῆς ὅλης ἕξεως ἐργάζεται, καὶ σβέννυσι τὸν πυρετόν. quod eſt. in ardentiſſimis febribus uſque ad animi deliquium ſanguis miſſus, ſtatim totius corporis habitus refrigeratur, et febris extinguitur. ſecunda quoque aphoriſmorum commento 25. inquit Galenus nedum quartanæ æſtiuæ breues ſunt, ſed ægritudines aliæ: quoniam humores inutiles fundũtur, per totumq́; corpus feruntur, ac diſſlantur, in quibus igitur uires ualidæ ſunt noxijs humoribus euacuatis morbi ceſſant. quarta quoque aphoriſmorum aphoriſmo 22. habet Galenus in commento ut bona fiat criſis, id eſt morbi ſolutio ſubita, ſat eſt materiæ coctio eius diſcretio, & euacuatio. quod primo quoque aphoriſmorũ aphoriſmo 22. repetijt. 28. quoque aphoriſmo eiuſdem quarti libri conſimilem ſententiam: Galenus in commento habet, uidelicet bile meatus auditorios de repente in febribus occupante, fit ſurditas. ſubdit, quum uero natura hinc ad excretionem per expulſionem peruenerit, ſurditatem ſoluit, item Hippocrates aphoriſmo 60. uidelicet, quibus in febribus aures obſurduerunt, ſanguis ex

naribus fluens, aut aluus turbata, ſoluit morbum, ubi Galenus in commento euacuatis aut transſmutatis noxijs humoribus ceſſant paſſiones. quinta quoque aphoriſmorum idem aphoriſmo 31, uidelicet mulieri ſanguinem euomenti, menſtruis erumpentibus ſolutio. aphoriſmo quoque 32. ſcribit Hippocrates menſtruis deficientibus ſanguis ex naribus fluens, bonum, ſuper quibus Galenus exponens, inquit, ſicut natura materiam noxiam euacuando ſanat, ſiue omnem læſionem tollit, pari modo & medicus eam imitans uidelicet euacuãdo omnem corporis læſionem tollet, idem aphoriſmorum particula ſexta aphoriſmo 11. ſcribens, inquit Hippocrates, atra bile uexatis renũ et paſſionibus hæmorrhoides ſuperuenientes bonum, ubi Galenus in commento ſcribens, inquit, non ſolum ratione euacuationis hæmorrhoides ſanant huiuſmodi paſſiones, ſed & ipſa qualitate humoris euacuati quatenus ſanguinẽ craſſum humore melancholico plenum &c. Hippocrates quoque aphoriſ. 10. eiuſdem libri, uidelicet caput dolenti & circumdolẽti, pus uel aqua, uel ſanguis effluens per nares, aut os, aut aures, morbum ſoluit, ubi Galenus in commento, inquit, pus uel aquam effluentem per nares inflatione ſuppurata uel ab ea humore excreto, nedum ad curationem fieri profectum uerum morbi ſolutionem, idem aphoriſmo 13. uidelicet à ſingultu habitum ſternutatio ſuperueniens liberat. aphoriſmo

rismo quoque 14. scribens ab aqua inter cutem habito, si aqua inter cutem defluxerit, soluitur morbus, necnon aphorismo 15. uidelicet à longo alui profluuio habito uomitus superueniens morbum soluit, idem quoque aphorismo 31. uidelicet dolores oculorum meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut uenæ sectio, aut medicamentum epotum soluit, ubi Galenus in commento nullo in oculos influente humore, fomentum dissoluens, eam quæ in ipsis continetur superfluitatem, sanitatem restituit, quam sententiam Galenus 12. methodi cap. 2. rescribens, inquit, hæc omnia dum affectus sanant, unà cum ipsis dolores sedát, deinceps Hippocrates secunda aphorismorum aphorismo 22. scribit, quicunque morbi ex repletione fiunt, euacuatio sanat, & econtra, & aliorum contrarietas, ubi Galenus in commento inquit, liquet igitur unà cum causis morbos committentibus ipsos destrui, si igitur causa continens eam est, qua posita & sublata, ponitur ac summouetur morbus, at positis excrementis eosdem morbos facientibus ac eis sublatis (ut ex locis per nos ex Hippocrate, & Galeno nunc desumptis constat) ponuntur, ac summouentur morbi, humores igitur seu excrementa enumeratos morbos efficientia, causæ sunt eorum morborum continentes. quod si dicas ad causam continentem constituendam aliquid plus exigi, ut secunda positio in initio quæstionis adducta asserebat, uidelicet Curtius.

morbū ab alia causa pendere non posse. ceterum hoc ex Gale. refellitur. is nanque lib. aduersus Iulianum inscripto, inter causam antecedentem & continētem distinguens inquit, si plenitudo morbi esset causa antecedens, tametsi ea nō sublata, morbus non summoueatur, ex eius tamen sublatione non est opus morbum summoueri, uerum de mente Asclepiadis, ea summota, eum duntaxat augeri non permittit. sed si ponamus plenitudinem causam esse continentem, quam tamen Asclepiades esse non admittit, ea posita & sublata ponitur, & aufertur morbus, ex quibus constat tertiam conditionem per secundam positionem additam, commentitiam & inutilem esse, quoniam si ea opus esset diminute, utique eius rationē, qua ab antecedente distinguitur, scripsisset Galenus eodem libro, quum scripsit, si plenitudo est causa continens, ea sublata, aufertur morbus, quoniam aduersarius ei opponere posset, esto, ea sublata, morbum esse sublatum, quoniam tamen ab alia causa pendere potest, idcirco ea causa non est continens. quod autem prædicta causæ continentis diffinitio sit uera, etiam ex ipso Dioscoride, lib. simplic. 6. uel secundum aliorum sectionem septimo ostenditur, qui hanc causæ continentis definitionem ut ueram comprobauit, scribens συνεκτικὸν δὲ, ἐπειδὴ τῶν παθῶν παρόντων καὶ αὐτὸ πάρεστι, καὶ χωρισθέντος αὐτοῦ, χωρίζεται, καὶ τὰ συμβαίνοντα περὶ αὐτό. quod est, continens uero est, quæ præsentibus

Curtius.

bus

bus affectionibus, uel affectibus adest, & ipsa, remotaq; ea, amouetur, & quæ illi accidunt, de causa morbi non læsionis actionum sermonem (ut ibidem constat) habens. aliud etiam, quod eadem secunda positio asserebat, constat falsum esse, uide licet communi de ea recepta definitione duntaxat in morbis instrumentarijs causam comperiri continentem, non autem in mala intemperie, quoniam ut antea ad ductũ fuit nedum in obstrucatione, per quam fit surditas inflatione, plenitudine quoad uasa ac alijs instrumentarijs morbis, uerũ & in morbis intemperatura consistentibus, febribus uidelicet quartana, causo, tertiana synocho, necnon in plenitudine quoad uires, quæ teste Gal. 2. apho. apho. 17. & 2. de natura humana com. 1. libroq; aduersus Iulianum citra humorũ corruptionem ac malam intemperiem diu durare nõ potest, quum igitur (auctoribus tũ Hipp. tum Gal. locis antea allegatis) excrementis eiusmodi subtractis morbos causantibus, cessent morbi ab his pendentes, non igitur quidquam factum postea restat summouendum. Datur igitur in morbis tũ similaribus, tum instrumentarijs causa continens, unde etiam satis constat positionem primam continentem causam in genere, uidelicet in quouis morbo negantem dogmatibus Hippocratis, ac Galeni aduersari, quod etiã ex alio capite demonstrari potest, uidelicet ex quæstionis dissolutione, à Galeno secunda particula aphorismorum commen

Curtius.

to 22. propositæ, uidelicet super aphorismo quicunque morbi ex repletione fiunt, euacuatio curat, &c. propositum enim est nunquid causarũ morbos facientium abolitio sit curatio, quam neoterici (ut inquit ipse) medici dissoluentes, earũ abolitionem non curationem, sed præseruationem esse dicebant, aduersus quos, inquit Galenus, eorũ litigium non de re esse, sed de nomine, nec de hoc recte, tametsi ipsi de re sermonem habere putant, de nomine quidem litigant, quoniam quod Hippocrates in aphorismo allegato nominauit curationem, dum inquit, (euacuatio curat) uocant ipsi præseruationem, nec de hoc recte, quoniam uera & syncera præseruatio causis debetur paratis morbum facere, non actu eum efficientibus, idcirco pro eius dissolutione morbos distinguit, quoniam uel hi sunt facti quorum actu nõ est causa & eis syncera curatio debetur, uel in corpore est dispositio morbum parata facere, nondum tamen morbum efficiens ut plethora, & ei præseruatio syncera adaptatur, uel aliquid actu (uti causa) agit, & tunc mixtum est id opus ex præseruatione quæ futuro debetur, & euacuatione quæ facto competit, proinde quum proprio careamus nomine alias alia utimur appellatione, interdum eum præseruari, ueluti quum morbum prohibere intendimus ne ad complementum perueniat, interdum curari, quum factum respicimus, ex quibus liquet quum neotericos medicos negantes

tes causarum abolitionem morbos facientium esse curationem, sed præseruationem esse dicentes deliros uocet eosq́; quod de nomine, non de re, nec de hoc recte contendentes accusat, asseratq́; opus hoc uidelicet earum abolitionem proprio carere nomine, proinde quandoque curationem, interdum uero præseruationem nominari, at quum earum abolitio non sit respectu morbi futuri cuius prohibemus complementum, curatio, quoniam hoc opus (ut inquit) ad artem attinet præseruatiuam, igitur earum destructio respectu facti dicetur curatio. at facti morbi non fit curatio nisi morbus destruatur, & sanitas inducatur tertio art. med. cap. 89. igitur ex sublatione causarum morbos facientiũ, quam curationem nominauit, summouetur morbus, & sanitas inducitur, quod & eius exemplum de morso à cane rabido in calce cõmenti ab eo inductum ostendit his uerbis græcis, ὡς ἐπὶ τῶν ὑπὸ λυττῶντος κυνὸς δεδηγμένων. ὅσα γὰρ ἐπ᾽ αὐτῶν προσφέρεται φάρμακα, διττῶς ὀνομάζουσι. ποτὲ μὲν ἰάματα λύττης ὡς εἰ καὶ τῆς γεννώσης αὐτὴν διαθέσεως ἐλέγοντο, ἐνίοτε δὲ οὐκ ἰάματα προσαγορεύουσιν, ἀλλὰ προσφυλακτικὰ τῆς μελλούσης ἔσεσθαι λύττης. quod est. quemadmodum in his quos canis rabidus momorderit. quæ enim in his adhibentur remedia, duplicem habent appellationem, nam & non nunquam rabiei medicamenta, ac si rabiem facientis dispositionis diceretur, non nunquam uero non medicamenta uocantur,

cantur, ſed à rabie futura præſeruantia, quum igitur, ut inquit, aduerſus rabiem quandoque procedamus, uidelicet futuram, ne fiat præſeruando, quandoque aduerſus factam curando. eſt autem rabies morbus, quod oſtenditur, tum quoniam alias ſententiæ Galeni, de morbo facto & futuro loquentis, quibus curatio & præſeruatio, ab eo adhiberi præcipit ſi quippiam aliud à morbo uerbi gratia ſymptoma eſſet in commento inductum exemplum ab eo rite non eſſet accommodatum, tum quoniam eius ab Auic. communiter ſcripta definitio eſt hæc, permutatio propriæ temperaturæ, id eſt temperatura permutata, ad malitiam malam & uenenoſam, eſt igitur morbus, ſubiungitq́; hæc eſſe uel dici diſpoſitionis, id eſt cauſæ eá uidelicet rabiem facientis medicamenta ſcilicet curatiua, igitur quæ cauſam, morbum facientem, remouent, & factum morbũ tollunt, quippe non alia ratione cauſarum abolitio dicitur curatio (ut paulo ante ex Galeno dictum eſt) niſi quia earum abolitione & factum tollitur. Idem 2. libro de natura humana, tum textu primo ſecundo, & tertio tum à Galeno in eorum locorum expoſitione ſatis conſtare poteſt, ubi Galenus præter alia, comm. 2. hæc uerba habet, ἴασις οὖν λέγεται καὶ τῶν ποιούντων τὰς νόσους, οὐ μόνον αὐτῶν ἤδη γεγενημένων νόσων. *quæ uerba non nullos recentiores ſic uertiſſe comperio, uidelicet, iam curatio non modo dicitur morborum eorũ qui facti ſunt,* [margin: Trinca-uellius.]

uerum

uerum & eorum qui fiunt, ſed & ipſos alioquin occulatiſſimos lapſos eſſe conſtat, quum in græcis codicibus legatur, (ποιϐντων) at ποιϐν, efficientiam non paſſionem ſignificat, ut cuique notum eſt, uertendum igitur erat hoc modo, curatio igitur dicitur, & eorum quæ efficientia ſunt, ideſt cauſarum efficientium, morborum ſcilicet, qui fiunt, non ſolum ipſorum iam generatorum, non minus id probat quod ſcripſit Galenus 1. de differentijs febrium, capite decimo de muliere intermittente febre hecticæ coniuncta laborante, nocte diuq; inuadente, cuius facta uaporoſa (cum quædam humiditate) rorida expiratione, ueluti eius cauſa ſublata, acceſſio quæ particularis eſt febris aperte ſoluebatur, ita ut eius corpus tangentibus in temperie poſitum uideretur, indicijs tamen hecticæ in arterijs pulſantibus, uidelicet uelocitatis frequentiæ, &c. ut in reliquis hecticis fieri ſolet non imminutis ſed remanentibus, ex his igitur conſtat, ex eius febrilis acceſſionis cauſæ ſublatione, & ipſam acceſſionem, quæ morbus eſt particularis ſublatam eſſe, ueluti de cauſo, tertiana ac alijs morbis uniuerſalibus paulo prius oſtenſum fuit, uidelicet eos ad cauſarum ſublationem ſolutos fuiſſe. Ceterum fortaſſe obijcies, quoniam non uidetur cauſarum abolitionem eſſe morbi curationem, quoniam Galenus tertio art. med. cap. 89. in calce ſcribit, earum quæ intemperaturam efficiunt cauſarum curationem fieri per

per euacuationem, ſubdit poſtea, nam imtempe raturæ ſola alteratione curantur, tametſi igitur ſublatio cauſarum poſſit quoquo modo curatio dici, quatenus cauſam remouet, quia tamen poſt cauſarum abolitionem factum remanet, quod Galenus expreſſit, quum inquit, intemperaturas ſola alteratione ſanari, non igitur earũ ſublatio abſolute et ſimpliciter curatio dici poteſt, niſi forte ſecundum quid uidelicet quatenus cauſarũ fit abolitio: ſecundo cauſarũ abolitio eſt præſeruatio, non igitur ea eſt curatio aſſumptum probatur ex Galeno 11. methodi cap. 2. & duodecimo eiuſdem, capite primo ſcribente, in febribus quæ à putreſcentibus excitantur humoribus cauſam adimere officium eſſe artis prophylactices, igitur ei præſeruatio, non curatio debetur, quod & 10. methodi cap. 1. innuere uidetur ſcribens, in quibus uero cauſa quæ eas antecedit adhuc manet, in his nec affectus ſimplex, nec ſanatio, ſiquidem quod febris iam receptum in corpore eſt, id ex propria ipſius curandi indicatione diſcutere oportet, quod adhuc futurum id propulſare, ac ne fiat uetare, uetabitur autem, ſi quæ excitat cauſa, prorſus ſit ſummota, ex quibus liquet, quum futurum propulſare, & ne fiat uetare idem ſit quod præſeruare, quod quum fiat per cauſæ morbum actu excitantis abolitionem, non igitur cauſæ abolitio eſt curatio, ſed præſeruatio, his tamen non obſtantibus dicatur (uti antea dictum eſt) primum

igitur

igitur quod obijcitur, sic refellitur, concedendo Galenum tertio art. med. curatiuam intentionem morborum in mala intemperie in genere, communi nedum morbis qui cum materia, uerum & qui sine materia fiunt docere intendentem, scripsisse eorum qui à materia ueluti causa pendent, curationem fieri per causæ euacuationem, quæ uero sine materia fit mala intemperies per solam alterationem cui sententiæ & Arabis expositoris astipulatur expositio, sic hunc locum exponentis, & hinc constat aduersarij obiectionem, aduersus positionem hanc, (eam destruere intendentis) non proficere, uerum potius eam roborare, quum scribat, eo in loco, eorum morborum qui pendent à materia, curationem fieri solum per eius euacuationem, & ad id quod secundo obijcitur, dic, aduersus causam actu morbum excitantem bifariã nos occurrere, uel eam summouendo, ac per hoc prohibendo ne morbus ad complementum deueniat, & præseruatio denominatur, uel ratione facti à causa dependentis & non fixi, quod per eius causæ sublationem tollitur, & curatio appellatur, ob hoc 11. & 12. methodi loco citato scripsit Gale. hanc partem artis prophylactices posse, & partim artis curatricis dici, quoniam igitur in morbo qui fit causam actu eum excitantem obtinente, nec est syncera & simplex curatio, uti morbo facto, cuius actu non adest causa, nec syncera præseruatio, ueluti causis adest paratis eum

facere,

facere, ut plethore, non tamen eum actu efficientibus, uerum curatio præseruationi admixta, proinde 11. methodi cap. 2. à Galeno per abusionem curatio dicta est, idem quoque de causa continente, ab eo sub causa coniuncta comprehensa sensit Auicenna Galeni interpres, nempe is tametsi in ea causa coniuncta finienda, hæc communi suprascripta definitione usus non fuerit, sed alia ab hac diuersa, ut ab eo secunda primi constat, de complexione tamen cum materia, quarta primi capite. 2. scribens ait, iuxta Bellunensis castigationem, plerunque quidem ei sola sufficit euacuatio, si complexionis malitia non relinquatur, ab ea propter moram ipsius præteritam &c. idem quoque prima tertij tractatu 2. cap. 5. de complexione cũ materia sermonem habens, inquit, quæcunque fuerit per uicinitatem in membro, separato humore, ipse quoque pariter euanescit, nec moram in eo possidet, de qua curetur. Quod uero etiam aliter causam in morbis dari continentem probari possit, ostenditur uidelicet testimonio Galeni 8. methodi capite primo & secundo sic scribentis, cuius febris, causa est sublata, ea remanente per solam contrarij adhibitionem esse curandam, quæ autem in generatione existit solum per causæ sublationem, sin autem partim facta, partim in gignendo utrique attendendum esse, primo causam summouendo, deinde eam quæ ab hac facta est, extinguendo. ex secundo itaque diuisionis huius

membro

membro fundamentum positionis sumitur, quoniam quum febris esse in generatione habens, sumoueatur eius causa sublata, necnon ponatur eius causa in esse posita. datur igitur in morbis causa cō tinens. hoc nonnulli euadere credentes, causamq́; continenté negantes præcipue in morbis ab intemperie pendentibus locum hunc Galeni sic interpretari soliti sunt dicentes Galenum 8. methodi cap. primo, & capite secundo, in secundo membro diuisionis datæ, necnon secunda aphorismorum commento 22. (dum de morbis qui fiunt sermonem habet) sic scribentem, liquet igitur eos una cum causis ipsos facientibus destrui, uerum esse de his morbis qui fiunt, partem nullam factam habentibus, quorum esse, est id quod fit, sicut febris, quæ nondum firma est, sed firmari paulatim, & latenter incipit, quæ non est uerus morbus, sicut nec alius uerus est morbus, qui sic fieri dicitur, sed potius passio in motu existens, aduersus quos dicimus, eos Galenum non perlegisse, quoniam sic utique animaduertissent, quod ipsemet scripsit, primo de differentijs febrium capite primo, ubi febrem definiens inquit, eam calorem esse præter naturam, calor autem est qualitas permanens, est enim possibilis qualitas, ex Aristotele in suis Categorijs capite de qualitate, non passio quæ in motu existit, ut constat quinto Metaphysices textu 35. secundo quoniam febris, quum sit calor præter naturam est sanitas,

Plusquā commentator Leonicenus. Curtius, & Neoterici alii.

tas, uel morbus, at utrunque horum (ut secundo methodi capite tertio, et 3. de differentia symptomatum capite primo scribitur) est res permanens, non igitur passio est, quæ ut ibidem scribitur in motu existit, quoniam res in motu existens est successiua, non permanens, dixi febrem sanitatem esse, uel morbum sub disiunctione, quoniam calor hic præter naturam nisi operibus consuetis incommodet non est humani corporis morbus, febris enim parua (ut primo de sanitate tuenda constat) quum quis eam habens, & cum ea solita munia est exercens ea eius morbus non est, sed potius sub sanitate comprehensa est, sub qua in præsentiarum, & neutra dispositio continetur, neque enim eo loco Galeno opportunum fuit, inter has discrimen ponere, præterea quum febris in genera à materia desumpta distinguatur per calefactum esse in aliquo cordi interno, uidelicet humoribus, uel aerea substantia in uentriculis cordis, uel in eiusdem substantia, non autem per calefieri, & calefactum esse, est quid factum sibi simile in substantia cordis, scilicet aliud calefactum producens, ut cuique notum est, igitur non datur febris in fieri sine facto ei annexo, à calefacto esse in materia in cordis substantia producto, calefactum in substantia cordis, productum intelligo non quod esse fixum, & independens habeat, sed quod à causa primo ductum est, esse factum, quantumcunque depen-

dens

dens possideat. Praeterea in calce commenti uigesimi secundi, secundae particulae aphorismorum soluens dubitationem, num causis morbos efficientibus debeatur curatio, distinguit morbum in factum, futurum, & eum qui fit, & inquit, quum uero iam aliquid agit, mixtum iam est huiusmodi opus ex praeseruatione, & curatione. nam quum quod facturae erant causae illae, prohibitum est fieri, hoc ad artem attinet praeseruatiuam, quod uero iam factum est ex morbo propriam exigit curationem, quum igitur non sit in materia ab agente actio, nisi aliquid patiatur & fiat. at teste Galeno, quum aliquid patitur, & fit, & agens agit, iam obtinet opus mixtum ex curatione quae debetur facto, & praeseruatione, quae debetur futuro, igitur ubi febris erit ea, quae fit, habebit quidpiam factum, & futurum, pari modo tertio art. medicae capite 88. & ubique id quod fit à Galeno semper diuiditur per factum, & futurum. nequit igitur aliquid fieri cui non insit quippiam factum, deinde scripsit Galenus eodem octauo, capite secundo haec uerba. ὁ γὰρ ἔτι γιγνόμενος πυρετὸς, ἀρθέντος τοῦ αἰτίου, συναναιρεῖται καὶ αὐτός. ὡς θ' ὅσαπερ ἐν τῇ τῶν ὑγιεινῶν πραγματείᾳ περὶ τῶν τοιούτων κράσεων εἴρηται, μεταφέρειν ἅπαντα προσῆκεν ἐπὶ τὴν τῶν ἀρχομένων πυρέττειν, εἴτε ἴασιν χρὴ λέγειν, εἴτε προφυλακήν. ἰώμεθα γὰρ τὸ ἤδη γεγονὸς αὐτῶν, κἂν ὀλίγον ᾖ. quod est. quippe quae adhuc in generatione

tione febris est, dum aufertur causa ipsa, unam ea interijt, quare quæcnnque in libris de sanitate tuenda, de eiusmodi temperamentis sunt prodita, ea omnia ad eos, qui febricitare incipiunt, siue id sanationem appellasse oportet, siue prouidentiam sunt transferenda, siquidem sanamus, id febris quod iam factum est, etiam si exiguum sit etc. ex his liquet, quum dictio hæc γεγονὸς, in græco exemplari sit μετοχὴ μέση à præterito medio uerbi γίνομαι anomali deducta, quæ dicit factum, nequit igitur febris illa, quàm ad causæ sublationem (summoueri inquis) esse in fieri sine facto, non solum factum sumendo iuxta modum philosophorum, uerum & iuxta modum medicorum, quoniam quum Galenus eam sanare intendens non nisi factum eius, tametsi exiguum sit, per causæ sublationem sanari præcipiat, sanatio autem non debetur nisi morbo: morbus autem est quippiam factum primo de differentijs symptomatum capite primo, & secundo methodi capite tertio, sicuti antea sæpe dictum est, pathos autem, seu passio non est quippiam factum, sed solummodo in fieri esse habens, quum igitur Galenus docet febrem eandem solum per causæ sublationem curare, febris igitur quæ duntaxat per causæ sublationem curari præcipitur, non est passio solum esse in fieri habens, sed morbus. quod si obijcias Aristotelem sexto de physico auditu textu 59. per modum conclusionis scribentem nihil fieri,

fieri, nisi præcesserit factum, febris autem est id quod fit, seu habens esse in fieri, ceu & passio ipsa quæ, ut constat ex locis citatis est, id quod fit, seu esse in fieri habens: igitur febris passio esse potest, solum in fieri esse habens. non autem morbus, huic dicatur, secus morbus habet esse in fieri quàm passio, quoniam morbus etsi sit habens esse in fieri, habet tamen partem factam quæ permanet, & stabilis est: passio autem etsi præcesserit factum, illud tamen factum non permanet, nec stabile est; quare dicendum est, morbum qui fit, uerum esse morbum, uidelicet ubi sit affectus primo sensibiliter actiones lædens. Sed fortasse obiicies, quoniam ex his sequitur inter febrem esse in generatione habentem, de qua octauo methodi capite primo Galenus sermonem habet, & eam quæ fit, cuius una pars est facta, & alia in gignendo, aduersus quam consulit primo causam eam excitantem summoueri, post ad eam quæ facta est, eam extinguendo deuenire, nullum penitus esse discrimen, quod deducitur, quoniam in utraque causa summouenda est, eiusq; etiam factum extinguendum est, quum utrique causam adesse, & nedum fieri, uerum & factũ esse ascribas, huic dicatur, concedendo utrunq; membrum prædictæ diuisionis loco citato, uidelicet secundum, & tertium membrum febris causam, & eiusdem febris factum, continere, est tamen inter has febres discrimen, quod ea in fe-

bre solum in generatione esse habente, quod est diuisionis secundum membrum, tametsi præter causam eam excitantem adsit quippiam factum, quia tamen præter id quod factum illud, ad causæ sublationem summouetur, ipsum etiam exiguum est, ueluti & febris ipsa parua est (ut scribitur) eodem octauo, capite secundo ob id à medico contemnitur, totaq; medici intentio ad causam conuertitur, factum uero febris tertij membri non adeo moderatum, & exiguum esse opus est, ueluti nec febris ipsa, cuius una pars est facta, altera in gignendo, sed factum id satis intensum est, ceu & febris ipsa, & ob id præter intentionem à causa desumptam, facto etiam ipsius febris ab ea causa pendentis ob suspicionem ne in membris susceptum detineatur, & figatur, quæ facto secundi membri prædictæ diuisionis ob eius exiguitatem non contingit, attendendum est membra præcipue ad detinendum præparata, uidelicet super calefacta, & plurimum exsiccata per contraria alterando, siue id factum à causa independens remaneat, siue dependens sit, est tamen præter hoc etiam inter factum febris dependens, & febris factum independens, seu fixum, discrimen, quod hoc factum huius febris, summota causa, ueluti independens, & fixum esse habens, non opus est ipsum summoueri, sed post secundum tempus remanet abijciendum, ueluti quum ex febribus diuturnis fit, ut libro de inæ-
quali

quali intemperie constat, seu ex nonnullis acutis, uel ex inflatione, seu ex quapiam alia procatarctica causa fit ea, quæ ut primo de differentijs febrium capite nono constat, hectica dicitur, siue quæ scheticha denominatur, quarum iuxta modum loquendi Galeni octauo methodo, capite primo, & ultimo, sublata causa, post secundum tempus factum remanet abijciendum. quod si à corpore facile solubile sit, in schesi, si uero difficile solubile in hexi dicitur, illud uero factum uidelicet dependens in febre, summota causa summouetur & ipsum, & sine eius causæ sublatione factum summoueri non potest, quippe etsi aduersus factum ipsius febris à causa dependens, sit medici intentio, ut post causæ sublationem summoueatur, quia id ea posterius est, & ab ea dependet, & conseruatur, ueluti morbus à sua causa, potest tamen unico actu causa, & factum (ipsum euacuando, uel corrigendo) simul summoueri: ex his itaque constat, non solum in his, quæ habent esse in fluxu, ceu est pulsus, tempus, & motus, sed etiam in rebus permanentibus cunctis, sicut scripsit Galenus, primo de causis pulsuum libro, capite primo, uidelicet tam morbis instrumentarijs, quàm etiam in mala intemperie, in specie causam comperiri continentem, dixi in specie, quoniam iuxta ea quæ dicta sunt, ea non omni morbo numero adest.

CAPVT IIII.

Soluit obiectiones aduersariorum causam continentem in morbis negantium, & quomodo post causæ sublationem ad factam ægritudinem deueniendum sit, etc.

*E*X QVIBVS *etiam ad tertium articulum deuenientes, ad obiecta in initio quæstionis in contrarium adducta plana est dissolutio. primum itaque, & secundum tolluntur, quæ tum ex octauo methodi capite primo desumebantur, scribente Galeno in morbo qui fit, primo causa summouenda est, post febris quæ accensa est, extinguenda, necnon quod ex tertio artis medicæ capite 89. opponebatur, uidelicet in omni mala intemperie primo opus esse causam summouere, post ad eam quæ facta est ægritudinem deuenire, pari modo, quod ab eodem undecimo methodi, tum capite quarto, tum decimo, de putredine sermonem habente, quam Auicenna, & alij febris causam coniunctam, seu continentem asserunt, scribitur, uidelicet post putredinem abscisam opus esse ad eam quæ accensa est, febrem deuenire, putredo igitur non est causa continens, dic concedendo, quum post sublationem causæ remanet ægritudo facta, cuius factum inde-*

independens, & fixum est, uidelicet quum ex ægritudinibus diuturnis, uel quapiam procatarctica causa, uel ex acutis febribus, uel ex inflammatione (ut antea dictum est) remanet hectica, uel schetica febris quæ factæ sunt ob quas opus est post causa sublationem secundum tempus ad factas ægritudines deuenire, in his causam nos non assignate continentem, sin autem factum illud fuerit dependens à causa à qua producitur, uel conseruatur, dic tametsi prior intentio sit naturæ ad causam quàm ad morbum ab ea pendentem summouendam, quoniam secundum naturam prior est causa quàm morbus, pari modo prior debet esse medici intentio causam summouendi quàm morbum, quod hæc loca Galeni in contrarium adducta hinc inde desumpta sonare uidentur, attamen unico actu modo dicto utrunque simul summouere possumus euadendo, uidelicet uel ubi materia ad benignum reduci potest corrigendo, quoniam factum ipsius morbi secundum suum esse, non solum generali, uerum, & speciali dependentia ab eius causa dependet. secundum igitur hunc modum non opus est operando, sublata ea causa, post secundum tempus ad factam ægritudinem summouendam, uel extinguendam deuenire, hanc autem mentem esse Galeni uerba eius, tum undecimo methodi capite quarto ostendunt, uidelicet χρὴ τοίνυν, ὅς τις ἰᾶσθαι μέλλει τὸν προκείμενον ἐν τῷ λόγῳ πυρετὸν,

ἅμα μὲν ἐκκόπτειν αὐτοῦ τὴν αἰτίαν, ἅμα δὲ καὶ τὴν ἤδη γεγενημένην ὑπ' αὐτῆς ἐν τῷ ζώῳ θερμασίαν ἐμψύχειν. quod est. quicunque propositam in sermone febrem sanare debet, simul causam adimat oportet, simulq; calorem, qui ab ea in animali excitatus est, refrigeret & cetera, tum decimo methodi capite primo, in febribus igitur causam suæ accessionis intus habentibus prima indicatio à causa summouenda est, secunda à febre, idcirco subiungit, sed nec interim extinguendæ febris, quæ per eam accensa est, ratio non habenda, & hoc nisi morbi, uel febris magnitudo uires obruendas minetur, quo casu hac prius summota, deinde ad causam accedere oportet, uel nisi πυρετὸς μέτριος, id est, moderata, & leuis febris fuerit ita ut contemnatur, quoniam eo casu sola à causa indicatio sufficit, uidelicet ut curetur :quoniam per eius sublationem febris quoque summouetur, stante igitur à febre indicatione à causa pendente, siue utriusque causæ, uidelicet & febris indicatio in idem præsidium conspiret, uerbi gratia, ut utrunque infrigidetur, siue non, ut quod febrem propulsat, causam exasperet, uel econtra, tunc quum affectus indicans non sit simplex, nec eius sanatio erit simplex (pugnantibus igitur indicationibus, duobus his casibus, qui dicti sunt exceptis, quandoque tamen euenientibus) ad causam primo, ut quæ magis infestat, magisq; indicat plurimorum remediorum adhi-

adhibendum, altero, uidelicet febre, ut ſecundo indicante interim non neglecto, unde ex his conſtat dum cauſam ſummouemus interim & febrem, nec ſemper cauſam, uidelicet putredinem (uti ſæpe dictum eſt) prius ſummouemus, & poſt ſecundum tempus ad febrem deueniemus, non minus idem probant (præter hæc) quæ paulo ante per nos adducta fuere, & id etiam quod Galenus ſecunda aphoriſmorum particula, aphoriſmo uigeſimo ſecundo, opponit aduerſus Neotericos negantes cauſarum abolitionem eſſe curationem, ſed ſolum præſeruationem eſſe dicentes, ubi concludit, cauſarum abolitionem, nedum præſeruationem, uerum & curationem eſſe, curationem quidem intelligo, quoniam factum morbum unam cum eius cauſa actu eum excitante deſtruit, factum etiam intelligo iuxta eius primum ſignificatum in primo articulo expoſitum, uidelicet quod eſt in eſſe productum, & cuius eſſe dependens eſt, ex quibus liquet, ſi de mente Galeni, putredine ſublata opus eſſet (niſi in caſu dicto) poſt, ſecundum tempus ad febrem, ſeu factam ægritudinem deuenire, ut aduerſarij dicunt. falſo igitur Galenus Neotericos medicos, ut deliros accuſaſſet negantes cauſarum abolitionem eſſe curationem, ſed duntaxat præſeruationem eſſe dicentes, quinimo in eorum ſententiam deueniſſet, quoniam iuxta eos putredinis abolitio eſt ſolum eius ueluti cauſæ febrem facientis præſer-

uatio non curatio, quum eius abolitio non tollatur (iuxta poſitionem eorum) morbum: quoniam, ut aiunt, poſt eius abolitionem ad febrem oportet deuenire, ueluti ad morbum factum, curatio uero (uti ſæpe dictum eſt) eſt morbi deſtructio, teſte Galeno undecimo methodi, capite ſecundo, igitur cauſarum abolitio non eſſet curatio, cuius tamen contrarium idem ſcripſit aphoriſmo uigeſimo ſecundo ſecundæ particulæ, dum ait, habito ad diuerſum, & mixtum opus reſpectu, idem præſidium cauſarum abolitionem faciens curatiuum eſſe, & præſeruatiuum, ſapienter tamen hoc intellige, uidelicet aduerſus cauſam (uti ſæpe dictum eſt) actu morbum efficientem, non aduerſus purum, & ſincerum (cui iam ſublata eſt cauſa eum excitans) factum morbum, nec aduerſus ſincere futurum, hunc quidem ſinceram, & puram indicantem prophylacticen, id eſt ſinceram præcautionem, illum uero ſinceram, & puram indicantem curationem. Veluti præter hos nec obſtructionem factam, & proprie futuram eodem præſidio curamus, & præſeruamus: ſecus autem eſt de ea, quæ fit, cuius pars eſt facta, pars uero futura eſt: idem intellige, & de conſimilibus aliꝭs Galeno auctore undecimo methodi capite decimo, quod uero nonnulli aliꝭ cauſam continentem negantes propoſitumq; ſuum aſtruere conantes experimento oſtendunt, uidelicet poſt materiæ concoctionem,

quan-

quandoque facta ab arte, uel à natura per crisim materiæ peccantis perfecta euacuatione per uniuersum corpus in ægro calorem ad tactum acrem, ac mordacem, pulsumq; ad celeritatem, ac frequentiam præter naturam uergentem percipi, quod non alia ratione fieri potest (ut aiunt) nisi quoniam post putredinis sublationem febris remanet putrida, ad quam extinguendam deuenire oportet, quod & Galenus secundo de differentijs febrium capite undecimo innuere uisus est. quum ait, neque enim existimes in exterioribus uasis, in quibus elixatum obsonium in uapores est resolutum quandam relinqui dispositionem, nullam autem in partibus, in quibus humores putruerunt, præterea & secundo obiectiones quorundam, ualidas, ac ceu demonstratiuas esse putantium, quas leues esse puto adducere non grauabor, hæ autem sunt, si causa continens morbi concederetur, ea maxime esset, ceu est putredo in humoribus putrentibus, de qua est sermo Galeni tertio artis medicæ, capite 89. quæ ponitur causa morbi eius qui fit continens, non autem facti, neque futuri, non quidem futuri, quia hic nondum est, idcirco eius non est causa actu, nec etiam illius, uidelicet facti, quoniam cum sit factus causam eum facientem iterum habere non potest. quod enim semel productum est, iterum produci non ualet, aliter idem simul esset, & non esset, quod est impossibile: sequela autem, quoniam

quoniam de se nota est. idcirco ad eam deducen-
dam, breuitatis causa, ulterius non immoror
est igitur putredo causa morbi, qui fit. ceterū q
morbi qui fit, sit aliquid factum, & aliquid futu-
rum, tertio art. medicæ capite 88. hoc enim sæp
ac sæpius dictum est, facti autem nulla est caus
actu, ut ex dictis constat, & etiam ex Galen
tertio art. med. capite 89. scribente causam salu-
brem eius morbi qui factus est, ut factus est: non
autem ut fit duntaxat in hoc consistere, adhiben-
do ea, quæ uere non secundum apparentiam, ue
immaginationem contraria sunt, nulla habita
mentione de causa summouenda: non igitur eius
causa actu esse potest, alias diminute morbi eius
quo ad partem factam curationem pertractasset:
partis uero eius futuræ etiam nulla est causa actu,
quia & causatum esset actu, & non futurum,
quod si uerbi gratia putredo est causa morbi, qui
fit, & quum non possit esse, ut dictum est causa
partis quæ facta est, erit causa partis futuræ,
sed quod futurum est, non est, putredo igitur erit
causa morbi qui non est, præterea causa continens
per determinata est qua posita, & sublata, poni-
tur, & summouetur morbus, sit igitur omnium
huius sectæ consensu putredo causa continens, ea
igitur cum fuerit præsens, causa est morbi, qui a-
dest, at eius non adest nisi pars facta, quia rei,
quæ fit non est actu, nisi res quæ facta est, putre-
do igitur causa est efficiens rei factæ, quod est im-
possibile

possibile, ad hæc dic ea non cogere, primum quidem sic tollitur. quippe tametsi post humoris euacuationem acris, ac mordax caliditas per uniuersum corpus percipiatur, per quam & pulsus ab eo, qui secundum naturam fit (ut dictum est) permutatio, non tamen hæc in membris reposita est, sed in fuliginosis uaporibus, ac fumidis per membra dispersis, quod si in membris (ueluti in parietibus fornacis ab immenso igne supercalefactis) post humoris sublationem remaneat caliditas, hæc tamen uti mala intemperies calida remanens, citra febrem est, quod si eam febrem esse contendas, dic si ea parum duret, uidelicet per diem, ephimera, seu schetica est, ab humoribus, dum euacuantur commotis, & supercalefactis, uel pharmaci calore adhibiti, siue propter dolores, uigilias, ac cetera animi accidentia in crisi, uel ui pharmaci per artem adhibiti euenire consueta, à quibus omnibus spiritus supercalefacti sunt, præcipue si non fuerit pulsuum afflictatio, nec caliditas acris, ac mordax, ceu in putrida fieri solet, nec pulsuum summissionis, seu systoles uelocitas, nec ab initio urinæ cruditas etc. quod si adhuc ultra diem cum prædictis symptomatibus duret accessio, accedens, uidelicet cum pulsus afflictatione, caliditate acri, ac mordaci etc. dic hanc putridam esse ex reliquijs materiæ in corpore remanentis per euacuationem imperfectam à natura in crisi, uel arte factam, & non (ut

biectio

obiectio opponit) per euacuationem perfectam, nec, quod secundo de differentijs febrium adducitur, cogit, quoniam ibi de reditus causa ipsius febris est sermo, non de febre ipsa, dum scribit, causam esse, uel reliquias materiæ febris præcedentis, uel qualitatem in membro remanentem, quorum nullum, ut ibi constat, est febris putrida. Ad id quod secundo obijcitur dicatur, causam actu morbum excitantem, causam esse morbi qui fit non proprie futuri, nec proprie facti nisi conseruando, licet morbus qui fit, possit etiam dici quoquomodo (uerum satis improprie) futurus, uidelicet quatenus est in fluxu, seu transitu, quia enim eius aliquid incepit, quod nondum perfectum est, sed perficiendum, quod alias dicitur, subactu esse imperfecto, ceu motus, & tempus præsens etc. ob id potest quodammodo dici futurus, non est tamen is futurus quomodo morbus in factum, & eum qui fit, & futurum diuisus est, quia quod hoc modo futurum est, nihil eius adhuc inchoauit. ceterum quod sic est in fieri, & potest quodammodo futurum dici, uidelicet in primo significatu sumendo futurum, potest causam habere continentem. ad aliud quod postremo obijcitur, quum dicitur, si causa continens morbi concederetur, ea non esset causa nisi rei factæ, quod est impossibile quod deducebatur: quoniam non est causa, nisi morbi actu, at actu non adest quippiam nisi quod factū est, igitur etc.

dicatur,

dicatur, concedendo non ſolum factum, ſed etiam id quod fit actu adeſſe, ſeu præſens eſſe, quomodo res fluens, & mobilis adeſſe dicitur, cuius putredo actu cauſa eſt continens morbum qui eſt in fieri efficiens, non autem eum qui eſt res perfecta, & actu ſtabilis, is enim morbus qui factus eſt, cuius nulla adeſt cauſa, aliter adeſſe dicitur, quia is adeſt, ceu res perfecta non in fluxu, nec in tranſitu conſiſtens. Ceterum aduerſus determinata fortaſſe quiſpiam obijciet, quoniam ſi factum febris ſummouetur, ſublata cauſa, nulla erit ad febrem intentio curatiua, quoniam quum ceſſet cauſa deſinente, tota medici intentio ad cauſæ ſublationem uertetur, nulla itaque à febre ſumetur indicatio. præterea, & ſecundo à ſymptomate morbus non differet. quoniam ſicut ſymptomati, nec per ſe contrarietas, nec per ſe curatio debetur, quoniam alterum inſequitur, ueluti umbra corpus, ut undecimo methodi capite duodecimo conſtat, ſic & morbus cauſæ ſublationem eiusq; curationem inſequitur. Præterea & tertio, ſicut ſymptoma non eſt per ſe ſubſiſtens, nec permanens, ſed in alio, quoniam ab illo in eſſe, et ſeruari dependet, teſte Galeno loco eodem, ſic & morbus in eſſe, & ſeruari à cauſa dependet, quare nec per ſe ſubſiſtens, nec permanens, nec eſſe ſtabile habebit, uerum iuxta modum ueterum à Galeno reprobatum, ſub noxa actionum collocabitur: deinde & poſtremo Galenus

nus libro aduerſus Iulianum inſcripto definitionem cauſæ continentis expreſſe negare uidetur dum aduerſus ipſum in calce, inquit (ex hoc poteſt mirabilis huius defenſoris ratio ſubuerti) qui ait, fieri non poſſe, ut morbi, qui fit per corpus uniuerſum diffuſi, cauſa in uno conſiſtat loco, utpote qui nullam aliam habet continentis cauſæ notionem, quam proferat, niſi quòd ſimul cum illa aliquid gignatur, ſimulq́; intereat, ex quibus apparet Galeni mentem fuiſſe præter conditiones appoſitas ad cauſæ continentis notionem, uidelicet qua poſita ponitur, & ſublata remouetur morbus, quidpiam aliud, ut ſecunda poſitio aſſerebat addendum eſſe, uel ſaltem Galenum eam non admiſiſſe. ad hæc tria obiecta, diſſolutio ſimul erit & facilis, quoniam tametſi cauſa ſublata ceſſat febris ueluti, & ſymptoma reſpectu morbi, ut umbra ad corpus relata, quia tamen febris actiones primo lædit, ab ea igitur præter indicationem à cauſa ſumptam, læſionem actionis per ſe, ſed non primo efficiente uerum febre intercedente pro eam uitiante, ac ſui ſublationem per ſe, & primo indicante, ut ea affectus eſt præter naturam permanens, ac per ſe contrarietatem habens, per ſeq́; ſubſiſtens curatiua intentio ſumitur, quorum nullum ſymptomati, quatenus eſt ſymptoma in eſſe poteſt, permanentem intelligo, non quòd ſubtracta cauſa, morbus diu perduret, ut nonnulli autumarunt, quoniam ea ſublata, is

Curtius.

tendit

tendit in non esse, nec moram, propter quam medicus qui artifex est sensitiuus, & operatiuus eius curam agat, suscipit, & qui tametsi Galeno teste, secundo methodi, capite tertio duntaxat, uel momento, siue breuis, siue diutinus perduret, permanens tamen, ex suis natura morbus est, & dicitur, hoc iure igitur permanens est, quoniam partes eius simul permanere possunt per se. subsistens uero est, & dicitur, non quod necessario substantia sit, cuius proprium est per se existere, quinimo magna ex parte accidens est, cuius proprium est alteri inhærere, uerum tum eodem iure per se subsistens dicitur, quo permanens dictus est, tum quoniam actiones per se, & primo lædit, ac in lædendo eas primo, a nullo dependet, quod symptomati nulli, ut symptoma est nec noxæ actionum in esse potest, idcirco sub actionum noxa collocari non debet, quod postremo obijcitur. dicendum, librum illum Galeni præter alia loca, eo in loco non nisi mancum, ac mutilatum hucusque ad manus nostras peruenisse, ob id, quid in hac parte resolute senserit, non facile capi potest. quantum tamen colligere ualemus apparet trifariam aduersus Iulianum inuehi, tum quod quo præcise loco erat morbus, & causam esse autumabat, cui Galenus consentire non uidetur, si quidem materia febrem faciens in partibus à loco cordis, iecinoris, uentriculi, uel partium quarundam aliarum præcipuarum, circa cor existen-

ſtentium, diſtantibus reſidens, uidelicet in loco bubonis, uel in quopiam alio loco extra, uel intra uenas, diſtante, ueluti in foco poteſt circunſcripta eſſe, quum tamen morbus, uidelicet febris per uniuerſum diffuſus ſit corpus, & ſub hoc intellectu Galenus Iulianum accuſat, ſcribens, eum rationem cauſæ continentis non bene percepiſſe putans eam huius naturæ eſſe, uidelicet morbum, & cauſam in eodem præciſe loco ſe comitari, quandoquidem (ut dictum eſt) morbo per uniuerſum corpus diffuſo, cauſa eum excitans in uno poteſt fixa eſſe loco quod Iuliano aduerſatur, & id intellexit, quum de eo ſcripſit Galenus (utpote qui nullam aliam habet continentis cauſæ notionem quam proferat niſi quod ſimul aliquid gignatur, ſimulq; intereat) id eſt, eodem in loco ſe comitentur, & tollantur, quem intellectum uerba paulo ante ab eo prodita oſtendunt: ad cauſæ igitur continentis rationem ſeruandam Galeno ſat fuit, ut exiſtente in laborante cauſa exiſtat & morbus, & perempta, perimatur & morbus, tametſi per uniuerſum corpus non ſe conſequantur, tum ſecundo, quoniam eam ſic definiendo Stoicus efficietur, & eſt ratio aduerſus hominem continentem cauſam alias negantem, ut initio quæſtionis prius oſtenſum fuit, quòd ſi Stoicũ ſe fecerit eam recipiens, ut ſimul, id eſt eodem præciſe loco ubi eſt mobrus, ponatur cauſa, pari modo ſanitatis cauſam eodem præciſe loco, & ſitu

tu ponere cogetur, ubi eſt ſanitas ipſa, quod tamen ipſe negauit, quòd oſtenditur, quoniam contrariorum eadem eſt ratio, at ſanitas, & morbus contraria ſunt, ut cuiq; liquet, igitur etc. tum et tertio morbũ quendam calidum, alium uero frigidum, aliquem humidum, alium uero ſiccum pronuntiare cogetur, quum ſanitas & morbus in eorum temperatura, uel intemperatura conſiſtant, quæ quum modo affirmando enuntiet, modo negando ſubuertat, idcirco eius uerba (ut quædam deliramenta) haud quaquam recipienda ſunt. quod tertio in initio quæſtionis opponebatur, ſi cauſa continens in morbis daretur, non differet morbus à morbi cauſa, ex dictis in primo articulo ſatis patet diſſolutio concedendo cauſam morbi continentem duplicem eſſe, unam, quæ efficienter cauſa eſt læſionis actionum, non tamen primo, ſed intercedente morbo, & eius eſſentia, & hæc à morbo re differt, alia uero eſt, quæ ipſa morbi eſt eſſentia à morbo re non differens, & cauſa morbi dici poteſt, uidelicet formalis, nempe ea quæ cauſa eſt formalis, de forma, & exemplari primo dicitur, et ob hoc ſcribit Ariſtoteles quinto Metaphyſic. textu tertio, & ſecundo de Phyſico auditu, textu 28. hæc uerba, ἄλλο δὲ τὸ εἶδος. καὶ παράδειμα, τοῦτο δέ ἐςιν ὁ λόγος, ὁ τοῦ τὶ ἦν εἶναι, καὶ τὰ τούτου γένη. etc. quod eſt. alio autem modo ſpecies, & exemplum: hoc autem eſt ratio, eius, quod quid erat eſſe, & eius genera, quod ex-

ponens Alexander, inquit, id est & definitio causa est formalis, quoniam rei essentiam, & eam quam quidditatem uocant, explicat, & eius genera, si igitur rei definitio causa est formalis, quoniam rei essentiam, ac eam, quam quidditatem appellant, explicat, multo magis rei essentia, seu res ab eis quidditas uocata per definitionem explicata, rei causa formalis denominatur, essentia igitur morbi per eius definitionem explicata morbi est causa formalis, uidelicet quatenus eadem re est cum morbo subiectum in quo est informante, & ob hoc non est probanda Leoniceni uersio, tertio art.med.capite 88. uerba hæc Galeni sic uertentis. γεγονυῖα δὲ νόσος ἤδη θεραπευθήσεται, τῆς διαθέσεως, ὑφ᾽ ἧς πρώτης ἡ κατὰ φύσιν ἐνέργεια βλάπτεται, λυθείσης, ἥνπερ δὴ φαμὲν αὐτὴν εἶναι τῆς νόσου τὴν αἰτίαν. quod est. factus uero morbus iam curabitur, soluta ea dispositione, à qua primum ea quæ secundum naturam læditur operatio, quam quidem, & ipsam morbi causam dicimus esse, ubi uerbum hoc αἰτίαν Leonicenus uertit, essentiam proinde, ac si græce legeretur οὐσία. quam lectionem magis probat, aduersus quem dicimus legendum esse in textu uerbum hoc αἰτίαν non οὐσίαν, id est causam non substantiam, quoniam in omnibus fere codicibus græcis sic scriptum comperitur, quod uetus interpres, & Laurentianus animaduertentes causam, non essentiam uerterunt, & quod Leonicenus

ad-

aduersus hanc opponit, morbi causam non posse legi, quoniam ea non nisi formalis esset, at ea esse non potest, tum quoniam (teste Auicenna secunda primi) causa definitur in libris medicorum esse id, quod primo est, ex quo prouenit inuentio alicuius dispositionis in corpore humano, aut eius fixionis, quod non alij attribui potest quam causæ efficienti, quum ab ea proueniat inuentio effectiuæ alicuius dispositionis, uel fixionis, tum quoniam ex Galeno de causis morborum, ac accidentium, tum ex Alexandro de febribus, solæ efficientes non formales ibidem explicantur, ac in medicina considerantur, non igitur à medico alia causa, ut puta formalis consideratur, sed dicendum præter id quod falsum assumit, rationem quæ pro eo ab aliquo fieri posset, nihil probare. assumit enim falsum, quum inquit, non nisi de causa efficiente medicum considerare, nam tametsi concedatur eam principalius considerare, & hoc sensisse Auicennam loco allegato, & etiá Galenum tum primo capite 2. & 3. tum 3. art. med. uidelicet cap. 85. attamen uel ex Auicenna constat prima primi medicum quatuor causas sanitatis & ægritudinis considerare, materialem, finalem, efficientem, & formalem, hanc quidem uidelicet complexionem quo ad quid est, compositionem &c. prima enim primi complexionem definiuit, quæ causa formalis est sanitatis & morbi, materialem etiam considerat, uidelicet mem

bra, humores, & ſpiritus, non minus finalem etiam conſiderat, uidelicet perfectiones operationum, & earum læſiones, de efficiente notum eſt, ut ibidem conſtat. conſiderat enim ſex res non naturales ac ſexus & ætates, quæ ſanitatem et ægritudinem efficiunt, & conſeruant nec nõ humores, tẽperaturas, regiones, uirtutes, elementa &c. ex Galeno etiam de ſubſtantia facultatum naturalium conſtat ſaltem quo ad quid eſt, temperaturam à Medico conſiderari, ſcribente eo, naturam animæ, quæ & qualis ſit ad morborum curationes, ac ſanitatis tutelam medico ſcire non eſt neceſſe, uerum naturam corporum, quæ apud nos ſunt, ex temperatura quatuor elementorum conſtare, animo ſcire opus eſſe, ſubdit quare corpus animas ſuſcepturum per temperaturam, uidelicet paratum, ac idoneum eſſe oportet, quoniam ſi magnam ſuſceperit corpus temperaturæ alterationem, anima digredi, ſeu inde exire cogitur.
Ex quibus colligitur, quum animæ noticia medico nihil proſit, nec eiuſdem inſcitia eidem officiat, temperaturæ autem cognitione medico opus ſit, ipſa autem temperatura cauſa eſt formalis, quoniam per eam (teſte Galeno primo art. med.) ſanum & ægrum tum ſimpliciter, tum ut nunc finitur, uidelicet per bonam ac malam in ſimplicibus temperaturam ac inſtrumentarijs commenſurationem, uel incommenſurationem, nedum autem eſſentia rei per definitionem (ut antea di-
ctum

ctum est,) explicata, uerum & partes definitionis, totaq; definitio essentiam rei explicans (teste Aristotele loco prius allegato) causa est formalis, à medico igitur causa formalis consideratur, præterea reliqua etiam causarũ genera præter efficientem medico esse cõsiderata testatur Galenus, tertio de differentia symptomatum, capite primo causam ut medicus definiens, eam esse, quæ suapte natura partem suæ generationis ei quod fit inducere potest, quam uniuerso causarum generi adaptari uoluit, uidelicet materiæ, utilitati, instrumento, scopo, ac principio unde motus, subdit, quoniam horum singulum non nihil ad perfectionem eius, quod fit conducere potest, ex his igitur constat, nedum efficientes causas, ac conseruantes, uerum et reliqua causarum genera medico considerari. At fortasse obijcies, quoniam in his formalis causa non enumeratur, præterea quinque sunt à Galeno in præsentiarum causarũ genera recitata, igitur ultra quatuor erit causarum per se causantium numerus, quod tamẽ Aristoteli secundo de physico aud. tex. 31. ac 5. metaphysi. tex. 2. tum ipsimet Galeno libro de causis procatarcticis quatuor dũtaxat earum, quæ fiunt causas per se enumeranti aduersatur. his dicendum esse puto, causam formalem sub causa finali compræhendi. nam 2. de Physico aud. tex. 70. forma & finis in eodem numero coincidunt, quod uel ex Galeno comprehendi potest libro de causis

procatarcticis docente, si quispiam carpentarius ligna perforans, uel dirigens, uel dolans, interrogatus propter quam causam id faciat, respondebit, gratia lecti id facere. textor etiam interrogatus propter quid lanam deponit uel fila sunt staminis, finem actionis respondebit, uidelicet gratia constructionis indumenti: indumentum autem propter quid construitur te interrogãte, gratia cooperimenti corporis, hoc autem gratia euitandi frigoris respondebit, ex quibus colligitur, quum carpentarius interrogatus propter quid ligna præparat, respondet propter lectum construendum, ueluti suæ actionis finem, sub quo liquet formam lecti comprehendi. lectus enim secundo de physico auditu tex. 11. si duntaxat materiam habuerit, non actu, uerum potentia lectus dicitur, sed quũ speciem, seu formam lecti possederit, lectulus nominatur, quod de quauis alia causa formali, sub causa finali comprehendi intelligendum est, quam modo generationis rei utilitatem, quandoque finem, interdum uero intentionem libro de causis procatarcticis nominauit, ad quam scopus, seu propositum, seu mauis intentionem dicere, teste eodem, loco allegato, reducitur, nempe essentia, uerbi gratia, sanitatis mente concepta, ut artificem mouet ad operandum, uidelicet rationem uictus instituendum, uel purgandum &c. siue possideatur, siue non, propositum, scopus seu intentio dicitur, eadem uero ut possessu (auctore Ga-
leno

leno de opti. secta) finis denominatur, instrumentum etiam quod libro de causis procatarcticis organum uocat ad principium unde motus reducitur, est enim mouens à primo mouente seu efficiēte motum, & ob hoc non audienda est Forliuiensis ac aliorum positio, quippiam instrumentum ad causam materialem reducentium, nec aeris diaphaneitas in ordine ad illuminationem à sole faciendam, ut exemplum ab eis inductum, ob quod ad id credendum sunt moti, hoc conuincit, quoniam ea non est instrumentum, quoniam rationem non habet agendi, uti constat rationem instrumenti loco allegato indaganti, uerum potius materiæ dispositio, eam consequens in ordine ad eiusmodi formam suscipiendam, liquet igitur formalem causam medico esse consideratam, ac sub finali comprehensam, nec plura quàm quatuor fore causarum per se causantium genera dixi per se causantium, quoniam si causas per accidens enumeraueris, uel causas sine quibus non, iuxta modum loquendi Galeni libro de causis procatarcticis citato, plures comperies, ob quas etiam exponens Alexander Aphrodiseus ac Simplicius uerba Aristotelis secundo de physico aud. tex. 30. uidelicet τὰ μὲν οὖν αἴτια σχεδὸν τοσαχῶς λέγεται. quod est. causæ igitur fere tot modis dicuntur, uidelicet quatuor modis, dixit σχεδὸν, id est fere, quoniam alijs, & non quæ tantum sunt per se, causis connumeratis, numerum hunc, uidelicet

quaternarium excedunt, omissis etiam tum concausis, tum coadiutricibus, quarum meminit tum auctor libri, introductio, tum auctor libri definitionum, quoniam & illis connumeratis ad maiorem numerum causæ adhuc reducerentur, uerum quum præter alia in concausæ, & adiutricis definitione plurimum dissentiant auctores hi, & quodam modo inter se se contra dicant (ut eos legenti constat) facile credere ob hoc quispiam poterit libros hos non Galeni, sed spurios esse & quod adducitur ex Alexandro libro de febribus testante solas efficientes medico esse consideratas, dic quatenus in eius libri initio febrem tũ ex Hippocrate, tum ex Galeno definiens inquit, eam esse immodice auctum feruorem accensum præter naturam in corde ac arterijs, qui secundum naturam ignis cor possidens corpori uniuerso dominatur, essentiam febris, quæ morbus est explicans, nedum formalem causam considerauit, uerum et eius materialem causam cor, uidelicet ac uniuersum corpus. hæc enim materia sunt in qua ipsius febris. pari modo quod ab eodem Leoniceno adducitur, ex Galeno tum libro de causis morborum, tum de causis accidentium, ubi duntaxat causæ efficientes non formales considerantur, dicendum, tametsi locis citatis de causa formali sermonem non habuerit, alias tamen ubi ægri nedum simpliciter, uerum ut nunc definitionem, uidelicet primo artis medicæ cap. v. assignauit, quæ & ægritudini,

tudini, seu morbo adaptari potest, quoniam idem est esse ægrum (ut alias dictum est) & huic inesse ægritudinem, quoad eius causam formalem. denominatiuum enim & principale idem significant, quod Aristoteles in suis Categoreis capite de denominatiuis (Ammonio teste) expressit, eodem etiam lib. idem scribens album solam qualitatem significare, idem nobis significauit, quam ægri definitionem scripsimus eius esse causam formalem, ueluti res per eam significata, uidelicet in consimilibus mala temperatura, uel in instrumentarijs incommensuratio, uel soluta unitas in corpore ægro causa est formalis, tum etiam primo de differentijs morborum cap. 1. primo quoque de metho. medendi capite octauo ac secundo eiusdem cap. 7. ubi morbum definiens, inquit eum affectum esse præter naturam, qui primo actioni officit. necnon tertio de differentijs symptomatum capite primo, ubi rursus morbi ac sanitatis essentiam explicauit scribens in hunc modum, morbus est constitutio præter naturam, uel uitiatæ functionis causa, uel in calido, frigido, humido, & sicco intemperies, per quam teste Galeno secundo art. med. cap. 88. fit in solitis actionibus, uel occupationibus impedimentum, quæ ueluti terminus morbum ipsum ab alijs dispositionibus sanitate, & neutra dispositione à medico consideratis separat. his itaque locis ostendere uoluit eum causam morbi formalem considerare. hæ enim definitiones

nitiones tametſi per uaria ſint uerba expreſſa, eandem tamen eſſentiam quam primo art. med. per malam temperaturam uel incommenſurationem in inſalubri, ut nunc expreſſerat, ſignificant, ratio etiam quæ ab aliquo pro eo fortaſſe fieri poſſet, uidelicet ſolæ cauſæ efficientes, quæ ab alijs cauſis re ſunt diſtinctæ, et nõ eædem cum illis præcipue formalibus, quas producunt, conſiderantur: igitur non conſiderantur formales penitus inualida eſt, niſi adhibita prius de cauſis efficientibus diſtinctione, uidelicet in ordine ad membrum idem uel aliud, quoniam licet in ordine ad aliud membrum in quod cauſæ efficientes agunt, non ſint eædem cum formalibus, membrum paſſum informantibus, uerbi gratia, mala pulmonis temperies, calida, malam in corde temperiem calidam, uel eius ſiccitas præter naturam, ſiccando ac ob id coartando in eodem corde incommenſurationem producens, ipſius cordis non ſit cauſa formalis, quoniam ipſum non informat, nec eidem dat eſſe, eadem tamen mala temperies eiusq; eſſentia quæ ipſius pulmonis cauſa eſt formalis, eſt etiam efficiens, uidelicet quum in aliud membrum agit, ſimilem in ipſo temperiem inducens, quod idem de mala temperie in alijs, uidelicet in corde ac iecinore &c. in ordine ad alia mẽbra intelligatur, quippe eorum mala temperies, quæ eſt morbus quæcunque fuerit, quæ tametſi in alia membra agens malã in eis temperiem efficienter producat, quo-

rum

rum ea non eſt cauſa formalis, eadem tamen in corde ſeu in iecinore &c. cauſa eſt formalis. non igitur medico cauſam efficientem conſideranti tollitur cauſam ab eo formalem non conſiderari, quoniam in eodem membro idem re ſunt (ut dictum eſt) efficiens & formalis, quæ forma, uidelicet ſanitas in quo membro eſt, ut formans conſeruanda eſt, ueluti ægritudo in quo eſt membro, nedum ut efficiens, uerum ut forma deſtruenda, à medico conſideratur, at fortaſſe quiſpiam obijcere poſſe, id fieri non poſſe, quoniam tametſi forma, & finis ſunt idem numero, non tamen forma & efficiens, ſed ſpecie duntaxat idem ſunt, uti conſtat ſecundo de phyſico aud. tex. 70. ſed huius diſſolutio ab eodem Ariſtotele colligi poteſt, tum ſecundo de anima, tex. 47. explanante ſecundum quẽ modum forma, quæ eſt potentia quædam & efficiens non poſſunt ineſſe eidem numero, quoniam generatiua uis quum ſit forma hoc iure non eſt efficiens, quia nihil ſeipſum efficit, poteſt tamen in aliud agens idem eſſe forma & efficiens, & hoc modo intelligatur, ea idem eſſe ſpecie, quod his uerbis Ariſtoteles expreſſit γεννᾷ δ᾽ οὐδὲν αὐτὸ ἑαυτὸ, ἀλλὰ σώζει, καὶ γενέσεως ποιηκτικὸν οὐ τοῦ τρεφομένου, ἀλλαὶ οἷον τὸ τρεφόμενον. quod eſt. nihil enim ſeipſum generat, ſed ſeruat, & generationis factiuum eſt, non eius quod nutritur, ſed alterius, uidelicet quale ipſum quod nutritur, tum uero 2. de phyſico aud. tex. 70. ſic ſcribit, homo hominem

nem generat, & planta plantam, quod non nisi de eodem in specie, non numero uerum esse potest: & præter quod potest morbus non solum in membro alio, tum in intemperie, tum in natura instrumentaria morbum (ut paulo ante dictum est) producere, potest et in membro in quo formaliter est, efficienter læsiones actionum, & cætera symptomata aggenerare. secundum huic consimilem postremo dictum modum scriptũ nobis reliquit Aristoteles secundo de anima 37. animam, quatenus corpori dat esse, formam esse, quatenus uero corpus animatum terminat, & ipsum corpus organũ est, propter eam, ueluti materia propter formam, finem esse, quatenus uero principium est motus tum augmenti, decrementi, tum nutritionis, tũ alterationum quæ fiunt in corpore causam efficientem esse. parimodo sanitatis essentia ut à medico intenditur & possidetur auctore Aristotele secundo de Physico aud. & quinto Metaphysices tex. 2. ac Galeno de optima secta finis est, quatenus uero essentia ipsa, uidelicet bona temperatura ac commẽsuratio, quæ est re idem ipsi sanitati, et per eius definitionem explicata dat esse corpori. causa est formalis quatenus (ut paulo ante dictum est) non solum in membro alio, in quod agit bonam tẽperiem efficienter producit, uerum quatenus in membro in quo est, ab ea operationes perficiũtur. causa est efficiens, nec secus morbi essentia, quæ re idem est cum morbo, ut per eam morbi natura explicatur

plicatur ipsiq; corpori dat esse ac ipsum informat, forma est, quatenus uero temperatura hæc quali tates corporis elementarias est terminans, cum qua stat uita quoquo modo finis est, quatenus ue ro per eam nō solum in aliud membrum agentem malam, uidelicet temperiem, uel naturam instru mentariam efficienter producentem, uerum quatenus per eam in membro in quo est operatio secundum naturam læditur causa est efficiens. ex his igitur in uniuersum colligendo, satis liquet ean dem esse essentiā, à qua efficienter tum mala tem peries, ac mala compositio in membro alio externo ab eo, in quo est tum operatio eiusdem membri, in quo est secundum naturam læditur, quæ causa morbi formalis & efficiens dici potest, legendum itaque est in textu, quam quidem & ipsam morbi causam esse dicimus, non ut Leonicenus textū corrumpens (essentiam) quod ut dixi tum uetustiores, tum recentiores codices sic legentes ostendunt, licet quodammodo re idem sit essentia quod causa, ueluti species idem est suo generi, & ad aliud obiectum quod deinceps opponitur nusquam de causa morbi continente ab eo sermonem haberi, dic tametsi sæpe eius nomen non expresserit non in ea ab eo omissa fuit, quia sub antecedente comprehensa est, uerum eius significatum sæpe ab eo explicitum est, ut ex dictis primo ac secundo ar ticulo constat, licet interdum proprio nomine etiam causa nominauerit, ut quarto de causis symptoma-

ptomatum cap. 2. ubi expoſuit tenſionem ragoidis tunicæ cauſam continentem eſſe amplitudinis pupillæ, necnon ſexto epidemiarum ſectione tertia commen. 20. quum ſcribit (igitur cuius eorum qui curàntem naturam à primo ortu ſcire deberi præcepimus, ſæpiusq́; optime quiſpiam id faciat oſtendimus, oſtenſum eſt autem non ſecius, quæ de primario affectis locis, & per uitij communicationcm læſis ſcire & exquiſite cognoſcere in ægrotis oporteat, ſubdit, ὥσπερ γε καὶ περὶ τῶν αἰτίων, ὅσαγε προκατάρχοντα καλοῦσι, καὶ ὅσα προηγούμενα, καὶ ὅσα συνεκτικά. *quod eſt. quemadmodum & de cauſis quas ante incipientes uocant, & quas antegreſſas, & quas contentiuas ſeu continentes &c.) de cauſa igitur morbi continente in ægrotis qui curantur, ut ipſe inquit, non tantum in rebus factum eſſe in fluxu, ſeu in motu habentibus, ut eſt pulſus ab eo mentio habita eſt: quod poſterius obijcitur, quum morbus ſit res facta, cauſam habere non poteſt: igitur nec continẽtem huic dicendum puto, ſi ratio cogeret pari modo probaretur, morbum qui fit, ſeu in fieri exiſtentem, nec antecedentem cauſam habere de antecedente cauſa more aduerſariorum loquendo intelligo, eam uidelicet quæ ſine medio morbum efficit, cuius tamen ſublatio iuxta eorum poſitionem non tollit morbum, quoniam factum (ut aiunt) nullam cauſam habet, morbus autem quicunque etiam ſi ſit is qui fit, factus eſt, ex tertio*

de

de differentia ſymptomatum cap. 1. igitur etc. cuius tamen oppoſitum aſſerunt ei, uidelicet morbo qui fit cauſam antecedentem non continentem attribuentes: dico igitur quòd factum cauſam conſeruantem habere poſſe, ueluti eſt obſtructio pendens ab humorum craſſitie, tenacitate uel calculo &c. à quibus ea quæ facta eſt obſtructio conſeruatur, & licet producentem habere non poſſit; poteſt tamen inchoatus morbus cauſam habere complentem, uidelicet morbus qui fit, qui ſecundum partem factus eſt, quod ſi obijcias tertio art. med. cap. 86. inquit Galenus cauſas conſeruantes eſſe corrigentes, ſed cauſæ corrigere non poſſunt niſi efficiant, igitur ſi res facta cauſam obtinet conſeruantem, & ipſam efficientem obtinebit, huic dicendum cauſas ſalubres conſeruatiuas in genere cauſarum corrigentium & efficientium ut obijcitur reponi, quatenus enim ſanum corpus ſeruát in eadem temperatura, uel ad meliorem temperaturam traducunt, teſte Galeno tertio art. med. capite 86. conſeruatiue dicuntur, quatenus uero corpus ſanum quod continuo tum ab extrinſeco, tum ab intrinſeco diſſoluitur, parumq; labitur, deperditi indiget reſtauratione, quàm reſtaurationem, lapſumq; hunc paruum, cauſæ ſalubres corrigentes efficiunt, effectiuæ, ac correctiuæ dicuntur. in hoc enim conſeruatiua, teſte Galeno, libro de conſtitutione art. medicatiuæ capite penultimo, tum libro num ars tuendæ ualetudinis

ſpectat

ſpectat ad medicinam, an ad gymnaſticam à præſeruatiua, & curatiua differt, quòd hæc magnos corrigit lapſus, illa uero mediocres quod facit, & uocata reſumptiua, quoniam igitur conſeruatiua deperditum inſtaurando paruos corrigit lapſus, hoc autem eſt corrigere, & efficere, idcirco eadem conſeruatiua, correctiua, & effectiua dicitur, inde tamen ut obijciebatur non colligatur factum morbũ eundem numero, qui à cauſa conſeruatur denuo produci, tametſi incoatus perfici poſſit, & quod deinde obijcitur morbus res eſt facta permanens, & ſtabilis, tum ex tertio de differentia ſymptomatum capite primo, tum ex ſecundo methodi capite tertio, quoniam in hoc differt à patho, ſeu paſſione, quæ nec facta, nec ſtabilis eſt, ſeu permanens, dico ſi de morbo qui fit, obiectio opponat, quia de alijs non ambigitur talem morbum (ut articulo primo, paulo ante dictum eſt) quum is conſiſtat, ex parte facta, & de proximo futura, ſecundum quid factum eſſe, uidelicet ratione partis, quæ facta eſt, & ſub hoc intellectu Galenus tertio de differentia ſymptomatum capite primo, & alias intelligendus eſt, non ut nonnulli rati ſunt putantes, quia is nõ pendet à cauſa procatarctica, idcirco factus denominatur, uerum quoniam ibidem, legenti conſtat, eum diſcrimen inter pathos (cuius eſſe eſt in fieri non factum, nec ſtabile, & permanens) & morbum ſcripſiſſe, qui à quouis modo cauſæ in uniuerſali

ſali pendeat nedum extrinſecæ, uerum & intrinſecæ, quum morbus fuerit, factus eſt ſtabilis, & permanens; idcirco eorum interpretationi confutandæ ulterius non inſiſto, ob hoc itaque à patho differt, quod pathos (uti alias antea dictum fuit) paſſio eſt cuius partes non poſſunt eſſe ſimul, uti nec partes rei ſucceſſiuæ, partes autem morbi (uti paulo ante etiam ſcriptum eſt) quum ipſe ſit affectus permanens ſimul ſe compati poſſunt in eſſe, tametſi partes omnes ipſius morbi eſſe in fieri habentis, quatenus fit, ſimul non ſe compatiantur. Quod ſi opponas, ſi igitur quilibet morbus modo dicto factus eſt, quonanque modo datur morbi trimembris diuiſio. uidetur enim ex dictis unica ſolum eius eſſe ſpecies, quod tamen dogmatibus Galeni tertio art. med. capite 88. eum, in factum, qui fit, futurum diſtinguentis, necnon in commento aphoriſmi uigeſimi ſecundi, uidelicet quoſcunq; morbos ex repletione euacuatio ſanat, idem ſcribentis opponitur, item ſi quilibet morbus eſt factus, & permanens, non igitur cauſam habebit continentē, quod eis aduerſatur, quæ paulo ante à nobis determinata ſunt, uidelicet articulo primo ubi diſcrimen poſitum eſt inter cauſam antecedentem, per hoc quod ipſa abſciſa derelinquit aliquod factum, & cauſam continentem, quæ

nihil factum post causæ sublationem relinquit. Ad hæc duo obiecta ex primo, & secundo articulo satis patet dissolutio, ex dictis enim apparuit non tolli morbi trimembrem diuisionem, concessum est enim morbum dari sincere factum, nullam penitus causam actu habentem, nedum continentem non possidentem eum, uidelicet cuius esse fixum, & à causa independens est, uidelicet speciali dependentia, non tamen hic generalem excludo dependentiam, quem proprie, & primo factum uocamus, datur, & morbus qui fit, cuius pars est facta, & reliqua futura, cui causa adest actu continue agens, non tamen respectu facti agit, nisi conseruando, quæ continens esse potest, qua sublata non solum quod de proximo futurum, uerum & eius factum summouetur, nec enim moram de qua curetur, sensibilem retinet, quoniam eius esse ab ea dependens est, non in produci tantum, uerum & in conseruari, sumpsit autem à nobiliori parte denominationem, uidelicet à parte facta, quoniam eius ratione primo actiones lædit, & ob hoc, & non ob aliam rationem scripsit Galenus tertio de differentia symptomatum capite primo morbum à patho differre, quoniam is factus est, pathos uero in fieri consistit, futurus uero potius secundum nomen, & ferè æquiuoce

uoce morbus denominatur, ueluti lectulus, uel homo in potentia, lectulus, & homo dicuntur, potius ſub neutra diſpoſitione, quàm ſub morbo (ut paulo ante dictum eſt) collocandus, quum actu ab eo in ſolitis occupationibus non fiat impedimentum, ex his igitur conſtat morbum qui eſt in fieri, quoquomodo etiam factum eſſe, & cauſam habere continentem, quippe morbus de numero rerum eſt ſimilarium, in quibus teſte Galeno primo de locis affectis capite ſecundo fieri ſecundum eſſentiam, ſeu maius dicere ſecundum ſpeciem idem eſt cum facto, quod ſi aduerſus hoc quiſpiam obijceret, non uidetur morbum qui fit, eiuſdem eſſe eſſentiæ cum facto, quoniam morbi facti eſſentia hæc eſt. primo de differentia morborum capite primo, conſtitutio præter naturam primo actionem lædens, teſte quoque Galeno ſecundo artis medicæ capite 82. ac de conſtitutione artis eiuſdem capite 19. is à ſanitate, ac neutra diſpoſitione per conſuetarum operationum ſenſu iudicatarum impedimentum diſcretus eſt, at morbus qui fit (Galeno auctore primo de locis affectis capite paulo ante citato) interdum tantæ exiguitatis eſt, ut neque à nobis dignoſci, neque laborantium ſenſu percipi poſſit, non itaque morbus qui fit, eiuſdem eſt eſſentiæ cum facto, quum in eo noxa

consuetarum operationum sub sensu, ueluti sub iudice non cadat. Ad hoc ut fertur, nonnulli ut pugnam in dictis Galeni euaderent, dixerunt, Galenum libro de locis affectis citato non scripsisse morbum interdum tantæ esse paruitatis, ut & medicum, & laborantem lateat, sed affectum scripsisse, quem non est opus perpetuo morbum esse, quod ostendunt, quoniam Galenus similat affectum stillicidio lapidem cauanti, cuius excauatio ab unoquoque stillicidio propter eius paruitatem latet, pari modo ab humore acri (in disenteria) per intestina descendente, ac erodente, interdum fit ulcus ita paruum, ut lateat tum medicum, tum laborantem, & ob hoc medici ope non indiget, morbo uero magnificato naturam superante præsidio medici opus est, quem locum uetus interpres uertit morbo magnificato, ubi Copus loco uerbi, morbo magnificato, uertit affectu magnificato, non itaque ex Galeno colligitur morbum tantæ paruitatis esse, ut tam sit clam medicum, quàm patientem, sed affectus utrunque clam esse potest. ceterum ista euasio, menti Galeni loco citato contraria est de morbo, non de affectu, sermonem habentis, quoà ex eius uerbis constat, quæ sunt. τὸ δέγε θερμὸν νόσημα, καὶ τὸ ψυχρὸν, ὑγρόντε καὶ ξηρὸν εὐθὺς ἀπ᾽ ἀρχῆς, ἐπειδὰν πρῶτον

ὑπερ-

ὑπερβάλῃ τοὺς ὑγιεινοὺς ὅρους τῆς κράσεως τὸ σῶμα τὴν αὐτὴν ἑαυτῷ φύσιν ἔχει. καὶ γὰρ εἰ διὰ σμικρότητα πολλάκις ἐκφεύγει τήν θ' ἡμετέραν διάγνωσιν, καὶ τὴν τῶν καμνόντων αἴσθησιν, ἀλλὰ τόγε εἶδος ἔχει τὸ οἰκεῖον. quod eſt. morbus uero calidus, & frigidus, humidus, & ſiccus protinus à principio, quum primum corpus limites temperaturæ, quæ bonæ ualetudini debetur, exceſſerit, eandemq; ſibi ipſi naturam habet, quamuis ſæpe ita ſit exiguus, ut neque à nobis cognoſci, neque laborantium ſenſu percipi poſſit, ſed nihilominus propriam ſpeciem habere cenſetur, ex quibus conſtat eum qui tum medicum, tum laborantem latet uocaſſe νόσημα. νόσημα, autem græcis omnibus morbus eſt, non ſolum affectus, quod uerbum, & Copus ſic uertit, nec uerba Galeni inſraſcripta, uidelicet καὶ τοίνυν καὶ τῶν αἰτίων τῶν δρώντων εἰς τὸ σῶμα τὸ μὲν τοῦ πάθους εἶδος ἐξ ἀρχῆς ταὐτὸν, ἀφανὲς δ' ἐστὶ διὰ σμικρότητα. τὰ δ' οὕτω μικρὰ πάθη χωρισθέντων τῶν τοιούτων αἰτίων αὐτίκα παύεται. quod eſt. quum itaque cauſæ agunt in corpus ſpecies τοῦ πάθους, id eſt affectus, ab initio eadem eſt, tamen propter exiguitates latet, at uero eiuſmodi τὰ πάθη, id eſt iuxta Copi uerſionem affectus, qui adeo ſunt exigui ſeparatis cauſis efficientibus illico finiuntur, in quibus

uerbis apparet, ubi hoc nomen πάθος Copus interpretatus est, id est affectum, uetus interpres morbum uertisse. ceterum hoc uerbum πάθος, quod hoc loco Copus uertit, id est affectum prædictæ, inquam poni non fauet, quoniam & in uerbis Galeni paulo ante scriptis, de inflámatione sermonem habentis, hæc uerba scribuntur. οὕτω δὲ καὶ ἡ φλεγμονὴ καθ᾽ ὅτιπερ ἂν εἴη μέρος μέγιστον, ἢ σμικρότατον, ἓν καὶ ταυτόν ἐστι πάθος ὑπηλλαγμένον οὐκ ἰδέαις, ἀλλὰ μεγέθους διαφορᾷ. quod est. sic uero & inflammatio secundum quamcunque animantis partem fuerit maxima, uel minima unum & idem est πάθος non specie quidem, sed magnitudine uarium, unde constat Galenum nominasse inflammationem πάθος esse, quum tamen cuique notum sit inflammationem, quia phlegmone est, qui est morbus, morbum esse. πάθος igitur non solum de affectu, sed etiam de morbo dicitur, quod & prima aphorismorum Galenus in commento aphorismi duodecimi, ubi de pleuritide sermonem habet, & ponens discrimen inter signa significatiua pleuritidis, & eius assidentia, uocat pleuritidem πάθος, seu passionem, idem secundo de crisi capite 12. inflammationem in loco fluxioni, obnoxio similem inflammationi inguinum quæ phlegmone est, & proinde morbus.

πάθημα

πάθημα uocat, quod idem eſt quod πάθος, non itaque ex hoc uerbo πάθος, quod nedum ſignificat affectum, paſſionem, perturbationem, afflictionem, motus animi, etc. id genus, uerum etiam morbum ſignificat, uetus interpres uertens πάθος, id eſt morbum arguendus eſt, præcipue, quia antea de morbo Galenus ſermonem habuerat cum ſcripſit morbum calidum, frigidum etc. propter ſui paruitatem, utrunque tam medicum, quàm laborantem latere. quod ſi obijcias Galenum 1. de differentijs ſymptomatum diſtinguentem πάθος à morbo quia hic permanet & factus eſt, illud uero non permanet, ſed habet eſſe ſolum in fieri, non igitur per πάθος poteſt morbus ſignificari, neque per πάθος morbus interpretari poteſt, dicatur Galenum de aliqua re pertractantem exquiſita nominis diligentia non indigente nominibus communibus, & patrijs uti conſueuiſſe, & ut plures locutum fuiſſe, ſecundum quem modum libro de locis affectis aphoriſmorum, de criſi modo citatis, & alias hoc nomine πάθος uſus eſt, quod eſt ut genus ad affectum, morbum, & ad animi perturbationem, etc. ceterum ubi inter aliqua duo ceu oppoſita diſcrimen ponere intendit, exquiſitam exigentia nominis diligentiam, ceu ab eo fit primo de differentia ſymptomatum capite

Obiectio.

Solutio.

 primo

uerbis apparet, ubi hoc nomen πάθος Copus interpretatus est, id est affectum, uetus interpres morbum uertisse. ceterum hoc uerbum πάθος, quod hoc loco Copus uertit, id est affectum prædictæ, inquam poni non fauet, quoniam & in uerbis Galeni paulo ante scriptis, de inflãmatione sermonem habentis, hæc uerba scribuntur. ὕτω δὲ καὶ ἡ φλεγμονὴ καθ᾽ ὅτιπερ ἂν εἴη μέρος μέγιστον, ἢ σμικρότατον, ἓν καὶ ταυτόν ἐστι πάθος ὑπηλλαγμένον ὐκ ἰδέαις, ἀλλὰ μεγέθους διαφορᾷ. quod est. sic uero & inflammatio secundum quamcunque animantis partem fuerit maxima, uel minima unum & idem est πάθος non specie quidem, sed magnitudine uarium, unde constat Galenum nominasse inflammationem πάθος esse, quum tamen cuique notum sit inflammationem, quia phlegmone est, qui est morbus, morbum esse. πάθος igitur non solum de affectu, sed etiam de morbo dicitur, quod & prima aphorismorum Galenus in commento aphorismi duodecimi, ubi de pleuritide sermonem habet, & ponens discrimen inter signa significatiua pleuritidis, & eius assidentia, uocat pleuritidem πάθος, seu passionem, idem secundo de crisi capite 12. inflammationem in loco fluxioni, obnoxio similem inflammationi inguinum quæ phlegmone est, & proinde morbus.

πάθημα

...ημα uocat, quod idem est quod πάθος, non ...que ex hoc uerbo πάθος, quod nedum signifi- ... affectum, passionem, perturbationem, af- ...ctionem, motus animi, etc. id genus, uerum ...am morbum significat, uetus interpres uer- ...us πάθος, id est morbum arguendus est, præ- ...pue, quia antea de morbo Galenus sermonem ...buerat cum scripsit morbum calidum, frigi- ...um etc. propter sui paruitatem, utrunque tam ...edicum, quàm laborantem latere. quod si obij- ...as Galenum 1. de differentijs symptomatum ...stinguentem πάθος à morbo quia hic permanet ...r factus est, illud uero non permanet, sed ha- ...et esse solum in fieri, non igitur per πάθος po- ...est morbus significari, neque per πάθος morbus ...nterpretari potest, dicatur Galenum de aliqua ...e pertractantem exquisita nominis diligentia ...on indigente nominibus communibus, & pa- ...rijs uti consueuisse, & ut plures locutum fuis- ...e, secundum quem modum libro de locis affe- ...ctis aphorismorum, de crisi modo citatis, & ...alias hoc nomine πάθος usus est, quod est ut ge- ...nus ad affectum, morbum, & ad animi per- ...turbationem, etc. ceterum ubi inter aliqua duo ...ceu opposita discrimen ponere intendit, exqui- ...sitam exigentia nominis diligentiam, ceu ab eo ...fit primo de differentia symptomatum capite

Obiectio.

Solutio.

primo inter idem πάθος, & morbum discrimen ponens, singulis rebus, singula propria, & distincta nomina secundum speciem imponit. ob id igitur ob obiectionem aliter dicendum est, secus esse aliquid considerari secundum rei essentiam, & secundum quod in aliqua arte iuxta suum modum considerandi, aliquid nominari usitatur. primo modo id præcipue euenit in rebus similaribus, ceu est morbus, ubi constat morbum non solum ut in fieri existit, esse idem cum facto secundum essentiam, uerum etiam ut est magnus idem esse secundum essentiam cum eo qui paruus dicitur. ij enim morbi inter se eiusdem sunt naturæ, ceu mala temperies, calida, & frigida, etc. utraque enim siue parum, siue multum à sua propria, & naturali temperie recedat, secundum essentiam morbus dicitur, & hoc modo Galenus primo libro de locis affectis, hoc nomine morbus usus est. secundo uero modo liquet consuetum esse apud medicos solum illum qui sensibiliter operationes consuetas lædit, denominari morbum, quoniam medicus artifex est sensitiuus, sensum non transcendens, solus igitur qui talis est apud eum morbus dicitur, affectus igitur idem uel factus (qui præterquam quod cum eo quod fit, ut dictum est, est idem secundum rei essentiam) si ob eius
exigui-

exiguitatem actiones non lædat apud medicos morbi nomen non sortietur, quod si ad tantam magnitudinem excreuerit, ut actiones consuetas sensibiliter offendat, morbus quoque apud medicos etiã denominabitur, & hoc modo sumpsit Galenus morbum libro de constitutione artis medicæ, & libro de arte medica locis citatis, et alias. ceterum is modo dictus (qui ob id quod præ sui exiguitate consuetis actionibus ad sensum non incommodat, morbus non dicitur) sanitati potius attribuendus est, ueluti de febre leui scripsit his uerbis Galenus primo de tuenda ualetudine (si enim neque sui sensum afferat, liceatq; per eam & negocijs publicis, priuatisq; perfungi, balneoq; uti, esseq;, ac bibere, ac reliqua opera exercere, temperatura hæc, seu facultas ad necessarios usus minime impedita sanitatem potius determinat quàm ægritudinem) quoniam operationes nostras consuetas ad sensum incommodas non reddit, sed interim instabis, quoniam hoc concesso, medicus falsa fundamenta supponeret, & ut sic non esset artifex ueridicus, sed mendacissimus, deducitur quoniam febrem paruam quæ secundum essentiam in specie est morbi, sub sanitate collocat, quoniam ad sensum actionibus consuetis non incommodat, huic dicendum esse puto, medicum,

Aliorũ responsio.

cum, ut dictum est, præterquam quod is artifex est sensitiuus esse ueridicum, non mendacem, non tamen eo modo sensitiuus est quo nonnulli existimarunt eum artificem esse sensitiuum dicentes quod quum utatur duplici instrumento, experimento, uidelicet & ratione, plus experimento innitatur, quàm ratione, ut per hoc à philosopho naturali distinguatur, qui plus ratione, quàm sensu innititur, quoniam uterque artifex, & principia à sensu assumit, & ratione utitur, rationibus enim non paucis præter ea quæ cadunt sub sensu Galenus libro sexto de placitis Hippocratis, & Platonis aduersus Aristotelem ad probandum hepar principium esse uenarum usus est, hoc itaque modo dicendi reiecto, dicatur quum medicus de rebus quæ primo, ut sub sensum cadunt, iudicet, & non ut in sua natura habent esse, uti iudicat philosophus, idcirco artifex dictus est sensitiuus, nam acetum, marinas aquas, & balnearum sponte nascentium sicca esse medicus, teste Galeno primo simpl. med. capite 7. 24. 28. & 30. pronunciat, quoniam in corpore humano siccitatem non humiditatem inducunt, tametsi maior in eis est humiditatis copia, idcirco philosophus ea uti se habent in rerum natura iudicans humida, uidelicet non sicca pronuncians artifex

ámpugnatio.

Respõsio propria.

sensi-

ſenſitiuus non dicitur, & hoc iure medicus artifex eſt ueridicus, quoniam uere iudicat quæ apparent ſenſui, ita eſſe, ut ſenſui apparent, quia igitur apparet ſenſui febrem leuem conſuetis operibus non incommodare, uere iudicat quo ad ſenſum ipſam non eſſe morbum, quum ratio morbi ei non conueniat, nomina enim, ac nominum rationes rebus imponit medicus, ut ſenſui apparent, & ob hoc ſcriptum nobis reliquit Galenus ſecundo art. med. capite octauo de operationibus ſermonem habens (omnibus ſenſu iudicatis quia alias periculum eſſet ſempiternæ poſſibilitatis incidere dogma) eſſet autem artifex mendax ſi febrem leuem ſecundum eſſentiam non eſſe in ſpecie morbi, atque abſolute morbum quodammodo dici non poſſe pronunciaret.

CAPVT V.

Defendit auctores libri introductio, & libri definitionum dicentes calculum in uesica, & spiculum membro affixum esse morbi causam continentem aduersus illos damnantes.

*Q*VOD *autem liber definitionum ueluti spurius ab eisdem notatur, quoniam in eo scribitur calculum in uesica esse causam morbi continentem, pariter & liber inscriptus introductio, seu medicus ob hoc inter legitimos Galeni non enumeratur, quoniam ab eo pro exemplo causæ continentis ponitur telum, seu spiculum, quorum tamen nullum causa potest esse continens, de lapide quidem in uesica, quoniam auctore Hippocrate tertia aphorismorum 27. calculus in uesica morbus est in numero, non igitur causa est morbi continens, nec spina, seu tellum carni infixum, quoniam his sublatis uulnus, ut sensus ostendit, remanet. non igitur hæ causæ fuerunt continentes, sed dicendum, & si communiter*

propter hæc exempla auctores hi quicunque fuerunt ab omnibus damnentur, & earum libri, ut spurij, & Galeno attributi reijciantur, possunt tamen ut uera quoquomodo hæc exempla sustineri, nec ob hoc auctores hi damnandi sunt. Ad primum quidem dicitur ex Hippocrate non colligi loco citato lapidem in uesica morbum esse. inter affectus enim & symptomata pueris occurrentia connumerat aphthas, uomitus, tusses, uigilias, pauores, umbilici inflammationes, aurium humiditates, gingiuarum prurrigines, febres, conuulsiones, alui profluuia, tonsillas, uertebrarum luxationes, crebros anhelitus, asthmata, calculos, lumbricos etc. ex quibus constat quædam ex enumeratis sub morbis, quædam sub symptomate comprehendi, ut sunt immutata exeuntia, uel suppressa, & actiones læsæ. Quum igitur materia ex qua fit calculus in uesica si non excernatur possit immutatum esse, & retentum excrementum, quoniam (teste Galeno ibidem) non nisi ex inutili retento crudo, ac crasso humore assando factus, ac induratus est, ad symptoma reducitur, supressum uidelicet, & immutatum excrementum ueluti aurium humiditates ex ulcere emanentes, ac alui profluuia in fluxibus dissentericis, uel cæliaco affectu, ac alia id

genus

genus ſunt immutata exeuntia, non conuincitur igitur ex Hippocrate loco citato ipſum morbum eſſe, at conceſſo ut Galenus primo de differentijs morborum capite octauo, & tertio art. med. capite uidelicet 9. Auicenna ſecunda primi, & alij fatentur ipſum cum ſui aſſiſtentia, & grauitate primo actiones lædat, uidelicet actum contrahendi propter quem urina excerni deberet eſſe morbum in numero, quoniam eſt cum aliquo membro cum quo naturaliter eſſe non debet aſſiſtendo, quo ſublato, tum morbus in numero, tum eius læſio, uidelicet uitium actus contrahendi, ac ob hoc actus ab eo pendens tollitur uidelicet urinæ excretio, ſi tamen actum delationis urinæ, uel eius aggregationis actum impediuerit, quoniam hoc obſtruendo facit, obſtructio autem eſt morbus, igitur ut ſic (teſte Galeno tertio art. med. capite uidelicet 94.) cauſa morbi continens, non morbus eſſe dicitur, tametſi (ut dixi) poſſit, & ſymptoma eſſe, uidelicet immutatum, & ſuppreſſum excrementum, conceſſo, igitur ipſum morbum eſſe in numero non tollitur ipſum etiam morbi alterius cauſam poſſe eſſe continentem, ſicut etiam alterius affectus quem conſequitur, uidelicet malam ueſicæ calidam intemperiem ab æqualitate egreſſam materiam

teriam ex qua generatur, aſſantem, poteſt eſſe ſymptoma. Et quod opponitur de ſpiculo, & telo membro infixis quæ ab auctore libri cuius titulus eſt introductio, ſeu medicus ponuntur cauſæ continentes, & tamen his ſublatis, remanet morbus, uidelicet ſoluta continuitas igitur etc. ad hoc ſolitus eram alias debere, hæc & conſimilia quatenus cauſæ ſunt ſolutionis continui, cauſas eſſe continentes, quoniam his poſitis, & ſublatis, ponitur, & ſummouetur actualis continui diuiſio motus ex doctrina Ariſtotelis tum quinto Metaphyſices iuxta ſectionem Alexandri textu ſeptimo, tum ſecundo de Phyſico auditu, iuxta Auerrois ſectionem textu trigeſimo ſeptimo ſcribentis differentiam inter actu operans, & potentia agens, quoniam in illis quæ actu agunt cauſæ ſimul ſunt, & non ſunt cum his quorum ſunt cauſæ, ut hic qui actu medetur ſimul eſt, & non eſt cum eo qui actu ſanatur, & hic qui actu ædificat, ſimul eſt, & non eſt, cum eo quod actu ædificatur, & ſecans cum eo quod actu ſecatur, in his uero quæ potentia agunt cauſæ non ſimul ſunt, & non ſunt, cum his quorum ſunt cauſæ, quoniam non ſimul interit domus cum ædificatore, appello autem cauſam in potentia (auctore Themiſtio ſecundo

cundo de physico auditu loco citato) non quia factum iterum conficere possit, uerum quoniam egit, & ab actione cessauit, uulneris igitur à spiculo, uel telo illati remanentis pariter, & rei sectæ post sectionem remanentis, uulnerans, & secans causæ sunt in potentia, quod & de alijs id genus consimili modo intelligatur, nunc autem tametsi responsio hæc peripatetice loquendo à quauis instantia tueri posset, quia tamen iuxta medicorum uiam, quibus de morbo, & eius causa alius est scopus quàm quidpiam absolute consideratum, ut effectus à causa pendens sit, & non sit cum sua causa posita, & sublata, quoniam morbum ipsum oportet esse quidpiam factum, & permanens, & ob id fortasse aduersus eam obijci posset, idcirco aliter dicendum uidetur, hæc uidelicet spiculum telum, & similia membris infixa, tametsi conceditur ut membri continuitatem soluunt, morbi causas esse, uidelicet in unitate, quæ natura est communis, attamen, hæc ad eam relata, causas non ponimus continentes, uerum ut ipsæ actiones eorum membrorum, primo lædunt, uidelicet eorum conglutinationem, uel carnis regenerationem, morbi sunt in numero quod ostenditur. sunt enim res præter naturam, quoniam

præter quam, quod non ſunt, nec eſſe poſſunt partes noſtri corporis lædunt, & indicant de de ſui ſublatione, reponuntur autem ſub morbo, quia prædictas ſenſibiliter primo lædunt actiones, dico in numero addito, quoniam ab eis cum membris per ea diuiſis ſit maior unitatum multitudo, quæ ſine his non fieret, & dicuntur ab eo libri auctore cauſæ continentes ſecundum ſimilem quandam cum aliјs, quoniam ueluti in aliјs morbis cauſa continens eſt, qua poſita, & ſublata, ponitur, conſtituitur, & ſummouetur morbus, ſic in his morbis in numero, quoniam quocunque horum poſito, & ſublato, ponitur, & ſummouetur numerus, ex re præter naturam, una cum aliјs rebus, ſecundum naturam enumerata conſtitutus, nec putandum eſt, morbos hos eſſe in numero, quoniam ſingulum eorum ſit numerus, quoniam ſingulum eorum quum ſit continuum non actu diuiſum unum eſt, unitas autem numerus non eſt, ſed cum aliјs membris, in quibus ſingulum horum infixum eſt, augere, conſtituere, ac perficere poteſt numerum, qui ſicut per cuiuſque horum (uti dictum eſt) præſentiam conſtituitur, ſic per cuiuſque eorum abſentiam ſummouetur. Ex quibus

bus liquet, sicuti causa antecedens tametsi magna ex parte, attamen non semper causa est interna, morbum præcedens, ipsi causæ procatarcticæ contra distincta, sub quo significatu locis alias antea citatis Galenus interdum eam intellexit. dixi non semper, quoniam acre medicamentum corrodens, ac medicamentum putrefactorium ulcus factum derelinquens à Galeno causa dicitur antcedens, quum tamen extrinseca, seu procatarctica sit. pari modo causa continens, etsi magna ex parte, non tamen in genere interna est, ut liquet ex Galeno, primo de locis passis, capite alias citato, de gladio incidente, spiculo perforante, igne ustulante, ac reliquis id genus, in his enim ratio causæ continentis in genere seruatur, ut ad actiones actu ab eis pendentes refertur, non autem ad morbū ueluti ad rem factam quoniam his positis, & subtractis ponitur, & subtrahitur effectus, uidelicet actualis incisio, actualisq; perforatio, necnon ab igne actualis ustio (tametsi, ut paulo ante dictum est, res facta, uidelicet morbus remanet) cui causa agens collata more philosophorum causa dicitur in potentia, non continens, quæ omnes attamen extrinsecæ sunt, nisi fortasse uoluntariam

appo-

apposueris, qua non indiget, conditionem, uidelicet ut causa sit interna. cui præter Galenum loco citato, nec Aristoteles, neque Dioscorides consentire uidentur, ex Aristotele nanque tum quinto Metaphisices textu septimo, tum secundo de Physico auditu trigesimo septimo scriptum habetur, hunc ædificatorem actu simul esse, & non esse cum eo quod actu ædificatur, & agens simul esse actu, & non esse cum eo quod actu patitur. has tamen causas extrinsecas esse, cuique notum est. pari modo Dioscorides ipse libro eius sexto eandem causam secundum rem scripsit antecedentem, & continentem, quæ & procatarctica esse potest, quum extra corpus sit, solaq; ratione causas has non re semper distinctas esse credidit. uirus enim, seu uim uenenosam corpori nostro impressam, uel deuoratam, & similia, quoniam ea effectum præcedit, causam nominauit antecedentem. quatenus uero ea posita, ac sublata ponitur, & summouetur effectus, eandem continentem nominauit, quæ tamen, ut constat, procatarctica, & externa, non autem corporea, & interna est, postremo tamen hoc unum præter alia animaduertendum, tametsi exempla hæc de causa continente proca-

tarctica, & antecedente ex uarijs auctoribus desumpta, inducta fuerunt, non tamen ut singula morbi, ceu rei factæ, indicent causam continentem: quoniam, ut constat, singula non sunt ipsius morbi, qui est res facta, nec eius causæ, in corpore humano exempla, ut de ædificatore actu, & potentia ædificante, & de actu secante, actuq; mouente, & alijs id genus enumeratis liquet, sed ut indicantia, secundum quem modum illa suorum effectum, causæ sunt continentes. pari modo spiculum telum, membro insixum, lapis in uesica, ac pleraque alia, causæ sunt, (iuxta dictum modum semper id intelligendo) morbi continentes. Ex quibus ad mentem Hippocratis, & Galeni cum Auicenna colligimus, in morbis causam dari continentem. Prolixior autem quam deceat in hac materia fui, tum propter difficultatum hinc inde emergentium connexum, tum propter habitum huic nostræ decisioni contrarium, hodie mentem multorum occupantem, ac obtenebrantem, eradicandum, qui nisi locorum tum Hippocratis, tum Galeni, repetita, ut opportunum fuit, citatione radicitus extirpari nequiuisset. in qua decisione permansurus

surus sum usquequo rationibus, uel aucto-ritatibus celeberrimorum doctorum opposi-tum sentientium, contrariumq; probantium mihi per aliquos renunciatum, ac demonstratum fuerit. Gratias Deo semper agendo, cui sit laus, gloria, & honor. Amen.

F I N I S.

SERIES CHARTARVM.

ab. ABCDEFGHIKLMNOPQRS TVXYZ Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll.

Omnes sunt quaterniones, Ll uero duerniones.

VENETIIS,
Apud PAVLVM Manutium Aldi F.
1558.





